






OF PICTIA
NUTRITION



BX2166

RAILED

97634



1080028032





OFFICIA SANCTORUM

IN BREVIARIO ROMANO,

EX MANDATO SUMMORUM PONTIFICUM
novitèr apponenda tam de præcepto, quàm ad libi-
tum recitanda,

ET ALIA, QUÆ GENERALITER IN HISPANIA

Et aliis locis particularibus recitari possunt, prout in
suis Decretis continetur, juxta Rubricas ejusdem
Breviarii Romani.

EX APOSTOLICA CONCESSIONE, ET AUCTORITATE

Superiorum ritè recognita.



CUM GRATIA ET PRIVILEGIO SECONDO
CALVARDI TOSCANO

MEXICUM, DCC. LXXXVIII.

Typis Sacrorum Librorum apud Hæredes Lic. D. Josephi à Jauregui,
in via Sancti Bernardi.

97830

BX2266

04

UNIVERSIDAD



FONDO SALVADOR TOSCANO

RECCION GENERAL DE BIBLIOTECAS

-(+)-

INDEX OFFICIORUM
QUÆ IN HOC LIBELLO INVENIUNTUR,
pro opportunitate Ecclesiticorum.

A	
Agnæti de Monte Policiano Virginis, <i>dupl. Ang.</i> pag. 70	Commemoratio Sanctarum Reliquiarum Angel. Ec- cles. <i>dup. maj.</i> pag. 56
Apparicio S. Jacobi Apos- toli, <i>duplex. Hisp.</i> pag. 115	Conversio Sancti Augustini Episcopi Conf. & Doct. <i>duplex. Hisp.</i> pag. 84
Aloysii Gonzagæ Confes- soris, <i>dupl. Hisp.</i> pag. 115	Commemoratio B. M. V. de Monte Carmelo, <i>du- plex maj.</i> pag. 184
Antonini Martyris, <i>duplex.</i> Hisp. pag. 228	Camilli de Lellis Confes- soris, <i>duplex.</i> pag. 192
Angelorum Custodum, <i>du- plex 2. clas. cum Offav.</i> ut in Kal. Ang. Eccles.	Candidæ Virg. & Martyris, <i>dup. Arch. Mex.</i> pag. 193
Andræ Avellini Confes- soris, <i>semid.</i> pag. 304	Christophori Mart. <i>duplex.</i> Ubi concess. fuerit. pag. 201
Acisli & Victoria Marty- rum, <i>dupl. Hisp.</i> pag. 310	Constantii Martyris, <i>duplex.</i> Angelop. pag. 225
B	
Blasi Episcopi & Martyris, <i>dup. maj. pro Arch. Pro</i> Angel. <i>dup. min.</i> pag. 7	Commemoratio S. Juliani Episc. Conf. <i>dup. H.</i> pag. 231
Braulii Episcopi & Confes- soris, <i>dupl. Hisp.</i> pag. 54	Cornelii Papæ & Martyris, <i>duplex. Ang.</i> pag. 262
Boni Latronis Confes. <i>dup.</i> Ubi concess. fuerit. pag. 72	Cypriani Episcopi & Mar- tyris, ut in Kal. Ang.
Benedicti Martyris, <i>duplex.</i> Angel. pag. 306	Commemoratio B. M. V. de Columna, <i>dup. Hisp.</i> pag. 182
Barbaræ Virginis & Marty- ris, <i>duplex. Hisp.</i> pag. 315	Fest. Conceptionis B. M. V. <i>dup. 1. cl. cum Off.</i> pag. 317
C	
Coronæ Domini, <i>dup. maj.</i> Angelop. pag. 36	Dedicatio S. Michael Arch. <i>dup. 1. clas. cum Offav.</i> ut in Kal. Ang.

De-

Dedicatio Basilicæ Salva-
ris, duplex. pag. 303

Dominici Sylensis Confes-
soris, dup. pag. 355

E

Eufraſii Episcopi & Marty-
ris, duplex. pag. 91

Eusebii Episcopi & Marty-
ris, semid. pag. 349

F

Felicis Martyris, duplex.
Angelop. pag. 20

Florentinæ Virginis & Mar-
tyris, duplex. pag. 52

Fidelis à Sigmaringa Pior.
Martyris, duplex. pag. 88

Firmini Episcopi & Marty-
ris, dupl. Hisp. pag. 160

Froylani Episcopi & Con-
duplex, & in Cathedral.
2. clas. Hisp. pag. 274

Fruſti Conf. dup. H. pag. 295

Flori Mart. dup. Ang. pag. 357

G

Gelatii Mart. dupl. pro Ar-
chiep. Mexic. pag. 9. Et
pro Episc. Ang. pag. 19

Gaudiosæ Martyris, duplex.
Angelop. pag. 36

Gaudiorum B. M. V. dupl.
2. clas. Angel. pag. 96

Gregorii VII Pap. & Con-
fessoris, dupl. pag. 122

Gaudentii Martyris, duplex.
Angelop. pag. 153

Geurovis Virg. dup. pag. 306

Fest. B. M. V. de Guadalu-
pe, dup. 1. clas. cum Oñ.

Pro toto Regno Novæ
Hisp. ASS. D. N. Bene-
dicto Papa XIV. 27.

Aprilis 1754. pag. 335
Gulielmi Abbatis, dup. pag. 338

H

Hippolyti & Cassiani Mar-
tyrum, dup. 1. clas. cum
Oñ. Arch. Mex. pag. 217

Hieronimi Emiliani Con-
fessoris, duplex. pag. 220

Hilarie Mart. dupl. pag. 257

I

Ildefonsi Arch. & Conf. dup.
2. clas. cum Oñ. pag. 1

Isidori Episc. & Conf. dup.
2. clas. Hisp. pag. 38

Ioannis Nepomuceni Mar-
tyris, dup. Hisp. pag. 94

Indaletii Episcopi & Marty-
ris, dup. Hisp. pag. 111

Ioannis à Sancto Facundo
Confes. dup. Hisp. pag. 147

Ioannis Francisci Regis
Conf. sem. Hisp. pag. 151

Iuliane Virg. dupl. pag. 154

Iustæ & Rufinæ Soror. Virg.
& Mart. dup. Hisp. pag. 186

Ioannæ Franciscæ Fremiot,
duplex. pag. 238

Josephi Calasancii Confes-
soris, duplex. pag. 242

Josephi à Cupertino Con-
fessoris, dup. pag. 276

Ioannis Cantii Confessoris,
semiduplex. pag. 283

Innumerabilium Martyrum
duplex, Hisp. pag. 302
Ioan-

Ioannis à Cruce Confes-
soris, duplex. pag. 308

L

Leandri Episcopi & Con-
fessoris, dup. Hisp. pag. 47

M

Marie Annæ à Jesu Virgi-
nis, duplex. pag. 68

Maximini Martyris, du-
plex. Ang. pag. 71

Marie à Capite, duplex. Si
concessum fuerit. pag. 241

Marie Virg. de Cervellio-
ne, dup. Hisp. Pro Oñ-
avis & infraoctavis. pag. 262

O

Octava S. Ildefonsi Episcopi
& Conf. duplex. pag. 4

Pro secunda die infraoctava
B. Ferdinandi sem. pag. 134

Pro tertia die infraoctava
B. Ferdinandi, sem. pag. 135

Pro quarta die infraoctava
B. Ferdin. sem. pag. 138

Pro quinta die infraoctava
B. Ferdin. sem. pag. 140

Pro sexta die infraoctava B.
Ferdinandi, sem. pag. 141

Pro septima die infraoctava
B. Ferdin. sem. pag. 143

Octava B. Ferdin. dup. pag. 145

Pro secunda die infraoct.
S. Elisabeth Vid. sem. pag. 176

Pro quarta die infraoct.
S. Elisabeth, sem. pag. 179

Octava S. Elisabeth Viduæ,
duplex. pag. 182

Infraoctava S. Hippolyti &

Cassiani Martyrum, sem.
Archiep. Mex. pag. 218

Octava Sanctorum Hippo-
lyti & Cassiani Mun. dup.
Archiep. Mex. pag. 223

Infraoctava S. Rosæ à Stâ.
Maria Virginis, semid.

Pro tertia die infraoctava S.
Rosæ, semid. pag. 233

Pro quinta die infraoctava
S. Rosæ, semid. pag. 235

Pro septima die infraoctava
S. Rosæ, semid. pag. 236

Octava S. Rosæ V. dup. pag. 236

Pro tertia die infraoctava S.
Michael. sem. Ang. pag. 266

Pro quinta die infraoctav. S.
Michael, sem. Ang. pag. 268

Octava S. Michael. Arch.
dupl. Ang. pag. 270

Pro secunda die infraoctav.
Concept. B. M. V. pag. 325

Pro tertia die infraoctava
Concept. B. M. V. pag. 325

Pro quarta die infraoctava
Concept. B. M. V. pag. 339

Pro sexta die infraoctava
Concept. B. M. V. pag. 344

Pro septima die infraoctava
Concept. B. M. V. pag. 344

Octava Conceptionis B. M.
V. duplex. pag. 346

Octava B. M. V. de Gua-
dalupe, dupl. pag. 351

P

Paulæ Vid. sem. Hisp. pag. 1

Philippi à Jesu Martyris, Na-
tion. & Patr. Civit. Mex.
dup.

<i>dupl. cl. in Civ. & Dioec.</i>	
Mex; in Dioec. vero Suf- fraganeis <i>dup. maj.</i> pag. 10	Scholastica Virg. <i>dup.</i> pag. 16
Pii Martyris, <i>dup. Ang.</i> pag. 20	Secundi Episcopi & Marty- ris, <i>dupl. Hisp.</i> pag. 89
Petri Gonzalez Telini Con- fessoris, <i>dup. maj.</i> pag. 62	SS. Sanguinis D. N. J. C. <i>dupl. 1. clas.</i> pag. 162
Patrocini SS. Ioseph Con- fessoris, <i>dupl. Et Arch.</i> Mex. <i>dup. 2. clas.</i> pag. 102	Septem Dolorum B. M. V. <i>2. dup. maj. Hisp.</i> pag. 247
Prudentii Episcopi & Con- fessoris, <i>duplex.</i> pag. 153	Simonis de Roxas Confes- soris, <i>dupl.</i> pag. 264
Primivi Martyris, <i>duplex.</i> Archiep. Mex.	Salome Vidue, <i>dupl. ma- jor.</i> Hisp. pag. 289
Paulini Episcopi & Confes. <i>dupl. Arch. Mex.</i> pag. 160	Servandi & Germani Mar- tyrum, <i>dup. Hisp.</i> pag. 293
Pii Papae Martyris, <i>duplex.</i> Angelop. pag. 181	
Paulaleonis Martyris, <i>sem.</i> In Ang. Eccles. <i>dup.</i> pag. 196	Thuribii de Liebana Episc. & Conf. <i>dup. Hisp.</i> pag. 66
Petri Athues Martyris. Ubi fuerit Tribunal S. Inqui- sitionis, <i>duplex.</i> pag. 245	Thuribii Limani Episcopi & Conf. <i>sem. Hisp.</i> pag. 79
Petri Chysiolegi Episcopi & Confes. <i>dupl.</i> pag. 314	Transfiguratio Domini, <i>du- plex major.</i> pag. 217
	Theresie Virginis, secundo <i>duplex.</i> Hisp. pag. 226
Quinque Plagarum D. N. Jesu Christi, <i>dupl. maj.</i> Archiep. Mex. pag. 20	Translatio Almae Dom. Lau- retanae, <i>dup. maj.</i> Hisp. pag. 325
SS. Reliquiarum, quae in Ca- thedr. Eccles. Angelop. asseruantur, <i>dupl.</i> pag. 56	
SS. Rodemporis, <i>dup. 2. cl.</i> Ubi concess. fuerit, pag. 202	Valerii Episcopi & Confes- soris, <i>dupl. Hisp.</i> pag. 17
SS. Rosarii B. M. V. <i>du- plex 2. clas.</i> pag. 272	Viri & Socior. Martyrum, <i>dup. Arch. Mex.</i> pag. 149
Reparatae Virginis & Mar- tyris, <i>dupl. Ang.</i> pag. 281	Vincenii a Paulo Confes- soris, <i>semid.</i> pag. 190
	Ursulae & Sociar. Virginum & Martyrum, <i>dup.</i> pag. 282
	Unius Martyris Coesaraug. <i>dup. Arch. Mex.</i> pag. 302
	Xysti P. M. <i>dup. Ang.</i> pag. 218

PRO-



PROPRIUM SANCTORUM.

DIE XXIII. JANUARI.

In Festo S. Ildefonsi Episcopi
& Confessoris.

Duplex secunde classis cum
Octava.

Omnia de Communi Confes-
soris Pontif.

ORATIO.

DEUS, qui per gloriosis-
simam filii tui Matrem
beatum Ildefonsum Confes-
sorem tuum, atque Pontificem,
misso de thesauris caelestibus
munere decorasti: concede
propitius, ut per ejus preces,
& merita, munera capiamus
aeterna. Per eundem Domi-
num nostrum.

Non fit commemoratio Ss.
Mm. Vincentii, & Anastasii,
nec de S. Emerentiana, nisi in

Laudibus, & Missis priva-
tis tantum.

Lectiones primi Nocturni
Fidelis sermo, de eodem Com-
muni.

In secundo Nocturno, ut in
Hisp. Homilia in Evangelio:
Vos estis sal terrae, de Com-
muni Doctorum.

Nona Lectio de S. Emeren-
tiana, ut in Breviario.

Missae: In medio Ecclesiae,
sine Credo.

DIE XXVI. JANUARI.

In Festo S. Paulae Viduae.

Semiduplex.

Omnia de Communi non Vir-
ginum, nec Martyrum.

ORATIO.

DEUS, qui Beatam Paulam fa-
mulam tuam, spretis mun-
di deliciis, post insignia vir-
tu-

A

tu.

<i>dupl. cl. in Civ. & Dioec.</i>	
Mex; in Dioec. vero Sul- fraganeis <i>dup. maj.</i> pag. 10	Scholastica Virg. <i>dup.</i> pag. 16
Pii Martyris, <i>dup. Ang.</i> pag. 20	Secundi Episcopi & Marty- ris, <i>dupl. Hisp.</i> pag. 89
Petri Gonzalez Telini Con- fessoris, <i>dup. maj.</i> pag. 62	SS. Sanguinis D. N. J. C. <i>dupl. 1. clas.</i> pag. 162
Patrocini SS. Ioseph Con- fessoris, <i>dupl. Et Arch.</i> Mex. <i>dup. 2. clas.</i> pag. 102	Septem Dolorum B. M. V. <i>2. dup. maj. Hisp.</i> pag. 247
Prudentii Episcopi & Con- fessoris, <i>duplex.</i> pag. 153	Simonis de Roxas Confes- soris, <i>dupl.</i> pag. 264
Primivi Martyris, <i>duplex.</i> Archiep. Mex.	Salome Vidue, <i>dupl. ma- jor.</i> Hisp. pag. 289
Paulini Episcopi & Confes. <i>dupl. Arch. Mex.</i> pag. 160	Servandi & Germani Mar- tyrum, <i>dup. Hisp.</i> pag. 293
Pii Papae Martyris, <i>duplex.</i> Angelop. pag. 181	
Paulaleonis Martyris, <i>sem.</i> In Ang. Eccles. <i>dup.</i> pag. 196	Thuribii de Liebana Episc. & Conf. <i>dup. Hisp.</i> pag. 66
Petri Athues Martyris. Ubi fuerit Tribunal S. Inqui- sitionis, <i>duplex.</i> pag. 245	Thuribii Limani Episcopi & Conf. <i>sem. Hisp.</i> pag. 79
Petri Chrysologi Episcopi & Confes. <i>dupl.</i> pag. 314	Transfiguratio Domini, <i>du- plex major.</i> pag. 217
	Theresie Virginis, secundo <i>duplex.</i> Hisp. pag. 226
	Translatio Almae Dom. Lau- retanae, <i>dup. maj. Hisp.</i> pag. 325
Quinque Plagarum D. N. Jesu Christi, <i>dupl. maj.</i> Archiep. Mex. pag. 20	
SS. Reliquiarum, quae in Ca- thedr. Eccles. Angelop. asseruntur, <i>dupl.</i> pag. 56	Valerii Episcopi & Confes- soris, <i>dupl. Hisp.</i> pag. 17
SS. Redemptoris, <i>dup. 2. cl.</i> Ubi concess. fuerit, pag. 202	Viri & Socio. Martyrum, <i>dup. Arch. Mex.</i> pag. 149
SS. Rosarii B. M. V. <i>du- plex 2. clas.</i> pag. 272	Vincenii a Paulo Confes- soris, <i>semid.</i> pag. 190
Reparatae Virginis & Mar- tyris, <i>dupl. Ang.</i> pag. 281	Ursulae & Socia. Virginum & Martyrum, <i>dup.</i> pag. 282
	Unius Martyris Coesaraug. <i>dup. Arch. Mex.</i> pag. 302
	Xysti P. M. <i>dup. Ang.</i> pag. 218

PRO-



PROPRIUM SANCTORUM.

DIE XXIII. JANUARI.

In Festo S. Ildefonsi Episcopi
& Confessoris.

Duplex secunde classis cum
Octava.

Omnia de Communi Confes-
soris Pontif.

ORATIO.

DEUS, qui per gloriosis-
simam filii tui Matrem
beatum Ildefonsum Confes-
sorem tuum, atque Pontificem,
misso de thesauris caelestibus
munere decorasti: concede
propitius, ut per ejus preces,
& merita, munera capiamus
aeterna. Per eundem Domi-
num nostrum.

Non fit commemoratio Ss.
Mm. Vincentii, & Anastasii,
nec de S. Emerentiana, nisi in

Laudibus, & Missis priva-
tis tantum.

Lectiones primi Nocturni
Fidelis sermo, de eodem Com-
muni.

In secundo Nocturno, ut in
Hisp. Homilia in Evangelio:
Vos estis sal terrae, de Com-
muni Doctorum.

Nona Lectio de S. Emeren-
tiana, ut in Breviario.

Missae: In medio Ecclesiae,
sine Credo.

DIE XXVI. JANUARI.

In Festo S. Paulae Viduae.

Semiduplex.

Omnia de Communi non Vir-
ginum, nec Martyrum.

ORATIO.

DEUS, qui Beatam Paulam fa-
mulam tuam, spretis mun-
di deliciis, post insignia vir-
tu-

A

tu.

tum incrementa, ibi voluit nasci caelo, ubi Unigenitus tuus natus est mundo: concede propitius, ut ejus exemplo terrena cuncta despicientes, coelestia consequi mereamur. Per eundem Dñum. &c.

AD MATUTINUM.

Lect. prim. Noct. de Scriptura occurrente. In Quadragesima: Mulierem fortem.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Ex Epist. 27. S. Hieronymi.

Aula matrona Romana, è nobilissimo Senatorum genere, sed vita sanctitate multò nobilior, mortuo Toxotio patris nobilitatis viro, qui quinque liberos ediderat; totam se ad Dominum convertit, & copiosas coepit divitias in Christi pauperes tantò effectu erogare; ut eos tota urbe perquireret, & damnnum putaret (ut de ea Sanctus Hieronymus scribit) si quisquam debilis, & esuriens, cibo sustentaretur alterius: quo in studio usque ad mortem perseverans dicebat, interdum, se id voti habere, ut mendicans moreretur, & in suo funere aliena sindone involveretur. Cum autem ob quasdam Ecclesiarum dissensiones, Orientis, & Occidentis

Episcopi Romam, Sancto Damaso Pontifice convenissent, Sanctum Epiphanium Salaminae Cyprì Episcopum hospitio excepit, & Paulinum Antiochia omnibus charitatis officiiis colere studuit, quorum accensam virtutibus, patriam deserere, & ad eremum pergere gestiebat. Quare urbis frequentiam, & ora laudantium fugere festinans, & parvulam Bethlem Romæ præferre volens, tandem ad Portum Romanum navigatura descendit, fratre, propinquis, ac liberis prosequentibus, & piam matrem materna charitate retinere cupientibus. Illa verò, quamvis viscera ejus dolore torquerentur, siccos ad cœlum tendebat oculos, & pietatem in filios pietate in Deum superans nesciebat se matrem, ut Christi probaret ancillam.

¶ Propter veritatem.

LECTIO V.

Navi igitur concensa cum Eustochio filia, quæ propositi, & navigationis ejus comes erat, alis fidei sumptis, Hierosolymam, & sancta loca incredibili ardore videre cupiebat. Quare cum Cyprum primum, deinde Seleuciam appulisset, in Syriam, & Palasti-

ti-

tinam venit; eorum cuncta sacramenta tantò studio, ac pietate circumivit, ut nisi ad reliqua festinaret, à primis non posset abduci. Denique Bethlehem substitit mansura periret: ubi structis quatuor Monasteriis, uno Virorum, quod Sanctus Hieronymus gubernaturus suscepit; aliis Virginum, reliquum viræ iter admirabili sanctitate confecit. Humilitatis virtus in ea maximè enituit: nihil ea clementius, nihil erga humiles blandius fuit. Invidiorum calumnias, & sæculi varias tentationes summa patientia, & mansuetudine toleravit. Tarda erat ad loquendum, & velox ad audiendum. Sanctas Scripturas tenebat memoriter, & vetus, ac novum Testamentum assidue perlegebat. Hebraeam linguam discere voluit, & consequuta est ita, ut Psalmos Hebraicè caneret, & sermonem illum, quasi nativum personaret. Super durissimam humum stratis cisternalis quiescebat, si tamen quies dicenda est, quæ jugibus penè orationibus dies, noctesque jungebat. Mollia etiam in gravissima febri lectuli strata non habuit. Tanta autem continentia fuit, ut propè mensuram ex-

cederet. & debilitatem corporis nimis jejuniis, ac labore contraheret: exceptisque diebus festis, vix oleum in cibo caperet: neque adduci ullo modo potuit, ut ad vires corporis reficiendas vino uteretur. Egrotantes miris obsequiis, ac ministeriis confovebat: cumque aliis languentibus largè præberet omnia, si quando ipsa ægrotasset, sibi non indulgebatur; & in eo inæqualis videbatur, quòd in aliis clementiam, in se duritiam commutabat.

¶ Dilexisti.

LECTIO VI.

¶ Tandem cum in gravissimam valetudinem incidisset, ac mortem adesse sentiret, & frigescente alia parte corporis palpitare, quasi ad pectore palpitare, quasi ad suos pergeret, alienosque desereret, illos versiculos usque ad expirationem animæ repetebat: Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ; & Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum, concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini: digitoque Crucis signum in labiis imprimens, sanctissimam animam Deo reddidit septimo Kalendas Februarii,

B 2

ata-

etatis sue anno quin quagesimo sexto. Translatæque Episcoporum manibus in Ecclesiam Spelunca, tota ad funus ejus Palestinarum urbium turba corrente, monachorum, virginum, viduarum, & pauperum, qui ad exemplum Dorcadis, vestes ab ea præbitas, ostendebant, triduo post subter Ecclesiam juxta specum Domini condita est.

x. Fallax gratia.

Lect. tert. Noct. Hom. S. Gregorii Papæ in Evang. Simile est Regnum Cœlorum thesauro abscondito, de Communi prim. loco.

Missa: Cognovi, de eodam Comm. Orat. Deus, qui Beatum Paulam, ut supr.

DIE XXX. JANUARIII. Oñava S. Ildesunsi Episcopi, & Confessoris.

Duplex.

Omnia ut in die festi, & in Hymno dicitur: Meruit beatas scandere sedes.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Sermo Sancti Gregorii Papæ Part. 2. Pastoralis cap. 1.

LECTIO IV.

Tantum debet actionem
populi actio transcende-

re Prasulis, quantum distare solet à grege vita Pastoris. Opportet namque, ut meriti se sollicitè studeat, quanta tenenda rectitudinis necessitate constringitur, sub cuius estimatione populus grex vocatur. Sit ergo necesse est cogitatione mundus, actione præcipuus, discretus in silentio, utilis in verbo, singulis compassione proximus, præcunctis contemplatione suspensus, bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum justitiæ erectus, interiorum curam in exteriorum occupatione non minuens, exteriorum providentiam in interiorum sollicitudine non relinquens.

x. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. * Manus enim mea auxiliabitur ei.

y. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Part. 2. Pastoralis c. 9. & 10.

LECTIO V.

Considerandum quoque est quia cum curam populi electus Prasul suscepit, quasi ad ægum medicus accedit. Si ergo adhuc in ejus opere passionibus vivunt, qua præsump-

tio-

quæ ad culmen regiminis anhelans in occulta meditatione cogitationibus cæterorum subiectione pascitur, laude propria letatur, ad honorem cor elevat, rerum affluentium abundantia exultat. Mundi ergo lucrum quæritur sub ejus honoris specie, quo mundi destitui lucra deuantur.

x. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrina ejus repleta est. * Ipse intercedat pro peccatis omnium populo- rum.

y. Iste est, qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse intercedat.

x. Iste est, qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse intercedat.

IN III. NOCTURNO.

Lectio Sancti Evangelii secundum Matthæum. Cap. 5.

LECTIO VII.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vos estis sal terræ: quod si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia Sancti Joannis Chrysostomi.

Ex Homilia 15. in Matth.

Uceat lux vestra, hoc est, plurima in vobis sit virtus ac maximè ingens illius

ac-

num victum accepit, & multis obsequiis coltus est.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & a seductoribus tutavit illum. * Et dedit illi claritatem eternam.

¶ Descenditque cum illo in foveam, & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

LECTIO V.

¶ BI tandem latuit, dum ab Agricola Præsidis multibus casu depræhensus, inde abstractus, & ac Præsidentem ductus, illius jussu in vincula connectus est. Sed vincetus ipse, multos, quos ejus sanctimonie fama acciverat, à diversorum morborum vinculis liberavit. In his puer fuit, qui desperata à Medicis salute, transversa spina faucibus inhaerente, animam agebat. Illustris sanè tum corporum, tum animum Medicus, non humana, sed divina arte, non paratis à natura remediis, sed Christi gratia comparatis, agros pristinae salutis restituit, omni ferè miraculorum genere conspicuus; nam Christi super aquas ambulantis, & Elizæ Sareptanae viduae annonam multiplicantis miracula renovavit.

¶ Desiderium animæ ejus

tribuisti ei Domine: * Et voluntate laborum ejus non fraudasti eum.

¶ Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Et voluntate.

LECTIO VI.

¶ TROCISIMIS tormentis, crudelissimi Præsidis jussu, cruciatus fuit. Duris verberibus cæsus, tortus in equuleo, pechinibus ferreis dilaniatus candenti lorica indutus, aliisque exquisitissimis suppliciiis affectus est. Sed ejus fides probari quidem potuit, non tamen vinci. Dilacerato corpore, infractus animus restitit. Tandem victo Tyranno, capite plexus, illustre fidei testimonium Ecclesie reliquit tertio nonas Februarii, anno Christi trecentesimo decimosexto.

R. Stola jucunditatis induit eum Dominus: * Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus.

¶ Cibavit illum Dominus pane vite & intellectus; & aqua sapientie salutaris potavit illum. Et coronam. Gloria. Et coronam.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelio: Si quis vult post me venire &c. de Communi unius Martyris, &c.

DIE IV. FEBRUARII.

Vel alia die non impedita.

In Festo S. Gelatii Martyris. Cujus Reliquia asservantur in hac Metropolitana Ecclesia Mexicana.

Duplex.

Omnia de Communi unius Martyris.

Oratio: Præsta, quesumus, 2. loco.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente; & in Quadragesima: Fratres debitorum. In secundo Nocturno: Triumphalis.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO Sancti Evangelii secundum Matth. Cap. 10.

LECTIO VII.

¶ IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nihil est opertum, quod non revelabitur; & occultum, quod non scietur. Et reliqua.

Homilia S. Hilarii Episcopi. Comment. in Matth. cant. 10. post medium.

¶ Dominus diem judicii ostendit, quæ abstrusam voluntatis nostræ conscien-

tiam prodet: & ea quæ nunc occulta existimantur, luce cognitionis publicæ deteget. Igitur non minas, non consilia, non potestates insectantium monet esse metuendas: quia dies judicii nulla hæc fuisse atque inania revelavit. Et quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta. Non legimus Dominum solitum fuisse noctibus sermocinari, & doctrinam in tenebris tradidisse: sed quia omnis sermo ejus carnalibus tenebris sunt, & verbum ejus infidelibus nox est.

R. Corona aurea.

LECTIO VIII.

¶ TAQUE id quod à se dictum est, cum libertate fidei, & confessionis vult esse loquendum. Idcirco quæ in tenebris dicta sunt, prædicari jussit in lumine: ut quæ secreto aurium commissa sunt, super tecta, id est, excoelo loquentium præconio audiantur. Constantè enim Dei ingerenda cognitio est, & profundum doctrine Evangelicæ secretum in lumine prædicationis Apostolicæ revelandum: non timentes eos, quibus cum sit licentia in corpora, tamen in animam jus-

nullum est: sed timentes potius Deum, cui pendenda in gehenna & animæ & corporis sit potestas.

¶ Hic est vere Martyr.

LECTIO IX.

Nolite timere, eos qui occidunt corpus. Nullus igitur corporum nostrorum casus est pertimescendus, neque ullus interimenda carnis admittendus est dolor: quando pro naturæ suæ, atque originis conditione resoluta, in substantiam spiritualis animæ refundatur. Et quia doctrinis talibus confirmatos oportet liberam confitendi Dei habere constantiam; etiam conditionem, qua teneremur, adiecit: negaturum se eum Patri in coelis, qui se hominibus in terra negasset: eum porro qui confessus coram hominibus se fuisset, à se in coelis confitendum: qualesque nos nominis sui testes hominibus fuissimus, tali nos apud Deum Patrem testimonio ejus usuros.

Te Deum.

Missa. Lætabitur, *intra Cathedrali dicitur.* Credo.

DIE V. FEBRUARII.

In Festo B. Philippi à Jessu, Patroni principalis Mexici in America Septentrionali.

Duplex prima classis in Civitate, & Diocesi Mexicana; in Diocesisibus vero Suffraganeis duplex majus.

Omnia dicuntur de Communi votus Martyris præter ea, quæ hic habentur propria.

ORATIO.

DEUS, qui inter primos Japoniæ Martyres Beatum Philippum, Cruci alligatum, triplicique lancea confossum, primum omnium martyrio coronasti; concede propitius, ut ejusdem nos suffulti patrocinio, cum illo pariter coronemur in coelis. Per Dominum nostrum, &c.

AD MATUTINUM.

HYMNUS.

Salve triumphalis Pugil,
Decus novi Orbis maximum,
Qui morti fecisti tua
Beatiorum Patriam.

Athleta Princeps Mexici,
Trophæa celsa Martyrum,
Dignamque coelo lauream
Tu primus inferi Patriæ.

Quidquid juvenus fervida
Peccaverat licentia,
Libenter in mortem ruens
Sancta expiasti victima.

Tui fac ut nos amuli,
Dolore cordis intimo,
Jugique poenitentia

Nos.

Nostra eluamus crimina.

Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Sanctoque item Paraclyto
Per omne semper sæculum.

IN TRIMO NOCTURNO.

LECTIO I.

Ex Lib. Tob. Cap. 10.

Lebat igitur mater ejus irremediabilibus lacrymis, atque dicebat: Heu, heu me, Fili mi, ut quid te misimus peregrinari, lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostræ, solatium vitæ nostræ, spem posteritatis nostræ: Omnia simul in uno habentes, te non debuimus dimittere à nobis. Cui dicebat Tobias: Tace, & noli turbari: scius est filius noster: satis fidelis est vir ille, cum quo misimus eum. Illa autem nullo modo consolari poterat, sed quotidie exiliens circumspiciebat, & circuibat vias omnes per quas spes remeandi videbatur, ut procul videret eum, si fieri posset, venientem.

¶ Iste Sanctus, &c.

Ex eodem Lib. Cap. 13.

LECTIO II.

Aperiens autem Tobias senior os suum, benedixit Dominum, & dixit: Magnus es Domine in æternum, & in

omnia sæcula regnum tuum: quoniam tu flagellas, & salvas: deducis ad inferos, & deducis: & non est qui effugiat manum tuam. Confitemini, Domino filii Israël, & in conspectu Gentium laudate eum: quoniam ideo dispersit vos inter gentes quæ ignorant eum, ut vos enarretis mirabilia ejus, & faciatis scire eos, quia non est alius Deus omnipotens præter eum. Ipse castigavit nos propter iniquitates nostras, & ipse salvabit nos propter misericordiam suam. Aspicite, ergo, quæ fecit nobiscum, & cum timore & tremore confitemini illi, regemque sæculorum exaltate in operibus vestris.

¶ Justus germinavit &c.

LECTIO III.

EGO autem in terra captivitatis meæ confitebor illi, quoniam ostendit majestatem suam in gentem peccatricem. Convertimini itaque, peccatores, & facite justitiam coram Deo, credentes quod faciat vobiscum misericordiam suam. Ego autem & anima mea in eo lætabimur. Benedicite Dominum omnes electi ejus, agite dies lætitiæ, & confitemini illi. Jerusalem civitas Dei,

B 2

cas.

castigavit te Dominus in operibus manuum tuarum. Confiteberis Domino in bonis tuis, & benedic Deum sæculorum, ut reedificet in te tabernaculum suum, & revocet ad te omnes captivos, & gaudeas in omnia sæcula sæculorum.

W. Iste cognovit, &c.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Philippus de las Casas, sive à Jesu, Mexici, Hispanis parentibus natus, ea adolescens vivebat libertate ac licentia, ut ipsismet parentibus ideo propè esset exosus: quod ita illius pupugit animum, divina simul gratia illustratum, ut Franciscanum institutum arripere statuerit. Sumpto tamen habitu, nec satis gnarus quàm cum calido hoste iniisset certamen, cessit illius illecebris, abiitque è Religione. Ea inconstantia tantum dolore parentibus attulit, ut ne ipsorum perpetuo vulneraret obtutum, in Chinam eum negotiationis ergo ablegarint. Aliquantum post tempore, cogitantem quam periculosa in libertate, patria procul, vitam ageret quæque in Religione (Deoque ad ea ruminanda impellente) vidisset, ac reliquis-

set bona novus ardor accendit, & hæc postliminio repetendi, & toto animo divini Spiritus instandibus obsequendi. Manilam ergò, nescio cujus negotii causa profectus, eo absoluto ambit denuo Religiosum habitum, & impetrat in cœnobio Sanctæ Mariæ de Angelis Patrum Minorum Exaltatorum: ubi egregia approbatione peracto tyrocinio, solemniam demum vota professus est.

W. Honestum fecit &c.

LECTIO V.

Ujus mutationis perlato à Mexicum nuntio vehementer exhilarati parentes supremum ordinis in India præsidem, quem Commissarium Generalem appellant (is tunc Mexici erat) obsecrant filium sibi in seraphico illo habitu videre ut per eum liceat. Lubens Pii parentibus ea in re gratificatus Commissarius, scripsit in Philippinas, ut confestim Mexicum Philippus mitteretur. Ea causa navem Sancti Philippi tutelæ creditam atque insignitam nomine conscendit; quæ vi tempestatum convulsa, & in Urandum Tuzzani Regni portum ejecta, ipse brevi portum æternæ beati-

ti-

titudinis laureo martyrii redimitus tenuit. Omen Philippi martyrii fuit, quòd dum procellis jactaretur, in qua is erat, Sancti Philippi navis ea parte cœli, quæ Japonem respiciebat vidit crucem candidam, figura expressam simili earum in qua dein sublati martyres fuere, post in sanguineum colorem mutasse itidem ad horæ quadrantem; demum nigra nube obvolutam. Omini respondit eventus. Nam saviente in Japonia adversus christianæ fidei præcones persecutione, Beatus Philippus in vincula conjectus, & cum aliis sociis fuit morte damnatus.

W. Desiderium animæ &c.

LECTIO VI.

Erductus, itaque, cum carteris in triumphalem campum, paratam sibi crucem positus humi genibus amplexatus, in hæc prorupit verba: O fortunatam navem! O felicem Sancti Philippi galeonem! O jacturam mihi minimè damnosam sed omni lucro questuosiorem! Ei cruci, dum transversarium lignum inseritur, cui qui pendet utcumque insidet fallente mensura, quam solo fortasse intuitu faber college-

rat, demissius alquanto positum est, quam ut inniti Beatus Martyr posset. Quamobrem, erecta jam cruce, cui sancti viri, alligata ferreis vinculis brachia, collum ac tibiæ erant, ita subsedit pondere suo corpus, ut ea numella quæ guttur strangebatur, penè suffocaretur: magno igitur fervore animi, Jesu, Jesu, inelamat. Quo animadverso, Judex, priusquam strangularetur, configi lanceis jubet: atque ita primus omnium triplici lanceæ ictu palmam martyrii obtinuit, qui postremus in Japoniam venerat. De eodem, & de viginti quinque martyrii sociis, Urbanus Octavus, Pontifex Maximus, Officium recitari, & Missam respectivè celebrari concessit. Ipsius autem Beati Philippi gloria magna devotione Mexici colitur, dicato in illius honorem Templo, & Cappuccinarum virginum insigni cœnobio.

W. Stola jucunditatis, &c.

IN III. NOCTURNO.

Lectio Sancti Evangelii secundum Matthæum.

LECTIO VII. Cap. 16.

In illo tempore, dixit Jesus discipulis suis: Si quis vult post me venire, abneget semetip-

ip-

ipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Et reliqua.

Homil. S. Bernardi Abb.

In Vigilia & In die S. Andree Apost.

Merito crucis amatorem, venerantur quicumque sunt servi crucis: sed ab his ampliore jure devotionem exigit, qui specialius proposuerunt tollere crucem suam. Vobis hæc & de vobis dico, Fratres mei, qui non sorda aure audistis illam evangelicam tubam: Qui non basulat crucem suam, & sequitur me, non potest meus esse discipulus. Parati estote, totam animi diligentiam huic adhibete solemnitati, & corde magno celebrare eam: quia magnus omnino consolationis thesaurus repositus est in ea, si fuerit, qui fodiatur, & scrutetur.

rg. Corona aurea &c.

LECTIO VIII.

Cruis & crux pretiosa est, & crux amari potest, & crux habet exultationem. Ita est. Si fuerit qui colligat semper Lignum Crucis, vitam germinat, fructificat juvenitatem, oleum lætitiæ stillat, balsamum sudat spiritualium charismatum. Non est silvestris arbor, lignum vitæ, ap-

prehendentibus eam. Arbor fructifera, arbor saltifera est: alioquin quomodo Domini eam occuparet terram? Illam dico, pretiosissimam glebam, que clavorum est infixa radicibus.

rg. Hic est verè martyr &c.

LECTIO IX.

NOS cum Beato Philippo necesse habemus tollere crucem nostram, imò cum in eo, quem ipse sequutus est, Domino Salvatore, inde enim sic lætatur, inde sic exultabat, quod non solum pro eo, sed etiam cum eo mori videretur, & complantari similitudini mortis ejus, ut compatiens etiam conregnaret. Cum quo ut simul crucifigamur & nos, attentius auribus cordis audiamus vocem dicentis: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Ac si dicat: Qui me desiderat, se despiciat: Qui vult facere voluntatem meam, discat frangere suam.

Te Deum laudamus. &c.

AD LAUDES.

HYMNI.

Philippæ Martyr inelyte,

Jesu fidelis assecla,

Quem prætulisti nomine

Ad.

Adis que vis mortem sequi. Confossus hasta triplici,

Fusosque rotans sanguine,

Distentus expirans cruce

Jesu refers imaginem.

Sodalium tu Martyrum

Primoris is & signifer,

Agmenque duens calitum

Prior profundis sanguinem.

Audi precantum civium

Voces piæque lacrymas;

Ductorque noster sedibus

Nos tu beatissime insere.

Virtus, honor, laus, gloria,

Putri sit atque Filio,

Sancto simul Paraclyto

Nunc & per omne sæculum.

Amen.

DIE X. FEBRUARII.

In Festo S. Scholasticæ Virg.

Duplex.

ORATIO.

DEUS, qui Animam Beatæ Virginis tuæ Scholasticæ, ad ostendam innocentiam viam, in columba specie Cœlium penetrare fecisti: da nobis ejus meritis, & precibus ita innocenter vivere; ut ad æterna mereamur gaudia pervenire. Per Dominum.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurr. Si venierit in Quadragesima: De Virginitate.

IN II. NOCTURNO.

Ex libro secundo Dialogo-

rum S. Gregorii Pap. Cap. 33.

LECTIO IV.

Scholastica venerabilis Patris Benedicti Soror, omnipotenti Domino ab ipso infantia tempore dedicata; ad eum semel per annum venire consueverat: ad quam vir Dei non longè extra januam in possessione Monasterii descendebat. Quadam verò die venit ex more, atque ad eam cum discipulis venerabilis ejus descendit frater, qui totum diem in Dei laudibus, sacrisque colloquiis ducentes, incumbens jam noctis tenebris, simul acceperunt cibum. Cumque adhuc ad mensam sederent, & inter sacra colloquia tardior se hora protraheret, eadem sanctimonialis femina Soror ejus eum rogavit, dicens: Quæso te, ut ista nocte me non deseras; ut usque mane de celestis vite gaudiis loquamur. Cui ille respondit: Quid est quod loqueris Soror? Manete extra cellam, nullatenus possum. Tanta verò erat Cœli serenitas; ut nulla in aère nubes appareret. Sanctimonialis autem femina cum verba Fratris negantis audisset, inserta digitis manus super mensam posuit, & caput in manibus omnipotentem Do-

mi.

minum rogatura declinavit. Cumque levaret de mensa caput tanta coruscationis, & tonitruum virtus, tantaque inundatio pluvie erupit; ut neque Venerabiles Benedictus, neque Fratres, qui cum eo aderant, extra loci limen quo consederant, pedem movere potuerint.

¶ Propter veritatem, & mansuetudinem.

LECTIO V.

S Anthonialis quippe femina caput in manibus declinans, lacrymarum fluvium in mensam fuderat, per quas serenitatem aeris ad pluviam traxit. Nec paulo tardius post orationem inundatio illa secuta est, sed tanta fuit convenientia orationis, & inundationis; ut de mensa caput jam cum tonitruo levaret; quatenus unum, idemque esset momentum, & levare caput, & pluviam deponere. Tunc Vir Dei inter coruscus, & tonitruos, atque ingentis pluvie inundationem, videns se ad Monasterium non posse remeare, cepit conqueri contristatus dicens: Pareat tibi omnipotens Deus Soror, quid est, quod fecisti? Cui illa respondit: Ecce rogavi te, & audire me noluisti: rogavi Deum meum, & audivit me: modo

ergo, si potes, egredere, & me dimissa ad Monasterium recede. Ipse autem exire extra tectum non valens, qui remanere sponte noluit in loco, mansit invitus. Sicque factum est, ut totam noctem pervigilem ducerent, atque per sacra Spiritualis vite colloquia, sese vicariatione satiant.

¶ Dillexisti justitiam, & odisti iniquitatem.

LECTIO VI.

Cumque die altero eadem venerabilis femina ad cellam propriam recessisset, Vir Dei ad Monasterium rediit. Cum, ecce, post triduum in cellam consistens, elevatis in aera oculis, vidit ejusdem Sororis suae. Animam de corpore egressam, in Columbae specie Coeli secreta penetrare. Qui, tanta ejus gloriae congaudens, omnipotenti Deo in hymnis, & laudibus gratias reddidit, ejusque obitum Fratribus denuntiavit. Quos etiam protinus misit, ut ejus corpus ad Monasterium deferrent, atque in sepulchro, quod sibi ipsi paraverat, ponerent. Quo facto contigit, ut quotum mens una semper in Deo fuerat, eorum quoque corpora nec sepultura separaret.

¶ Afflerentur Regi.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium: Simile erit regnum Coelorum decem Virginibus, de Communi Virginitate.

DIE XIII. FEBRUARII.

In Festo S. Valerii Episcopi, & Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis.

In Hymno dicitur: Meruit supremos laudis honores.

ORATIO.

Omnipotens sempiternus Deus, qui sacram Beati Valerii Confessoris tui, atque Pontificis solemnitate hodierna die venerari voluisti: nos famulos tuos ab omni culpa liberos esse concede; ut ejus intercessione ad vitam perveniamus aeternam. Per Dñm.

LECTIONES primi Nocturni de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Ex Lectionibus jam approbatis pro Ecclesiis Casaraugustana, & Valentina, & ex iis, quae habentur de S. Valerio in Brevario Romano, in festo S. Vincentii Martyris.

LECTIO IV.

Valerius pietate, & doctrina insignis ex Consu-

lari Valerionum turba (teste Prudentio) Coesaraugustae ortus est, talemque se in Episcopatu gessit, qualem nec optare quidem populus potuisset. Cum enim Diocletiani, & Maximiani in Christianos persecutio maxime saeviret, toto animo omnique studio ad propagandam Christi Fidem incumbebat, certans nimirum, juxta praeceptum Apostoli, bonum certamen fidei, apprehendensque vitam aeternam, in quam vocatus erat, & confessus bonam confessionem coram multis testibus. Qui cum ob lingue tarditatem in praedicandi Evangelii exercitatione minus versari posset, ne ea ex te aliquid detrimenti populus acciperet, hanc curam Vincentio ejus discipulo, & Diacono mandavit: ut hac ratione nihil ad confirmandum in fide populum, ipsumque sanctè docendum, desideraretur. Utriusque verò exemplo vitae, ac morum sanctitate, Vincentii etiam praedicatione res Christiana in dies magis augebatur. Hæc intelligens Dacianus, qui in praedicta Diocletiani, & Maximiani persecutione in Hispaniam Praeses missus Christianos totis viribus insectabatur,

Valerium una cum Vincentio Coesraugustæ capi, & utrumque Valentiam vincitum post se duci, impio suo instituto expedire admodum, ac necessarium etiam esse iudicavit.

¶ Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. * Manus enim mea auxiliabitur ei.

¶ Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

LECTIO V.

Viros itaque sanctissimos Valerium, & Vincentium vinculis constrictos Cesar Augusta Valentiam Dacianus ad se duci iuber, qui simul atque Valentiam in illius conspectum prodierunt, cum Valerius ob senilem ætatem, & eam qua apud Christianos valebat, existimationem auctoritate precelleret, ad ipsum Præses conversus: Quid, inquit, tu Valeri? An putas, æquum esse religionis prætextu principum decreta infringere, ac violare? Tunc Valerius, quamvis corpore ob longævam ætatem infirmiore, animo tamen firmissimo, Religionis, & Fidei causam suscipiens, mitiore licet, ac tardiore sermone Daciano respondit: Nos, ò Daciane, quia

Christianam Fidem profitemur, & majorum nostrorum vestigiis insistimus, Deo potius, cuius nutu omnia sunt condita, quam hominibus obedire oportere, in maximis, & sanctissimis nostræ Religionis decretis semper habuimus. Quo audito Dacianus, quoniam ex Valerii morte nullum sibi triumphum pollicebatur, quod summa ille senectute, quam quovis tormento graviorem illi futuram esse existimabat confectus esset; exilio dumtaxat damnandum illum esse decrevit.

¶ Posui adiutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea. * Manus enim mea auxiliabitur ei.

¶ Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus.

LECTIO VI.

CUM igitur exilii causa Valerius solum vertendum esset, relicta Civitate Valentiam, in Aragoniæ provinciam sese contulit, cui, cum Cesar Augustam redire, aut ampla spatiosa loca incolere, edicto iudicis prohibitum esset, Anatum ejusdem Provincie oppidulum ad habitandum sibi delegit: id etiam sibi præstituent,

ut

ut separatus à turba, ac proinde omnibus impediementis liberatus, rebus divinis se totum dederet, suamque senectutem Deo prorsus consecraret. Quo in loco cum clarissima Vincentii mors, quam Valentiam pro Christi fide ab impio Daciano gloriosissime perpassus fuerat, sæpe ipsi in mentem veniret, eam vehementer illi gratulari solebat: quin & ipse ex hac vita migrare summis votis optabat: ut quem charissimum socium, sui que muneris participem habuisset in terris, brevi etiam comitem haberet in caelis; & ut proclivis sui in Vincentium, animi significationem aliquam ederet, templum, eo in loco Christianorum sumptibus erigendum curavit: Quod primum beati Vincentii nomine dedicatum est. Qui tandem vigiliis, jejuniis, orationibus, & sacris meditationibus intentus, felicem animam Deo reddidit circa annum Domini tercentessimum decimum quintum. Cujus corpus non longè ab eo loco in Castro, cui nomen est Strada, Christiani pie sepelierunt. Insigne verò nunc monumentum ejus reliquias continens, ac nomen referens, in coenobio Ro-

da vulgò nuncupato, conspicitur.

¶ Iste est, qui antè Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrina ejus repleta est. * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum.

¶ Iste est, qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Ipse intercedat. Gloria. Ipse intercedat.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evang. Homo peregrè, de Communi Confessoris Pontificis.

Missa: Statuit, de eodem Communi.

DIE XIX. FEBRUARII.

In Fèsto S. Gelatii Martyris. Cujus Reliquia asservatur in Alma Cathedrali Ecclesia.

Duplex.

Oratio: Præsta quæsumus, r. loco.

Lectiones primi Nocturni, de Scriptura occurrentes; & in Quadragesima: Fratres debitorum. In secundo Nocturno: Triumphalis.

In tertio Nocturno. Hom. in Evangelium: Si quis vult.

Missa: In virtute. Et in Martice dicitur. Cred.

DIE XXVI. FEBRUARII.

Et in anno bissextilii xxxvii.

In Feflo S. Felicis Martyris,
cujus Reliquia asseruatur in
Atma Cathedrali Ecclesia.

Duplex.

Omnia de Communi unius
Martyris.

Oratio, Lectiones primi, se-
cundi & tertii Nocturni, ac
Missa, ut in die S. Gelatii.

DIE XXVIII. FEBRUARII.

Et in anno bissextili die xxxix.

In Feflo S. Pii Martyris, cu-
jus Reliquia asseruatur in Al-
ma Ecclesia.

Duplex.

Omnia de Communi unius
Martyris.

Oratio: Præsta quæsumus,
2. loco.

Lectiones primi Nocturni de
Scriptura occurrente. Et in
Quadragesima: Fratres debi-
tores.

In secundo Nocturno: Prin-
cipes, 2. loco.

In tertio Nocturno, Homilia
in Evangelium: Nihil est oper-
tum, ut in die 26. Januarii in
Breviario.

Missa: Letabitur. Et in Ma-
trice dicitur Credo.

FERIA SEXTA.

Post Cineres.

In Feflo Quinque Plagarum
Domini nostri Jesu Christi.

Duplex majus.

AD VESPERAS.

Ant: Verè languores.

Psalmus 115.

C Redidi, propter quod lo-
cutus sum: * ego autem
humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: *
omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino:
* pro omnibus, que retribuit
mihî?

Calicem salutaris accipiam:
* & nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam
coram omni populo ejus: *
pretiosa in conspectu Domini
mors sanctorum ejus.

O Domine, quia ego servus
tuus: * ego servus tuus, & fi-
lius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea: * ti-
bi sacrificabo hostiam laudis,
& nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam
in conspectu omnis populi
ejus: * in atriis domus Domi-
ni, in medio tui Jerusalem.

Ant: Verè languores nos-
tros ipse tulit, & dolores nos-
tros ipse portavit.

Ant: Ipse autem.

Psalmus 119.

Ad Dominum cum tribu-
lularer clamavi: * &
exaudivit me.

Domine libera animam
meam

meam à labiis iniquis: & à
lingua dolosa.

Quid datur tibi, aut quid
apponatur tibi: * ad linguam
dolosam?

Sagittæ potentis acutæ: *
cum carbonibus desolatoris.

Hæu mihi, quia incolatus
meus prolongatus est, habitavi
cum habitantibus Cedar: * mul-
tum incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem
eram pacificus: * cum loquebar
illis, impugnabant me gratis.

Ant: Ipse autem vulneratus
est propter iniquitates nos-
tras: attritus est propter scele-
ra nostra.

Ant: Alligavit Dominus.

Psalmus 139.

Erripe me Domine ab ho-
mine malo: * à viro ini-
quo eripe me.

Qui cogitaverunt iniquita-
tes in corde: * tota die consti-
tuebant prælia.

Acuerunt linguas suas sicut
serpentis: * venenum aspidum
sub labiis eorum.

Custodi me Domine de ma-
nu peccatoris: * & ab homini-
bus iniquis eripe me.

Qui cogitaverunt supplantare
gressus meos: * abscondent
superbi laqueum mihi.

Et funes extenderunt in la-

queum: * juxta inter scandalu-
m posuerunt mihi.

Dixi Domino, Deus meus
es tu: * exaudi Domine vo-
cem deprecationis meæ.

Domine, Domine virtus sa-
lutis meæ: * obumbrasti super
caput meum in die belli.

Ne tradas me Domine à desi-
derio meo peccatori: * cogita-
verunt contra me, ne derelin-
quas me, ne fortè exaltentur.

Caput circuitus eorum: * labor
labiorum ipsorum operiet eos.

Cadent super eos carbones;
in ignem dejicies eos: * in mi-
seriis non subsistent.

Vir linguosus non dirigitur
in terra: * virum injustum ma-
la capient in interitum.

Cognovi quia faciet Domi-
nus judicium inopis: * & via-
dictam pauperum.

Verumtamen justî confite-
buntur nomini tuo: * & habi-
tabunt recti cum vultu tuo.

Ant: Alligavit Dominus
plagam populi sui, & percussa-
rum eius sanavit.

Ant: Omnis qui transibit.

Psalmus 140.

Domine, clamavi ad te,
exaudi me: * intende vo-
cæ meæ, cum clamavero ad te.

Dirigatur oratio mea sicut
incensum in conspectu tuo:
ele-

* elevatio manuum meam
sacrificium vespertinum.

Pone Domine custodiam ori
meo: * & ostium circumstan-
tiaz labii mei.

Non declines cor meam in
verba malitiae: * ad excusan-
das excusationes in peccatis.

Cum hominibus operantibus
iniquitatem: * & non commu-
nicabo cum clericis eorum.

Corripiet me justus in mi-
sericordia, & increpabit me:
* oleum autem peccatoris non
impinguet caput meum.

Quoniam adhuc, & oratio
mea in beneplacitis eorum: *
absorpti sunt juncti petrae ju-
dices eorum.

Audient verba mea, quoniam
potuerunt: * sicut crassitudo
terraerupta est super terram.

Dissipata sunt ossa nostra se-
cus infernum: * quia ad te Do-
mine: Domine oculi mei: in te
speravi, non auferas animam
meam.

Custodi me à laqueo quem
statuerunt mihi: * & à scanda-
lis operantium iniquitatem.

Cadent in retiaculo ejus pec-
catores: * singulariter sum ego
donec transeam.

Añã. Omnis qui transibit,
stupebit super omnes plagas
ejus.

Añã. O vos omnes.
Psalmus 141.

Voce mea ad Dominum
clamavi: * voce mea ad
Dominum deprecatus sum.

Effundo in conspectu ejus
orationem meam: * & tribula-
tionem meam ante ipsum pro-
nuntio.

In deficiendo ex me spiri-
tum meum: * & tu cognovisti
semitas meas.

In via hac qua ambulabam:
* absconderunt laqueum mihi.
Considerabam ad dexteram:
& videbam: * & non erat qui
cognosceret me.

Periit fuga à me: * & non est
qui requirat animam meam.
Clamavi ad te Domine: *
dixi: Tu es spes mea, portio
mea in terra viventium.

Intende ad deprecationem
meam: * quia humiliatus sum
nimis.
Libera me à persequentibus
me: * quia confortati sunt su-
per me.

Educ de custodia animam
meam ad confitendum nomini
tuo: * me expectant justi, do-
nec retribuas mihi.

Añã. O vos omnes, qui
transitis per viam, attendite,
& videte, si est dolor sicut do-
lor meus.

Capitulum Isai 53.

Christus vulneratus est pro-
pter iniquitates nostras;
atritus est propter scelera nos-
tra: cujus livore sanati sumus.
R. Deo gratias.

HYMNUS.

Pange lingua gloriosi
Lauream certaminis,
Et super Cruci trophæo
Dic triumphum nobilem,
Qualiter Redemptor orbis
Inmolatus vicerit.

De parentis protoplasti
Fraude factor condolens,
Quando pomi noxialis
In necem morsu ruit:
Ipse lignum tunc notavit,
Damna ligni ut solveret.

Hoc opus nostræ salutis
Ordo depoposcerat,
Multiformis proditoris
Ars ut artem falleret,
Et medelam ferret inde,
Hostis unde læserat.

Quando venit ergo sacri
Plenitudo temporis,
Missus est ab arce Patris
Natus orbis conditor;
Atque ventre virginali,
Carne amictus prodiit.

Vagit infans inter arcta
Conditus præsepia:
Membra pannis involuta
Virgo mater alligat,
Et Dei manus, pedesque

Stricta cingit fascia.
Sempiterna sit Beate
Trinitati gloria,
Æqua Patri, Filioque;
Par decus Paracleti:
Unius, Trinique nomen
Laudet universitas. Amen.
y. Videbant in quem trans-
fixerunt.

y. Et dolebunt super eum,
ut in morte Primogeniti.

AD MAGNIFICAT.

Añã. Dum in Cruce penderet
unigenitus Dei filius, & ab om-
nibus subsannaretur, Mater
ejus Virgo Maria ipsum ve-
rum Deum & hominem con-
dolens venerabatur.

ORATIO.

DEUS, qui unigeniti Filii
tui passione, & per quin-
que vulnera ejus sanguinis ef-
fusione, humanam naturam
peccato perditam reparasti: tri-
bue nobis quesumus; ut qui ab
eo suscepta vulnera veneramus
in terris; ejusdem pretiosissi-
mi sanguinis fructum conse-
qui mereamur in caelis. Per
eundem &c.

*Deinde fit commemoratio de
feria.*

Domino non sum dignus,
ut intres sub tectum meum,
sed tantum dic verbo, & sana-
bitur puer meus.

ŷ. Dirigatur, Domine, oratio mea.

ŷ. Sicut incensum in conspectu tuo.

ORATIO.

Parce, Domine, parce populo tuo: ut dignis flagellationibus castigatus, in tua miseratione respiret. Per Dominum, &c.

AD MATUTINUM.

Domine labia mea. Deus in adiutorium, &c.

Inuitatorium. Christum in Cruce confixum, quinque plagis vulneratum: * Venite adoremus.

Psal. Venite exultemus & c. *Hymnus.* Pange lingua, &c. *ut in Vesperis.*

IN I. NOCTURNO.

Añã. Quis est iste.

Psalms 10.

IN Domino confido: quomodo dicitis animæ meæ: * Transmigra in montem sicut passer?

Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum parauerunt sagittas suas in pharetra, * ut sagittam in obscuro rectos corde.

Quoniam que perfecisti, destruxerunt: * Justus autem quid fecit?

Dominus in templo sancto suo:

* Dominus in celo sedes ejus. Oculi ejus in pauperem respiciunt: * Palpebræ ejus interrogant filios hominum.

Dominus interrogat justum & impium: * Qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.

Pluet super peccatores laqueos: * ignis, & sulphur, & spiritus procellarum pars calcis eorum.

Quoniam justus Dominus, & justitias dilexit: * aequitatem vidit vultus ejus.

Añã. Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra?

Añã. Quare rubrum.

Psalms 14.

Domine, quis habitavit in tabernáculo tuo? * aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula: * & operatur justitiam.

Qui loquitur veritatem in corde suo: * qui non egit dolium in lingua sua.

Nec fecit proximo suo malum: * & opprobrium non accepit adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus: * timentes autem Dominum glorificat.

Qui

Qui jurat proximo suo, & non decipit: * qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & munera super innocentem non accepit.

Qui facit hæc, * non movebitur in aeternum.

Añã. Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari?

Añã. Torcular calcavi.

Psalms 23.

Domini est terra, & plentudo ejus: * orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo.

Quia ipsa super maria fundavit eum: * & super flumina preparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus & mundo corde: * qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem à Domino: * & misericordiam à Deo saluari suo.

Hæc est generatio querentium eum, * querentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ aeternales: * & introibit Rex gloriae.

Quis est iste Rex gloriae? * Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ aeternales: * & introibit Rex gloriae.

Quis est iste Rex gloriae? * Dominus virtutum ipse est Rex gloriae.

Añã. Torcular calcavi solus, & de Gentibus non fuit vir mecum.

ŷ. Foderunt manus meas, & pedes meos.

ŷ. Dinumeraverunt omnia ossa mea.

De Isaiã Propheta.

LECTIO I. Cap. 53.

Quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui revelatum est? & ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra siccanti. Non est species ei, neque decor, & vidimus eum, & non erat aspectus, & desideravimus eum: Despectum, & novissimum Virorum, Virum dolorem, & scientem infirmitatem, & quasi absconditus vultus ejus & despectus: unde nec reputavimus eum: verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit: & nos putavimus eum quasi leprosum, & percusum à Deo, & humiliatum.

tum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras; attritus est propter scelera nostra; disciplina pacis nostrae super eum, & fivore ejus strati sumus. Tu autem &c.

v. Gratificavit nos Deus in dilecto filio suo. * In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus in remissionem peccatorum.

y. Ecce venit plenitudo temporis, in quo misit Deus Filium suum in terras, in quo habemus.

LECTIO II.

CMnes nos quasi oves erravimus, unusquisque in viam suam declinavit, & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum: sicut ovis ad occisionem ducetur, & quasi Agnus coram tendente se obmutescet, & non aperiet os suum. De angustia, & de judicio sublatus est: generationem ejus quis enarrabit? Quia abscissus est de terra viventium: propter scelus populi mei percussus eum. Et dabit impius pro sepultura, & divites pro morte sua: eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore ejus. Et Dominus voluit contere eum in infirmitate. Tu autem, &c.

Be. Nos qui aliquando eramus longè, facti sumus propè, sanguine Jesu Christi. * Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum.

y. A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Ipse est.

LECTIO III. Cap. 69.

QUIS est iste, qui venit ad Edom, tinctis vestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua gradiens in multitudine fortitudinis suae. Ego qui loquor justitiam, & propugnator sum ad salvandum. Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Torcular calcavi solus, & de Gentibus non est vir mecum: calcavi in furore meo, & conculcavi eos in ira mea, & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinavi: dies enim ultionis in corde meo, annus redemptionis meae venit, circumspexi, & non erat auxiliator, quasi vi, & non fuit qui adjuvaret. Tu autem, &c.

v. In primogenito ex mortuis complacuit omnem plenitudinem divinitatis inhabitare, & per eum reconciliare omnia in ipsum. * Pacificans per

san-

sanguinem Crucis ejus, sive uberibus matris meae. In te proque in caelis, sive quae in terris sunt.

y. Ipse est: Caput corporis Ecclesiae in omnibus primatum tenens. Pacificans per sanguinem Crucis ejus. Gloria Patri. Pacificans.

IN II. NOCTURNO.

Ant. Foderunt.

Psalmus 21.

DEUS, Deus meus, respice in me: quare me dereliquisti? * longè à salute mea verba delictorum meorum.

Deus meus clamabo per diem, & non exaudies: * & nocte, & non ad incipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas, * laus Israël.

In te speraverunt patres nostri: * speraverunt, & liberasti eos.

Ad te clamaverunt, & salvi facti sunt: * In te speraverunt, & non sunt confusi.

Ego autem sum vermis, & non homo: * opprobrium hominum, & abjectio plebis.

Omnes videntes me, deriserunt me: * locuti sunt labiis, & moverunt caput.

Speravit in Domino, eripiat eum: * salvum faciat eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre: * spes mea ab

uberibus matris meae. In te proque sum ex utero.

De ventre matris meae Deus meus es tu: ne discesseris à me.

Quoniam tribulatio proxima est: * quoniam non est qui adjuvet.

Circumdederunt me vituli multi: * tauri pingues obsederunt me.

Aperuerunt super me os suum: * sicut leo rapiens & rugiens.

Sicut aqua effusus sum: * & dispersa sunt omnia ossa mea.

Factum est cor meum tanquam cera liquescens: * in medio ventris mei.

Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhesit faucibus meis: * & in pulverem mortis deduxisti me.

Quoniam circumdederunt me canes multi: * concilium malignantium obsedit me.

Foderunt manus meas, & pedes meos: * dinumeraverunt omnia ossa mea.

Ipsi vero consideraverunt, & inspexerunt me: * diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.

Tu autem Domine ne elongaveris auxilium tuum à me: * ad defensionem meam conspice.

Erue à frumina Deus animam meam:

D 2

meam:

meam: * & de manu canis unquam meam.

Salva me ex ore leonis: * & à cornibus unicornium humilitatem meam.

Narrabo nomen tuum fratribus meis: * in medio Ecclesie laudabo te.

Qui timetis Dominum, laudate eum: * universum semen Jacob glorificate eum.

Timeat eum omne semen Israël: * quoniam non sprexit, neque despexit deprecationem pauperis.

Nec avertit faciem suam à me: * & cum clamarem ad eum, exaudivit me.

Apud te laus mea in Ecclesia magna: * vota mea reddam in conspectu timentium eum.

Edent pauperes, & saturabuntur: & laudabunt Dominum qui requirunt eum: * vivent corda eorum in sæculum sæculi.

Reminiscuntur & convertentur ad Dominum * universi fines terræ.

Et adorabunt in conspectu ejus * universæ familie Gentium.

Quoniam Domini est regnum: * & ipse dominabitur Gentium.

Manducaverunt & adoraverunt omnes pingues terræ: * in

conspectu ejus cadent omnes qui descendunt in terram.

Et anima mea illi vivet: * & semen meum serviet ipsi.

Annuntiabitur Domino generatio ventura: * & annuntiabunt cœli justitiam ejus populo, qui nascetur, quem fecit Dominus.

Añã. Foderunt manus meas, & pedes meos: dinumeraverunt omnia ossa mea.

Añã. A planta pedis.

Psalmus 65.

Ubilate Deo omnis terra, **J** psalmum dicite nomini ejus: * date gloriam laudi ejus.

Dicite Deo: Quàm terribilia sunt opera tua Domine! * in multitudine virtutis tuæ mentientor tibi inimici tui.

Omnis terra adoret te, & psallat tibi: * psalmum dicat nomini tuo.

Venite, & videte opera Dei: * terribilis in consiliis super filios hominum.

Qui convertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede: * ibi lætabimur in ipso.

Qui dominatur in virtute sua in æternum, oculi ejus super Gentes respiciunt: * qui exasperant, non exalantur in semetipsis.

Benedicite Gentes Deum nos.

nostrum: * & auditam facite vocem laudis ejus.

Qui posuit animam meam ad vitam: * & non dedit in commotionem pedes meos.

Quoniam probasti nos Deus: * igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.

Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro: * imposuisti homines super capita nostra.

Transivimus per ignem, & aquam: * & eduxisti nos in refrigerium.

Introibo in domum tuam in holocaustis: * reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea.

Et locutum est os meum * in tribulatione mea.

Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum: * offeram tibi boves cum hircis.

Venite, audite, & enarrabo omnes, qui timetis Deum: * quanta fecit animæ meæ.

Ad ipsum ore meo clamavi: * & exaltavi sub lingua mea.

Iniquitatem si aspexi in corde meo: * non exaudivit Dominus.

Propterea exaudivit Deus: * & attendit voci deprecationis meæ.

Benedictus Deus, * qui non

amovit orationem meam, & misericordia suam à me.

Añã. A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas.

Añã. Vulnus, & livor.

Psalmus 75.

Notus in Jadera Deus: * in Israël magnum nomen ejus.

Et factus est in pace locus ejus: * & habitatio ejus in Sion. Ibi confregit potentias arcuum: * scutum gladium, & bellum.

Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis: * turbati sunt omnes insipientes corde.

Dormierunt somnum suum: * & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis. Ab increpatione tua Deus Jacob: * dormitaverunt qui ascenderunt equos.

Tu terribilis es, & quis resistet tibi? * ex tunc ira tua.

De cœlo auditum fecisti iudicium: terra tremuit, & quæ levit. Cum exurgeret in iudicium Deus: * ut salvos faceret omnes mansuetos terræ.

Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: * & reliquæ cogitationis diem festum agent tibi.

Vovete, & reddite Domino Deo vestro: * omnes, qui in cir-

circuitu ejus assertis monera.
Terroribili, & ei qui auferet
spiritum principum: * terrori-
bili apud reges terræ.

Añā. Vulnus, & livor, & pla-
ga tumens non est circumliga-
ta, nec curata medicamine, ne-
que sota oleo.

ŷ. Verè languores nostros
ipse tulit.

z. Et dolores nostros ipse
portabit.

*De Sermonē S. Bernardi Ab.
Lib. de Passione Dñi. cap. 41.*

LECTIO IV.

Captus est Jesus post pluri-
mas illusiones tam Judæo-
rum, quam Gentium: post san-
guinis plures effusiones, clavis
immitibus manibus simul, &
pedibus perforatur: & configi-
tur ligno Crucis Saluator nos-
ter mitissimus Jesus. Intuere, &
respice rosam passionis sangui-
nea, quomodo rubet in indicium
ardentissimæ charitatis.
Contendunt passio, & charitas:
ista, ut plus ardeat, illa, ut
plus rubeat. Tu autem, &c.

z. Per mortem destruxit Je-
sus eum, qui mortis habebat
imperium. * Ut liberaret eos,
qui timore mortis obnoxii
erant servituti.

ŷ. Unde debuit per omnia
fratribus assimilari, ut miseri-

cors fieret. Ut liberaret eos,
qui timore.

LECTIO V.

Vide quomodo hoc flore ro-
sæ, floruerit optima vitis
nostra rubicundus Jesus. Vide
totum corpus, sicuti rosæ sangui-
neæ florem non invenias?
Inspice manum unam, & alte-
ram si florem rosæ non inveni-
as in utraque. Inspice pedem
unum, & alterum, numquid
non rosei? Inspice lateris aper-
turam, quia nec illa caret rosa,
quamvis ipsa sub rubea sit,
propter mixturam aquæ: quia
sicut narrat Evangelista, cum
unus Missitum lancea latus ejus
perforasset, exivit sanguis, &
aqua. Tu autem, &c.

z. Per hominem mors, &
per hominem resurrectio mor-
tuorum. * Et sicut in Adam om-
nes peccaverunt, ita in Christo
omnes vivificabuntur.

ŷ. Novissimè autem inimica
destruetur mors. Et sicut.

*Ex eodem D. Bernardo Ser-
mone de Passione Domini.*

LECTIO VI.

Inspecte Domine Sancte Pa-
ter de sanctuario tuo, &
de excelso coelorum habitacu-
lo: & intuere hanc sacrosanctam
hostiam, quam tibi offert
Magnus Pontifex noster, Sano-

tus puer tuus Dominus Jesus,
pro peccatis fratrum suorum, &
esto placabilis super multitudine
malitiæ nostræ. Cognosce
Pater tunicam filii tui Josephi:
heu! Fera pessima devoravit
eum, & conculcavit in furore
suo vestimentum ejus: Ecce,
Quinque Scissuras lamentabiles
in eo reliquit. Tu autem, &c.

z. Videmus Jesum propter
Passionem mortis gloria, & ho-
nore coronatum. * Ut pro om-
nibus gustaret mortem.

ŷ. Decebat eum, qui multos
filios in gloriam adduxerat au-
thorem salutis eorum per pas-
sionem consummari. Ut pro
omnibus, Gloria Patri. Ut pro
omnibus.

IN III. NOCTURNO.

Añā. Quid sunt.

Psalmus 95.

Cantate Domino canticum
novum: * cantate Domi-
no omnis terra.

Cantate Domino, & benedi-
cite nomini ejus: * annuntiate
de die in diem salutare ejus.

Annuntiate inter Gentes glo-
riam ejus: * in omnibus popu-
lis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dominus,
& laudabilis nimis: * terroribilis
est super omnes deos.

Quoniam omnes dii Gen-

tium demonia: * Dominus au-
tem coelos fecit.

Confessio & pulchritudo in
conspectu ejus: * sanctimonia
& magnificentia in sanctifica-
tione ejus.

Attente Domino patriæ Gen-
tium: asserite Domino gloriam
& honorem: * asserite Domino
gloriam nomini ejus.

Tollite hostias, & introite in
atria ejus: * adorare Dominum
in atrio sancto ejus.

Commoveatur à facie ejus
universa terra: * dicite in Gen-
tibus, quia Dominus regnavit.

Etenim correxit orbem ter-
ræ, qui non commovebitur: *
judicabit populos in æquitate.

Latentur coeli, & exultet ter-
ra; commoveatur mare, & ple-
nitudine ejus: * gaudebunt cam-
pi, & omnia quæ in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia lig-
na silvarum à facie Domini,
quia venit: * quoniam venit
judicare terram.

Judicabit orbem terræ in
æquitate: * & populos in veri-
tate sua.

Añā. Quid sunt plaga istæ
in medio manuum tuarum?

Añā. His plagatus sum.

Psalmus 96.
Dominus regnavit, exultet
terra: * latentur insulae multæ.

Nubes & caligo in circuitu ejus: * justitia & judicio correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet: * & inflammabit in circuitu inimicos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus orbis terræ: * vidit, & commota est terra.

Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini: * à facie Domini omnis terra.

Annuntiaverunt cœli justitiam ejus: * & viderunt omnes populi gloriam ejus.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia: * & qui gloriantur in simulacris suis.

Adorate cum omnes Angeli ejus: * audivit, & lætata est Sion.

Et exultaverunt filie Judæ: * propter judicia tua Domine.

Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram: quoniam nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dominum, odite malum: * custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est justo, * & rectis corde lætitia.

Lætamiini justi in Domino: * & confitemini memoriæ sanctificationis ejus.

Añã. His plagatus sum in domino eorum qui me diligebant.

Añã. In amaritudine sermo.

Psalmus 97.

Cantate Domino canticum novum: * quia mirabilia fecit.

Salvavit sibi dextera ejus, * & brachium sanctum ejus.

Notum fecit Dominus salutare suum: * in conspectu gentium revelavit justitiam suam.

Recordatus est misericordie suæ, * & veritatis suæ domui Israël.

Viderunt omnes termini terræ * salutare Dei nostri.

Jubilate Deo omnis terra: * cantate, & exultate, & psallite.

Psallite Domino, in cithara, in cithara & voce psalmi: * in tubis ductilibus, & voce tubæ cornæ.

Jubilate in conspectu regis Domini: * moveatur mare & plenitudo ejus: orbis terrarum, & qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt à conspectu Domini: * quoniam veniunt judicare terram.

Judicabit orbem terrarum in justitia, * & populos in æquitate.

Añã. In amaritudine sermo meus est: & manus plagæ meæ

meæ aggravata est super gemitum meum.

ÿ. Ipse Vulneratus est propter iniquitates nostras.

ÿ. Attritus est propter scelera nostra.

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM JOANNEM. Cap. 19.

LECTIO VII.

ÿN illo tempore: Sciens Jesus, ÿ quia omnia consummata sunt, ut consummaretur Scriptura, dixit: Sitio. Et reliqua.

Homilia S. Cyrilli Episcopi Alexandrini.

Lib. 12. Comment. in Joann.

CUM ab immanibus Judæis omnis in Christum expleta esset impietas, nec quicquam jam ad summam crudelitatem reliquum esset; ad extremum Caro Christi sanctissima proprium quiddam, ac naturæ rursus patitur. Multis enim, ac variis doloribus exsiccata, siti torquetur. Graves siquidem dolores magnam ad sitim commovendum vim habent, naturali quodam, & inexplicabili calore humidum consummentes, & igneis ardoribus præcordia urentes. Tu autem, &c.

ÿ. Manifestata est gratia Dei per illuminationem Salvatoris nostri Jesu Christi: * Qui destruxit mortem, illuminavit autem

tem vitam, & incorruptionem.

ÿ. Liberavit, & vocavit nos vocatione sua Sancta: per gratiam, quæ data est nobis in Christo. Qui destruxit.

LECTIO VIII.

CONSUMMATUM esse ait, impietatis Judaicæ modum, & impotentem seviendi animum. Quid enim Judæi intentatum reliquerunt, aut quid non extremæ crudelitatis abhibuerunt? Quod supplicii, aut contumeliæ genus prætermiserunt? Quam obrem jure, consummatum est, ait: sed hora jam eum ad prædicandum spiritibus, qui apud inferos erant, invitante. Advenit enim, ut mortuorum, ac vivorum dominaretur; ipsam pro nobis mortem suscepit, communem hanc naturæ nostræ passionem sustinuit in carne sua. Tu autem, &c.

ÿ. Dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula ejus, quoniam occisus es, & redimisti nos Deus: * in sanguine tuo.

ÿ. Fecisti enim nos Deo nostro regnum, & Sacerdotes. In sanguine tuo.

LECTIO IX.

De Homilia Feria occurrent.

AD LAUDES, ET PER HORAS.

Añã. Verè languores nostros

tros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit.

Psalm. Dominus regnavit, &c. *cum ceteris, &c.*

Añā. Ipse autem Vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.

Añā. Alligavit Dominus plagam Populi sui, & percussuram ejus sanavit.

Añā. Omnis, qui transibit, stupabit super omnes plagas ejus.

Añā. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor sicut dolor meus.

Capitulum Isai. 53.

Christus vulneratus est propter iniquitates nostras; attritus est propter scelera nostra: cuius livore sanati sumus.

ñ. Deo gratias.

HYMNUS.

Luxtra sex qui jam peregrin,
Sponte libera Redemptor,
Passioni deditus,
Agnus in Crucis levatur
Inmolandus stipite.

Felle potus ecce languet,
Spina, clavi, lancea
Mite corpus perforarunt:
Unda manat, & cruor:
Terra, pontus, astra mundus,

Quo lavantur flumines
Crux fidelis inter omnes
Ardor una nobilis:
Silva talem nulla profert
Fronde, flore, germine:
Dulce ferrum, dulce lignum,
Dulce pondus sustinent.

Quo lavantur flumines

Crux fidelis inter omnes

Ardor una nobilis:

Silva talem nulla profert

Fronde, flore, germine:

Dulce ferrum, dulce lignum,

Dulce pondus sustinent.

Fleste ramos arbor alta,

Tensa laxa viscera,

Et rigor letescat ille,

Quem dedit nativitas;

Et superni membra Regis

Tendo miti stipite.

Sola digna tu fuisti

Ferre mundi Victimam;

Atque portum preparare

Atea mundo naufrago,

Quam sacer cruor perunxit,

Fusus Agni corpore.

Sempiterna sit Beata

Trinitati gloria,

Aequa Patri, Filioque;

Par decus Paraclito:

Unius, Trinique nomen

Laudet universitas Amen.

ñ. Videbunt in quem trans-

fixerunt.

ñ. Et dolebunt super eum,

ut in morte Primogeniti.

AD BENEDICTUS.

Añā. Unus Militum lancea
latus ejus aperuit, & continuo
exiit Sanguis, & aqua.

Oratio. Deus, qui Unigeniti
Filli tui passionem, &c. *ut supra*
in printis Vesperis.

De

Deinde fit commemoratio de feria.

Añā. Cum facis eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua.

ñ. Repleti sumus mané misericordia tua.

ñ. Exultavimus, & delectati sumus.

ORATIO.

ñ. Nchoata jejunia, quesumus Domine, benigno favore prosequere: ut observantiam, quam corporaliter exhibemus, mentibus etiam sinceris exercere valeamus. Per Dñum &c.

AD PRIMAM.

Añā. Verè languores nostros, &c. *ut supra.*

Reliqua dicuntur ut in Psalterio.

Ad absolutionem Capituli Lectio brevis.

Radidit Christus in mortem animam suam, & cum

sceleratis reputatus est, & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogavit.

ñ. Deo gratias.

AD TERTIAM.

Añā. Ipse autem.

Capitulum. Christus Vulneratus est, &c. *ut supra.*

ñ. breve. Foderunt manus meas, & pedes meos. Foderunt.

ñ. Dinumeraverunt omnia ossa mea. Et pedes. Gloria Patri. Foderunt.

ñ. O vos omnes, qui transitis per viam.

ñ. Attendite, & videte dolorem meum.

AD SEXTAM.

Añā. Alligavit Dominus plagam populi, &c.

Capitulum Isai. 50.

Faciem meam non averti ab increpantibus, & conspuentibus in me, Dominus meus auxiliator meus, & ideo non sum confusus.

ñ. Deo gratias.

ñ. breve. Verè languores nostros * ipse tulit. Verè.

ñ. Et dolores nostros ipse portavit. Ipse tulit. Gloria Patri. Verè languores.

ñ. Disciplina pacis nostrae super eum.

ñ. Et livore ejus sanati sumus.

AD NONAM.

Añā. O vos omnes, qui transitis per viam attendite, & videte, si est dolor sicut dolor meus!

Capitulum Isai. 53.

Tradidit Christus, &c. *ut supra ad Primam.* *ñ.* Deo gratias.

ñ. breve. Ipse vulneratus

est. * propter iniquitates nostras. Ipse.

¶ Attritus est propter scelera nostra. Propter iniquitates nostras. Gloria Patri. Ipse vulneratus est.

¶ Oblatus est, quia ipse voluit.

¶ Et non aperuit os suum.
AD VESPERAS.

Antiphona. Psalmi. Capitulum. Hymnus. & Versus, ut in primis Vesperis.

AD MAGNIFICAT. Añā.

EGO sum vestra redemptio: manus meæ, quæ vos fecerunt; clavis confixa sunt: propter vos flagellis cæsus sum, spinis coronatus sum, aquam petri pendens, & acetum porrexerunt, in escam meam sel dederunt, & in latus lanceam: mortuus, & sepultus resurrexi: vobiscum sum, & vivo in æternum.

Oratio: Deus, qui Unigeniti filii, &c. ut in prim. Vesp.

Deinde fit commemoratio de feria.

Añā. Tu autem cum oraveris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora Patrem tuum.

¶ Dirigatur Domine oratio mea.

¶ Sicut incensum in conspectu tuo.

ORATIO.

TUERE Domine populum tuum, & ab omnibus peccatis clementer emunda: quia nulla ei nocebit adversitas, si nulla ei dominetur iniquitas. Per Dominum, &c.



FESTA MARTII.

DIE II. MARTII.

In Fæsto S. Gaudiosi Martyris, cujus Reliquia asservatur in Ecclesia Cathedrali Angelopolitan.

Duplex.

Omnia de Communi Sanctæ Martyris, tantum.

Oratio: Deus, qui inter cetera, de Communi.

Lectiones primi Nocturni in Quadragesima: Constitutor; extra Quadragesim. de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno: Ego maxime, ut in eodem Communi secundo loco.

In tertio Nocturno Homilia: Simile est regnum cælorum thesauro abscondito.

Missæ: Me expectaverunt; & dicitur Credo in Matrice.

FERIA SEXTA.

Ante Fæstum S. Joseph. In Fæsto Coronæ Domini.

Du-

Duplex majus.

AD VESPERAS.

Añā. Caput Draconis confoditur, cum reliquis de Laudibus. Psalm. Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica, & loco ultimi Psal. Laudate Dominum omnes Gentes.

Capitulum. Cant. 3. d.

EGredimini, & videte filia Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum Mater sua, in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis ejus.

Hymnus.

Terre Rex altissime, Reddens Coronas perditas, Da, Coronæ Sanctissimæ Laudes proferre debitas.

Corona Christi capitis Membra coronat hodie Honoribus exhibitis, Concordet vox lætitiæ.

Certum signat victoriam, Qua Christus mortem expulit, Spinæ nostram miseriam, Quam caput nostrum substulit.

Vitæ Coronam reperit, Corona mortis anxie; Quo mors soluta deperit, Dator triumphus gratiæ.

Qui tanto diademate Nos honorat in stadio, Cum utriusque Pneumate Sit laus Patri cum Filio. Amen.

¶ Tuam Coronam adoramus Domine.

¶ Tuum gloriosum recolimus triumphum.

AD MAGNIFICAT. Añā.

O bone Jesu, quid tibi, & Coronæ spinæ? Nos peccavimus, & tu luis? Nos debuimus, & tu solvis?

ORATIO.

PRÆSTA quæsumus omnipotens Deus, ut qui in memoriam Passionis Domini nostri Jesu Christi, Coronam ejus spinæam veneramus in terris, ab ipso gloria, & honore coronari mereamur in cælis. Qui tecum vivit, & regnat.

AD MATUTINUM.

INVITATORIUM.

Coronam spineam Christi Redemptoris: Venite adoremus, Psalm. Venite exultemus Domino.

Hymnus.

DEUS tuorum militum, Sors, & Corona præmium Tuæ Coronæ meritum, Confert medellam omnium.

Tua Corona spinea Tuos coronet aurea, Tua nobis humilitas Pœnas repelat debitas.

Tuæ Coronæ mystica, Suscepto patrocinio, Jubilis voces mellicæ,

Con-

est. * propter iniquitates nostras. Ipse.

✠. Attritus est propter scelera nostra. Propter iniquitates nostras. Gloria Patri. Ipse vulneratus est.

✠. Oblatus est, quia ipse voluit.

✠. Et non aperuit os suum.

AD VESPERAS.

Antiphona. Psalmi. Capitulum. Hymnus. & Versus, ut in primis Vesperis.

AD MAGNIFICAT. AñA.

EGO sum vestra redemptio: manus meæ, quæ vos fecerunt; clavis confixa sunt: propter vos flagellis cæsus sum, spinis coronatus sum, aquam petri pendens, & acetum porrexerunt, in escam meam sel dederunt, & in latus lanceam: mortuus, & sepultus resurrexi: vobiscum sum, & vivo in æternum.

Oratio: Deus, qui Unigeniti filii, &c. ut in prim. Vesp.

Deinde fit commemoratio de feria.

AñA. Tu autem cum oraveris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora Patrem tuum.

✠. Dirigatur Domine oratio mea.

✠. Sicut incensum in conspectu tuo.

ORATIO.

Tuere Domine populum tuum, & ab omnibus peccatis clementer emunda: quia nulla ei nocebit adversitas, si nulla ei dominetur iniquitas. Per Dominum, &c.



FESTA MARTII.

DIE II. MARTII.

In Fæsto S. Gaudiosi Martyris, cujus Reliquia asservatur in Ecclesia Cathedrali Angelopolitan.

Duplex.

Omnia de Communi Sanctæ Martyris, tantum.

Oratio: Deus, qui inter cetera, de Communi.

Lectiones primi Nocturni in Quadragesima: Constitutor; extra Quadragesimæ de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno: Ego maxime, ut in eodem Communi secundo loco.

In tertio Nocturno Homilia: Simile est regnum cælorum thesauro abscondito.

Missæ: Me expectaverunt; & dicitur Credo in Matrice.

FERIA SEXTA.

Ante Fæstum S. Joseph. In Fæsto Coronæ Domini.

Du-

Duplex majus.

AD VESPERAS.

AñA. Caput Draconis comoditur, cum reliquis de Laudibus. Psalm. Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica, & loco ultimi Psal. Laudate Dominum omnes Gentes.

Capitulum. Cant. 3. d.

Egre dimini, & videte filie Sion Regem Salomonem in diademat, quo coronavit illum Mater sua, in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis ejus.

Hymnus.

Terre Rex altissime, Reddens Coronas perditas, Da, Coronæ Sanctissimæ Laudes proferre debitas.

Corona Christi capitis Membra coronat hodie Honoribus exhibitis, Concordet vox lætitiæ.

Certum signat victoriam, Qua Christus mortem expulit, Spine nostram miseriam, Quam caput nostrum substulit.

Vitæ Coronam reperit, Corona mortis anxie; Quo mors soluta deperit, Dator triumphus gratiæ.

Qui tanto diademate Nos honorat in stadio, Cum utriusque Pneumate Sit laus Patri cum Filio. Amen.

✠. Tuam Coronam adoramus Domine.

✠. Tuum gloriosum recolimus triumphum.

AD MAGNIFICAT. AñA.

O bone Jesu, quid tibi, & Coronæ spine? Nos peccavimus, & tu luis? Nos debuimus, & tu solvis?

ORATIO.

Presta quæsumus omnipotens Deus, ut qui in memoriam Passionis Domini nostri Jesu Christi, Coronam ejus spinæ veneramus in terris, ab ipso gloria, & honore coronari mereamur in cælis. Qui tecum vivit, & regnat.

AD MATUTINUM.

INVITATORIUM.

Coronam spineam Christi Redemptoris: Venite adoremus. Psalm. Venite exultemus Domino.

Hymnus.

DEUS tuorum militum, Sors, & Corona præmium Tuæ Coronæ meritum, Conset medelam omnium.

Tua Corona spinea Tuos coronet aurea, Tua nobis humilitas Pœnas repelat debitas. Tuæ Coronæ mysticæ, Suscepto patrocinio, Jubilus voces mellicæ,

Con-

Concurrat mentis gaudio.

Qui tanto diademate
Nos honorat in stadio
Cum utriusque Pneumate
Sit laus Patri cum Filio. Amen.

IN 1. NOCTURNO.

Añā. Qui peccatum.

Psalmus 1.

¶ Eatus vir, qui non abiit in
consilio impiorum, & in
via peccatorum non stetit, *
& in cathedra pestilentie non
sedit.

Sed in lege Domini voluntas
ejus, * & in lege ejus medita-
bitur die, ac nocte.

Et erit tamquam lignum quod
plantatum est secus decursus
aquarum, * quod fructum suum
dabit in tempore suo.

Et folium ejus non defluet:
* & omnia quaecumque faciet
prosperabuntur.

Non sic impii, non sic: * sed
tamquam pulvis, quem projicit
ventus a facie terrae.

Ideo non resurgent impii in
iudicio: * neque peccatores in
consilio justorum.

Quoniam, novit Dominus
viam justorum: * & iter impio-
rum peribit.

Añā. Qui peccatum non fe-
cit, nec inventus est dolus in
ore ejus, ecce iniquè spinis co-
ronatur.

Añā. Salvavit Leo.

Psalmus 2.

Quare fremuerunt Gentes,
* & populi meditati sunt
inania?

Asiterunt reges terræ, & prin-
cipes convenerunt in unum *
adversus Dominum, & adver-
sus Christum ejus.

Dirumpamus vincula eorum:
& projiciamus à nobis jugum
ipsorum.

Qui habitat in caelis, irride-
bit eos: * & Dominus subsan-
nabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira
sua, * & in furore suo contur-
babit eos.

Ego autem constitutus sum
Rex ab eo super Sion montem
sanctum ejus, * prædicans præ-
ceptum ejus.

Dominus dixit ad me: * Fi-
lius meus es tu, ego hodie ge-
nui te.

Postula à me, & dabo tibi
Gentes hereditatem tuam, *
& possessionem tuam termi-
nos terræ.

Reges eos in virga ferrea, *
& tanquam vas figuli confrin-
ges eos.

Et nunc reges intelligite:
erudimini qui iudicatis terram.
Servite Domino in timore: *
& exultate ei cum tremore.

Ap-

Apprehendite disciplinam,
ne quando irascatur Dominus,
* & pereatis de via justa.

Cum exarserit in brevi ira
ejus, * beati omnes, qui confi-
dunt in eo.

Añā. Salvavit Leo Corona-
tus de Tribu Judæ, quod Leo
rugiens devoravit.

Añā. Spinæ.

Psalmus 4.

CUM invocarem exaudivit
me Deus justitiæ meæ: *
in tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei, * & exaudi
orationem meam.

Filii hominum usquequò gravi
corde? * ut quid diligitis vani-
tatem, & queritis mendacium?

Et scitote quoniam mirifica-
vit Dominus sanctum suum: *
Dominus exaudivit me, cum
clamavero ad eum.

Irascimini, & nolite pec-
care: * quæ dicitis in cordibus
vestris, in cubilibus vestris
compungimini.

Sacrificate sacrificium jus-
titiæ, & sperate in Domino. *
Multi dicunt: Quis ostendit
nobis bona?

Signatum est super nos lu-
men vultus tui Domine: * de-
disti lætitiā in corde meo.

A fructu frumenti, vini, &
olei sui * multiplicati sunt.

In pace in idipsum * dor-
miam, & requiescam.

Quoniam tu Domine singu-
lariter in spe * constituisti me.

Añā. Spinæ nostrorum pec-
catorum in suo Capite porta-
vit, ut peccatis mortui, jus-
titiæ vivamus.

¶ Posuisti Domine Coro-
nam triumphalem.

¶ Super caput ejus.

De Isala Propheta.

LECTIO 1. Cap. 28.

V & Coronæ superbiæ,
vebris Ephraim, & fiori
decidenti, gloriæ exultationis
ejus, qui erant in vertice vallis
pinguissimæ, errantes à vino.
Ecce validus, & fortis Domi-
nus, sicut impetus grandinis;
turbo contringens, sicut impet-
tus aquarum multarum innum-
dantium, & emissarum super
terram spatiosam. Pedibus con-
culcabitur Corona superbiæ
ebriorum Ephraim.

¶ Proprio filio suo non pe-
perit, sed pro omnibus no-
bis spinis coronandum tradidit
illum: Quia dilexit nos.

¶ Milites plectentes Coro-
nam de spinis, imposuerunt ca-
pitū ejus. Quia dilexit nos.

LECTIO II.

¶ T erit flos decedens gloriæ
exultationis ejus, qui est su-
per

per verticem vallis pinguium, quasi temporarium ante maturitatem autumnus: quod cum aspexerit videns, statim ut manu tenuerit dehoravit illud. In die illa erit Dominus Exercituum Corona gloriæ, & sertum exultationis residuo populi sui, & spiritus iudicii sedente super iudicium, & fortitudo revertentibus de bello ad portam. Verum hi quoque præ vino nescierunt, & præ ebrietate erraverunt. Sacerdos, & Prophetæ nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt à vino.

¶ Videte omnes populi, & ullulate Regem iudaorum, imò omnium supernorum, & infernorum. * Quam dirè à matre sua, imò noverca, coronatum.

¶ Plangite, & pectora vestra confundite ob tale immane factum, & videte. Quam dirè.

LECTIO III.

¶ Deircò hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum in fundamento fundatum. Qui crediderit, non festinet. Et ponam in pondere iudicium, & iustitiam in mensuram. Et subvertet grando spem mendacii, & protectionem aquæ inundabunt. Et

delebitur fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit.

¶ Egre dimini filie Jerusalem, & videte verticem Regis: * Et fratris vestri Corona scirpea aculeata amarè cruentatum.

¶ Plangite, & flete super vos, & super filios vestros. Et fratris vestri. Gloria Patri. Et fratris vestri.

IN II. NOCTURNO.

Añã. Ecce Agnus.

Psalms 5.

Verba mea auribus percipe Domine, * intellige clamorem meum.

Intende voci orationis meæ, * Rex meus, & Deus meus.

Quoniam ad te orabo: * Domine, mane exaudies vocem meam.

Manè astabo tibi, & videbo: * quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitabit iuxta te malignus: * neque permanebunt in iusti ante oculos tuos.

Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: * perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus: * ego autem in multitudine misericordiæ tuæ.

Introibo in domum tuam: ad-

* adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in iustitia tua: * propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas: * cor eorum vanum est.

Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant, * iudica illos Deus.

Decidant à cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, * quoniam irritaverunt te Domine.

Et latentur omnes, qui sperant in te, * in æternum exultabunt: & habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, * quoniam tu benedices iusto.

Domine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ * coronasti nos.

Añã. Ecce Agnus Dei immaculatus à planta pedis, usque ad verticem capitis, non est sanitas in eo.

Añã. Sicut ovis ad spineam Coronam.

Psalms 8.

Domine Dominus noster, * quàm admirabile est nomen tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magnificentia tua * super cœlos.

Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum, & ultorem.

Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum: * lunam, & stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulò minus ab Angelis, gloria, & honore coronasti eum: * & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedibus ejus, * oves, & boves universas, insuper & pecora campi.

Volucres cœli, & pisces maris, * qui per ambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quàm admirabile est nomen tuum in universa terra.

Añã. Sicut ovis ad spineam Coronam ductus est: disciplina pacis nostræ super eum, & li-vore ejus sanati sumus.

Añã. Sicut Agnus.

Psalms 12.

Usquequò Domine oblivisceris me in finem? * Usquequò avertis faciem tuam à me?

Quan-

Quandiu ponam concilia in anima mea, * dolorem in corde meo per diem?

Usquequod exaltabitur inimicus meus super me? * respice, & exaudi me Domine Deus meus.

Illuminat oculos meos, ne unquam obdormiam in morte: * ne quando dicat inimicus meus: Prævalui adversus eum.

Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero: * ego autem in misericordia tua speravi.

Exultabit cor meum in salutari tuo: cantabo Domino qui bona tribuit mihi: * & psallam nomini Domini Altissimi.

Añã. Sicut Agnus tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est.

ÿ. Tuam Coronam adoramus Domine.

ÿ. Tuum gloriosum recolimus triumphum.

LECTIO IV.

Quem admodum ad nature opera in uno corpore multa sunt membra, diversis adibus accomodata: ita ad artis opus varia instrumenta adhiberi solent, singula singularem suas operationes habentia. Igitur ad Redemptionem nostram summi artificis Domini nostri Jesu Christi, ejusque emi-

nentissimæ artis operationem, utpotè consummatissimam, consentaneum est; multa instrumenta accessisse. Fuerunt enim vestes, funes, Corona, flagella, columna, clavi, arundo; spongia, lancea, linteum, & sepulchrum. Quæ ut suo tempore nostræ redemptionis operi singularim singula accesserunt, ita suam quoque dignitatem, & venerationis rationem acceperunt à Domino Jesu Christo, quando ad ejus contactum pervenire meruerunt.

ÿ. Popule meus, quid feci tibi? aut quid molestus fui tibi? Popule stulte, & insipiens, ut Spinis Caput meum perforares, responde mihi? * Quia eduxi te de terra Egypti, & de domo servientium liberavi te.

ÿ. Memento, quæso, quæ fecerim tibi. Quia eduxi.

LECTIO V.

Sicut enim, quæ venenosa, contagiosa, vel rabida tangunt, contaminantur, & fiunt morbosa; ita quæ vitæ, & salutis æternæ fontem, artificemque in vivificandi, ac salvandi artificio tetigerunt, salubritatem, majestatem, venerationisque rationem acquisivisse perpetuam, non abs re creditur. Non itaque Coronæ materiam vene-

ra.

ramur, neque formam, nisi ut eam Rex eminentissimæ virtutis, verus homo, & verus Deus, usui sibi esse constituit, in eo certamine, quod cum humani generis hoste decertavit.

ÿ. Generatio prava, atque perversa: * Hæcine reddis Domino, & Regi tuo?

ÿ. Quoties volui congregare filios tuos, quem admodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluiti? Hæcine reddis Domino.

LECTIO VI.

ET inter cetera Dominicæ passionis instrumenta, Spinæ Corona, qua Christi Caput excruciatum est, ferventi devotione, & magno honore colenda est, quæ divinum Caput non solum attingit, sed aperuit: non modo penetravit, sed ejus sanguine maduit, estque perlota. Talem itaque dantes Judæi Coronam, dum quid agant, non intelligunt, magnum indicant Sacramentum. Qui omnes peccatorum Spinæ confringere venit, Spinæ in Capite portat, ut peccata mundi in suo Corpore se ferre demonstret.

ÿ. Posuisti in Capite Jesu Coronam non argenteam cantoris, & decoris, non auream fulgoris, & honoris, sed Spi-

neam dedecoris, & mœroris: * Væ tibi Judæa perfida.

ÿ. Circumdedisti Caput ejus quasi Regem Sponsum decoratum Corona. Væ tibi. Gloria Patri. Væ tibi.

IN III. NOCTURNO.

Añã. Verè languores.

Psalmus 14.

Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? * aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula, * & operatur justitiam.

Qui loquitur veritatem in corde suo, * qui non egit dolium in lingua sua.

Nec fecit proximo suo malum, * & opprobrium non accepit adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus: * timentes autem Dominum glorificat.

Qui jurat proximo suo, & suam decipit, * qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & munera super innocentem non accepit.

Qui facit hæc, * non movebitur in æternum.

Añã. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit.

Añã. Coronatus est.

F 2

Psal.

Psalms 20.

Domine in virtute tua labitur Rex: * & super salutem tuam exultavit vehementer.

Desiderium cordis ejus tribuisti ei: * & voluntate labiorum ejus non fraudasti eum.

Quoniam pravenisti eum in benedictionibus dulcedinis: * posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Vitam petiit à te: * & tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum, & in sæculum sæculi.

Magna est gloria ejus in salutaris tuo: * gloriam & magnum decorem imponens super eum.

Quoniam dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi: * iustificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Quoniam rex sperat in Domino, * & in misericordia Altissimi non commovebitur.

Inveniat manus tua omnes inimicis tuis: * dextera tua inveniat omnes qui te oderunt.

Pones eos ut clicantem ignis in tempore vultus tui: * Dominus in ira sua conturbabit eos, & devorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra perdes: * & semen eorum à filiis hominum.

Quoniam declinaverunt in te mala; * cogitaverunt concilia, quæ non poterunt stabilire.

Quoniam pones eos dorsum: * in reliquiis tuis præparabis vultum eorum.

Exaltate Domine in virtute tua: * cantabimus, & psallemus virtutes tuas.

Ant. Coronatus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.

Ant. Desse Virginis.

Psalms 64.

DE decet hymnus Deus in Sion: * & tibi reddetur votum in Jerusalem.

Exaudi orationem meam: * ad te omnis caro venit.

Verba iniquorum prævaluerunt super nos: * & impietatis nostris tu propitiaberis.

Beatus, quem elegisti, & assumpsisti: * inhabitabit in atriis tuis.

Replebimur in bonis domus tua: * sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.

Exaudi nos Deus salutaris noster, * spes omnium finium terræ, & in mari longè.

Præparans montes in virtute tua, accensus potentia: * qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum ejus.

Turbabuntur Gentes, & time-

me.

mebunt qui habitant terminos à signis tuis: * exitus matutini, & vespere delectabis.

Visitasti terram, & inebriasti eam: * multiplicasti locupletare eam.

Flumen Dei repletum est æquis, parasti cibum illorum: * quoniam ita est preparatio ejus.

Rivos ejus inebria, multiplica genimina ejus: * in stillicidiis ejus latabitur germians.

Benedices Coronæ anni benignitatis tuæ: * & campi tui replebuntur ubertate.

Pinguent spetiosa deserti: * & exultatione colles accingentur.

Induti sunt arietes ovium, & valles abundabunt frumento: * clamabunt; etenim hymnum dicent.

Ant. Desse Virginis Filium diademate Spineæ coronatum non aperientem os suum.

¶ Fuit Corona Spinea in Capite Jesu.

¶ Et diadema gloriæ.

Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem. Cap. 19.

LECTIO VII.

¶ In illo tempore: Apprehendit Pilatus Jesum, & flagellavit: & milites placentes Co-

ronam de Spinis, imposuerunt Capiti ejus. Et reliqua.

Hom. S. Bernardi Abbat.

Ex Serm. de Passione Domini.

¶ Xpergiscere nunc anima mea, excutere de pulvere, & contemplare virum hunc memorabilem, quem in speculo Evangelici sermonis, quasi præsentem intueris. Attende anima mea, quis est iste, qui ingreditur habens imaginem quasi Regis? Et nihilominus Servi respectissimi confusione repletus coronatus incedit, sed ipsa etiam ejus Corona cruciatus est illi, & mille puncturis speciosum Caput ejus divulnerat.

¶ Ne lateris inimica super me, qui cecidi: * Consurgam diluculo.

¶ Cum sedero in tenebris, Dominus lux mea. Consurgam diluculo.

LECTIO VIII.

¶ Egali purpura induitur: sed potius in ea despicitur, quam honoratur, Sceptrum in manu gestat, sed eo ipso Caput ejus reverendum feritur. Adorant eorum ipso positus in terra genibus, & Regem clamant, & continuo spiritus amabiles ejus genas subliniunt, maxillam palmis, & honorabile

co-

collum exornant. Vide anima, qualiter vir iste per omnia conturbatur, & spernitur, sub Crucis onere dorsum in curvare videtur, & tuam ipse portare ignominiam.

y. Clama, ne cesses, annuntia populo Judaeorum scelera eorum: * Quasi tuba exalta vocem tuam.

y. Dominum Regem, & Messiam suum flagellaverunt, Spinis coronaverunt, crucifixerunt, latus perfoderunt, & mortui tradiderunt. Quasi tuba Gloria Patri. Quasi tuba.

LECTIO IX. DE FERIA.

AD LAUDS, ET PER HORAS.

Añā. Caput Draconis confunditur, cum Caput Christi cingitur Corona Spinarum.

Psalmus. Dominus regnavit, cum reliquis de Laudibus Dominice.

Añā. Corona rubens Jesu Nazareni, quae fit ad ignominiam, convertitur in gloriam.

Añā. Coronam vite meruit, qui Spinis coronatur: exolvit quae non rapuit, injuste morti datus.

Añā. Christo Regi gloriae hodie jubilemus, qui post Coronam Spineam, Coronam confert auream.

Añā. Spina rubens, quae co-

ronatur Dominus, per cruoris exitum Coelum fecit pervium. *Capitulum, Hymnus, y. & y.*

ut in primis Vesperis.

AD BENEDICTUS.

Añā. Inter vepres Abraham demonstratus est aries haerens cornibus, in quo Christus figurabatur sentibus Coronandus.

ORATIO.

*P*raesta, quaesumus omnipotens Deus: ut qui in memoriam passionis Domini nostri Jesu Christi, Coronam ejus Spineam veneramus in terris, ab ipso gloria, & honore coronari mereamur in Coelis. Qui tecum vivit, & regnat.

AD TERTIAM.

Añā. Corona rubens, *Capitulum.* Egredimini, & videte, *ut supra.*

y. brev. Possisti Domine * Coronam triumphalem: Possuisti.

y. Super Caput ejus. Coronam. Gloria Patri. Possuisti.

y. Tuam Coronam adoramus Domine.

y. Tuum gloriosum recolimus triumphum.

ON AD SEXTAM.

Añā. Coronam vite.

Capitulum. Apoc. 6.

*V*idi, & ecce equus albus, & qui sedebat super illum, ha-

habebat arcum, & data est ei Corona & exivit vincens, ut vinceret.

y. brev. Tuam Coronam. * Adoramus Domine. Tuam Coronam.

y. Tuum gloriosum recolimus triumphum: Adoramus. Gloria Patri. Tuam Coronam.

y. Fuit Corona Spinea, *

in Capite Jesu.

y. Et diadema gloriae.

AD NONAM.

Añā. Spina rubens, quae coronatur Dominus, per cruoris exitum Coelum fecit pervium.

Capitulum. Isaie c. 28.

*Y*N die illa, erit Dominus Exercituum Corona gloriae, & sertum exultationis residuo populi sui.

y. brev. Fuit Corona Spinea, * in Capite Jesu. Fuit.

y. Et diadema gloriae. *

In Capite Jesu. Gloria Patri. Fuit.

y. Possuisti Domine Coronam triumphalem.

y. Super Caput ejus.

In secundis Vesperis. Omnia *ut in primis.*

AD MAGNIFICAT.

Añā. Arcam, Mensam, & Altare, Corona ambit aurea, & sculptura cinxit mare Sacerdotum aeneum, quae nunc signifi-

cant clarè Christi diadema Spineum.

Oratio ut supr. Missa propr. DIE XIII. MARTII.

In Festo S. Leandri Episcopi, & Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis.

ORATIO.

*D*EUS, qui Arianam pravitatem doctrina Sancti Confessoris tui, atque Pontificis Leandri ex Hispania propulisti: da plebi tuae, ut ejusdem meritum, & precibus ab omni errorum, & vitiorum lae semper libera conservetur. Per Dominum.

Leones primi Nocturni. Fidelis sermo.

IN II. NOCTURNO.

Ex Beato Isidoro, & Sanctorum Hispanorum historiis.

LECTIO IV.

*L*eander Carthagine ex patre Severiano viro clarissimo ejusdem Carthaginiis domino ortus, fratres habuit Sanctos Episcopos Isidorum, & Fulgentium, sanctitate, & doctrina praestantissimos, & Florentinam Virginem. In eo à teneris annis castissima luxit integritas vite, & morum gravitas maxime venerabilis, quam in-

comparabilis ingenii claritas illustrabat. Gliscente eo tempore hereticorum furore sub Wisigothis Principibus, qui cum imperio Arianam impietatem in Hispaniam invexerant, & ejus Ecclesias miserè vexabant, publica vite pertusos, adolescens in religiosum Monasterium se recepit, ut in proposito perfectioris instituti sanctius Deo inserviret, & piis studiis, & meditationibus in tranquillo sese exerceret. In eo sanctitate, & doctrina adeo profecit, & in omni genere virtutum; divinisque & humanis litteris conspicuus evasit, ut Isidorus germanus suus ad Claudium Ducem, de quibusdam articulis ad fidem pertinentibus instruens, scripserit: momento communis nostri Doctoris Leandri, & ejus fidem, atque doctrinam pro viribus imitare. Sed noluit Deus tam splendens pietatis, & doctrinæ lucernam in occulto delitescere, sed in fastigio Ecclesie positam, Hispaniæ præluere: nam Clero, & Populo exposcente, à Monasterio avulsus, à Episcopo Hispalensis creatus est.

¶ Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi

eum. * Manus enim mea auxiliabitur ei.

¶ Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

LECTIO V.

Susceptam Ecclesiam omnibus, publica ac sollicitudine gubernavit: Cleri, & Populi mores ad arctam disciplinam traduxit: solemnia Ecclesie officia, hymnodiam, sacræ Missæ ritus, precesque, quibus eo tempore omnes Hispaniæ Ecclesie utebantur, ordinavit, & auxit. A persequenda Ariana heresi prædicatione nunquam destitit. Monasticum Ordinem Benedictinum amplificare in Hispania coepit: ac sorori suæ Florentinæ regulam pro institutione virginum dedit. His, & aliis mirè gestis Constantinopolim pro causis fidei Wisigothorum Legatus profectus est: ubi ob eximiam religionem, & doctrinam apud Sanctum Gregorium Romani Pontificis Apostolicum tunc ibi degentem, tantæque amicitia illi conjunctus, ut ad Romanam Sedem postea promotus, cum Leander in Ecclesiam suam jam fuisset reversus: palli ornamentum miserit, frequentibus epistolis illum honorave-

rit,

rit, libros in Job, quos illi dicitur, unâ cum pastoralibus, his litteris benevolentia plenis ad ipsum transmissit. Quanto ardore videre te sitiam; quia valde me diligis, in tuis tabulis cordis leges; sed quia longo terrarum spatio disjunctum te videre nequeo, unum, quod mihi de te dictavit charitas, fuit, ut librum regulæ Pastoralis, quem in Episcopatus mei exordio scripsi, & libros, quos in expositionem sancti Job jam dudum me fecisse cognovisti, sanctitati vestræ transmittere curavi.

¶ Posui adjutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

¶ Inveni David servum meum oleo sancto meo unxi eum. Manus enim.

LECTIO VII.

Sancto ergo Præsule suæ Ecclesie restituto, vix enarrari possunt, quæ pro gloria Dei, proque eliminanda heresi Ariana laboravit. Hermenegildum enim nepotem suum, Leovigildi Regis filium sermonibus suis hæud solum ad fidei confessionem perduxit, sed ut glorioso sanguinis testimonio illam confirmaret, adeptus fuit. Inflammatus furore pater in

Leandrum, & in omnes adhuc Ecclesias, exilio eum multavit, & illas facultatibus, & pastoribus orbatas reliquit. Nec tamen destitit cum fidei hostibus liberè decertare. In ipso siquidem exilio, ut frater suus Isidorus testatur, duos libros eruditissimè sacrarum scripturarum ditissimos scripsit, quibus eorum perfidiam confutavit. Affulsit tandem Ecclesie post illam nubem optata serenitas. Rex enim dum in morbum incidisset sub mortem, in meliorem mentem (licet non ut oportebat) reversus Leandrum cum aliis Episcopis ab exilio revocari jussit, eique Reccaredi filii curam dedit. Defuncto patre, piissimus Rex Reccaredus doctrinam concilia, & exempla Leandri sequutus, ejus opera Gothos ad fidem converti inaniabiliter fuit adeptus. Leander ergo cum eam miram conversionem vidisset, Hispaniæ Episcopos in Toletam Synodum convenire omni sollicitudine promovit, quod & Reccaredus maxime curavit. In eo enim Concilio duobus supra sexaginta Episcopis congregatis, & omni Clero, Primariis Regni, etiam & ipso Rege assistentibus, Ariana hæ-

re-

G

resis fuit damnata, & adjurata, & fides catholica ab omnibus unanimiter suscepta, & uno ore laudata. Leander igitur elegantissima concione patribus de Gentis conversione congratulatus est. Multaque ad fidem, & disciplinam Ecclesie sancientiam, tum in eodem concilio, tum in alio, quod postea Hispani celebravit, constituenda disposuit. Demum religione restituta, & Ecclesie pace firmata, jam octogenario major, cum Ecclesiam quadraginta, & amplius annos rexisset admirabili vita, ac sanctitatis exemplo, migravit ad Dominum. Sepultus fuit in Basilica Sanctorum Virginum Juste, & Rufine: postea ejus corpus in Hispanensem Ecclesiam translatum est.

¶ Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrina ejus repleta est: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum.

¶ Iste est, qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad celestia regna. Ipse. Gloria Patri Ipse.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO S. Evangelii secundum Matthæum. Cap. 5.

IN illo tempore, dixit Jesus

discipulis suis: Vos estis sal terræ: quod si sal evanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Et reliqua.

Homilia Sancti Isidori Episcopi Hispanensis.

Ex Lib. 3. Sententiarum.

Cap. 36 & 42.

¶ AM doctrina, quam vita clarere debet Ecclesiasticus Doctor. Nam doctrina sine vita arrogantem reddit: Vita sine doctrina inutilem facit. Sacerdotis prædicatio operibus confirmanda est, ita ut quod docet verbo, instruat exemplo. Vera est illa doctrina, quam vivendi sequitur forma. Nam nihil turpius est, quam si hominum, quod quisque sermone prædicat, explere opere negligat. Tunc enim utiliter prædicatio profertur, quando efficaciter adimpletur. Unusquisque Doctor, & bonæ actionis, & bonæ prædicationis habere debet studium, nam alterum sine altero non facit perfectum. Sed præcedat justus bene agere, ut sequenter possit bene docere.

¶ Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum: * Et ad portas Paradisi coronavit eum.

¶.

¶ Induit eum Dominus locicam fidelis, & ornavit eum. Et ad portas.

LECTIO VIII.

¶ Omnis utilis Doctor plebis subjectis ita se præstare debet, atque insistere doctrinæ, ut quanto claret verbo, tanto clarescat & merito. Nam quod Apostolus Timotheo præcipit, cum omni Imperio doceret: non hortatur ad tumorem superbiæ sed ad bonam actionem, & vitæ auctoritatem: videlicet ne libertatem perderet prædicandi, si bene doceret, & malè viveret. Unde & Dominus, qui solverit unum de mandatis istis minimis, & sic docuerit, minimus erit in Regno cælorum. Vides quod auctoritate magisterii caret, qui quod docet, non facit. Sicut in numismate metallum, figura, & pondus inquiritur: ita in omni Doctore Ecclesiastico quid sequatur, quid doceat, quomodo vivat. Per qualitatem igitur metalli, doctrina, per figuram similitudo Patrum, per pondus humilitas designatur. Qui verò ab his tribus discrepaverit, non metallum, sed terra erit.

¶ In medio Ecclesie aperuit os ejus: * Et implevit eum

Dominus spiritu sapientiæ, & intellectus.

¶ Jucunditatem, & exultatione thesaurizavit super eum. Et implevit.

LECTIO IX.

¶ Ut præficatur ad regimen, taliter erga disciplinam subditorum præstare se debet, ut non solum auctoritate, verum etiam humilitate clarescat. Sed tamen ita erit in eo virtus humilitatis, ne dissolutio vita subditorum in vitis: atque ita auctoritas aderit potestatis, ne per tumorem cordis severitas existat immoderationis. Hæc est enim in Dei Sacerdotibus vera discretio, qua nec per libertatem superbiæ, nec per humilitatem remissi sunt. Hinc est, quod Sancti cum magna constantia redarguerunt etiam Principum vitia, in quibus cum summa esset humilitas, loco tamen necessario liberè transgressores justitiæ increpabant. Aliquando subditis non oportet animo esse humiliores, quoniam facta subditorum judicantur à nobis, nostra verò Deus judicat. Agnoscat Episcopus, se esse conservum plebis, non dominum verum: Hoc charitas, non conditio exigit.

G 2

DIE

DIE XIV. MARTII.

In Festo Sancta Florentinae
Virginis.

Duplex.

Omnia de Communi Virgini-
um.

Orat. Exaudi nos Deus, &c.
Lectioes primi Nocturni, in
Quadragesima: De Virginitibus.
Extra Quadrages. de Scriptu-
ra occurrente.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

¶ Florentina Virgo, quae &
¶ Florentia, Carthagine in
Hispaniis ex illustri prosapia
nata est, parentibus Severiano
Carthaginensis Provinciae Duce,
& eius uxore Turtura, qui
etiam Leandrum, Fulgentium,
& Isidorum Episcopus doctrina,
& sanctitate celebres, ac
Theodoram Leovigildi Regis
uxorem genuerunt. Hæc sancta
virgo Fidei dogmatibus imbuta,
moribus, & sanctitate præ-
clara, ac singulari acumine ingenii
prædita, Leandro fratre
Magistro, multum in divinis
scripturis profecit, quod ipse-
met testatur, methodum illi
tradens: qua vetus Testamentum,
& Cantica Canticorum
utiliter legeret. Quare digna
evasit, ut de institutione pueruli
fratris sui Isidori natu mi-

noris curam susciperet, quem
lacte spiritus nutrire, atque
in omni dogmate Fidei ins-
truere una cum Leandro dili-
genter curavit. Tanto autem
alacriori cura sanctissime insti-
tuendum putavit quanto ad id,
ex eo magis excitabatur, quod,
dum in cunabulis erat, viso
examine Apum in os eius ingre-
di, atque exinde egredi, in cœ-
lumque avolare, territa quid
hoc esset, in oratione posita
illum magnum Ecclesie Doc-
torem futurum intellexit, qui
hereticos ab Hesperie finibus
erat propulsurus. Cùmque in
conjugum à plurimis Proceribus
expeteretur, connobio ab-
horrens, ac mundi illecebra, &
sæculi mores despiciens, sancti-
monialis efficitur: floremque
virginitatis Christo Jesu devo-
vens, eum Principem sibi ele-
git, & sponsum.

¶ Propter veritatem, ac eo-
dem Communi.

LECTIO V.

¶ In Monasterio Iclioni, &
¶ orationi jugiter vacans omni
genere virtutum charitatis, hu-
militatis, paupertatis, & alia-
rum adeo floruit, ut non solum
quam plurimæ virgines in odo-
rem ejus currentes, ipse se sub-
derent, verum etiam plura Vir-

gi-

ginum Monasteria ejus direc-
tioni, & custodiz se traderent.
Tanti Sanctus Leander ejus
sanctitatem, & orationis effica-
ciam habebat, ut duos libros in
unum conflatos, quos pro ejus-
dem, & ipsius sodalium majori
profectu scripsit, unum de
contemptu mundi, alterum ve-
rò de institutione virginum ad
illam mittens, talibus eam ver-
bis alloqui non dubitaverit:
Postremò charissimam te Ger-
manam quæso, ut mei orando
memineris, nec junioris fratris
Isidori obliviscaris. Certus sum
quod flectat pro nobis aures
divinas tua virginalis oratio.
Nec minor fuit opinio, quam
de ejus sanctitate, & doctrina
Sanctus Isidorus merito habuit,
eam enim ex summo educatione,
& prima institutione opti-
mè recognoscens, volensque
aliquem fructum tribuere pro
eo, quod ab ipsa receperat, duos
ei libros dedicavit, unum de
Nativitate Domini, Passione,
& Resurrectione, Regno, atque
Judicio, quem ipsa Florentina
petente, se confecisse testatur;
alterum de vocatione Gen-
tium: Cui etiam pollicetur se
missurum formulas spiritualis
intelligentiæ, quibus in omni
scriptura Divina instrueretur.

¶ Dilexisti justitiam, &
odisti iniquitatem, &c.
¶ Propter veritatem, &
mansuetudinem, &c.

LECTIO VI.

¶ Anta igitur sanctitate, &
¶ doctrina floriens, videns-
que in Sancto Isidoro adimple-
tum quod de ipso à Domino
intellexerat, eum scilicet tam
insignem Doctorem ab omni-
bus prædicari, ejus studio, &
doctrina Arianismum penitus
ab Hispania expulsum: Hermen-
negildum consobrinum suum
Martyrio coronatum, & Rec-
caredum Hermenegildi fratrem
ad Catholicam Fidem conver-
sum, Christi Jesu amore lan-
guens, plena dierum, Astygi,
ut fertur, in Monasterio Sanctæ
Mariæ de Valle obdormivit in
Domino. Sacrum ejus Corpus
Hispalim ex eodem Monasterio
translatum & in Sanctorum
fratrum monumento reposi-
tum, ibi quævis, quoad inva-
dentibus Saracenis Hispaniam,
ad Guadaluenses saltus una
cum corpore Sancti Fulgentii
est deportatum. Postea tem-
poribus Alphonsi undecimi
utrumque sacrum pignus in pa-
go Berzucano Placentinæ Dio-
cesis repertum fuit; ac demum
regnante Philippo Secundo
utrius-

utiusque reliquæ divise, partim in magnifico marino reo monumento ibidem erecto fuerunt relictae, partim Merciam translatae, & juxta Aram maximam honorifice collocata, ubi magna cum populi veneratione coluntur.

Se. Afferentur Regi virgines post eam, proximæ ejus, &c.

ŷ. Specie tua & pulchritudine tua, &c.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium: Simile erit Regnum Cælorum decem Virginitibus, de *Communi Virginitum.*

Si hoc festum celebretur in Quadragesima, Lectio ix. erit de Homilia seris.

Missa: Dilexisti justitiam, de *communi Virginitum.*

DIE XX. MARTII.

In Festo S. Braulii Episcopi Cesaraugustani, & Conf.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, præter ea, quæ sequuntur.

ORATIO.

ECclesiam tuam, Domine, perpetuis tuere presidiiis, quam beati Braulii Confessoris tui, atque Pontificis munire voluisti zelo, eruditione, & exemplis. Per Dominum, &c.

Lectioes primi Nocturni. Fidelis sermo, de *Communi Confessoris Pontif.*, si verò *transfertur post Pascha, de Scriptura occurrente.*

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Braulius Episcopus Cesar-
Augustanus, quanta futurus esset sanctitate, & doctrina, egregium ab in eunte ætate specimen dedit. Ab optimis enim parentibus piæ, & liberaliter institutus, adeo in excelsa virtute brevi profecit, ut morum gravitate, & castimonia, virum jam perfectum exhiberet. Literis verò informatus Sancto Isidoro Episcopo Hispalensi traditus, id prænum est assecutus, ut ab eo charissimi filii loco haberetur; tanti deinceps illum fecerit, ut libros ei suos ad emendandum, atque ordinandum commenderet. Aucta in dies virtutis ejus opinione, ad Archidiaconatus gradum proventus est; quod ille munus, uti Episcopi vices agentem decebat, strenue adeo, ac sapienter implevit, ut sacerdotio dignus omnibus videretur.

ŷ. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum.

eum. * Manus enim mea auxiliabitur ei.

ŷ. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei.

LECTIO V.

Taque defuncto Joanne Patre, qui ex Monachorum Fratris Cesarangustæ factus Episcopus, litteris, ac pietate claruerat, mira totius Cleri, populi que divinitus excitati consensione in ejus locum suffectus est. Primas inter suscepti ministerii curas servanda, tuendaque fidei, ac disciplina eximium fuit illi studium, & cura. Concilio Toletano Quarto, à quo in posterum celebrandum forma constituta est, inter illustriores Patres adfuit una cum Isidoro Magistro olim suo egregie adlaborans, cui deinde superstes in Toletano Quinto, & Sexto præ cæteris Patrum fuisit, digniorque est habitus, cui actionum, & Canonum digerendorum cura mandaretur. Quare cum aliis operibus, tam sacris Canonibus clarus à Sancto Ildefonso celebratus est.

ŷ. Posui adjutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea; * Manus enim mea auxiliabitur ei.

ŷ. Inveni David servum

meum oleo sancto meo unxi eum. Manus enim.

LECTIO VI.

ECclesia verò suæ non minus exemplo profuit, quam doctrina. Sui nempe severus exactor, & corpus jugi maceratione subegit, & à vitiiis animi prorsus continuit, elatione præsertim, quam tanta humilitate fregit, ut, cum summa virtutum laude apud omnes clareret; bellorum tamen, & fames, & pestilentia, aliasque suorum temporum calamitates veluti penas sibi omnium nequissimo debitas prosteretur. Inter gravissimas curas, & angustias semper invictus, nunquam à divini verbi predicatione, à labore nunquam cessavit. Difficillimis quoque temporibus vetus Templum Sanctorum olim Massarum nuncupatum à fundamentis restituit. Tandem senio confectus, & magnis in Ecclesiam meritis, migravit in Cælum, cum sedisset annos ferè viginti. Ejus corpus post sexcentos ab obitu annos, Sancto Valerio, Episcopo indicante, repertum in Basilica Sanctæ Mariæ, quam de Columna vocant, ad Aram maximam translatum, magna populi Religione servatur, & colitur.

u. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrinâ ejus repleta est. * Ipse intercedat pro peccatis omnium populoꝝ.

ÿ. Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse intercedat.

In tertio Nocturno Homilia in Evangelium. Homo peregrè, de Communi Confessoris Pontificis.

Missa: Statuit, de eodem Communi.

DIE XXVI. MARTII.

In Festo Commemorationis Sanctorum Reliquiarum, que asservantur in Ecclesia Cathedrali Angelopolitana.

Duplex.

Omnia de Communi plurimorum Martyrum præter ea, que hic sequuntur.

ORATIO.

DEUS, qui hæc Sacrosanc-tam Ecclesiam, tot voluisti Sanctorum decorari Reliquiis: concede nobis famulis tuis, ut quorum memoriam veneramus in terris, eorum consortio perfruamur in Cœlis. Per Dominum nostrum.

AD MATUTINUM.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura oc-

currente. Si venerit in Quadagesima: Fratres debitores sumus, ut in Communi plurimorum. Martyrum.

IN II. NOCTURNO.

Ex tractatu S. Joannis Damasceni de Fide Orthodoxa. Lib. 4. Cap. 16.

LECTIO IV.

CHRISTUS Dominus Sanctorum Reliquias vel salutiferos fontes præbuit, ex quibus plurima ad nos beneficia manant, suavissimumque unguentum profluit. Nec vero quisquam huic sermoni fidem detrahat; nam si aqua in deserto ex aspera, & solida rupe, atque ex Asni maxilla ad sedandam Thorum Reliquias sitim, Deo ita volente profluit; eritne, cur cuiquam incredibile videatur, ex Martyrum Reliquiis suave unguentum scaturire? Minime certe iis quidem quibus Dei potentia, honorque, quo Sanctos suos alit, perspectus, & exploratus est; atque illud quidem veteri lege comparatum erat, ut quisquis mortuum contigerit immundus censeretur; verum hi mortuorum numero minime habendi sunt.

g. Sancti tui Domine mirabile consecuti sunt iter servientes præceptis tuis, ut inve-

ni-

nirentur illasi in aquis validis: * Terra apparuit arida: & in mari Rubro via sine impedimento.

ÿ. Quoniam percussit petram, & fluxerunt aque, & torrentes inundaverunt Terra.

Tempore Paschali.

g. Lux perpetua.

LECTIO V.

EX quo enim ipsamet vita, hæc ac vita Auctor inter mortuos adscriptus est, eos, qui in spe resurrectionis, fideque erga eum, diem extremum clauserunt, mortuos hæc quaquam appellamus. Quod enim mortuum corpus miracula edere queat? Per eas demones expelluntur, morbi profligantur, ægroti sanantur, cæci prospiciunt, leprosi mundantur, tentationes ac moerores discutuntur; ac denique omne donum optimum à patre luminum, eorum opera ad eos, qui fide minime dubia postulanti, descendit. Qui non laboris suscipias, ut patronum quemdam nanciscaris, qui te mortali regi offerat, ac tuo nomine ad eum verba faciat? An non igitur honorandi sunt, qui totius humani generis patronos se probentur; ac Deo nostra causa supplicant?

ÿ. Verbera carnisificum non timeverunt sancti Dei, morientes pro Christi nomine: * Ut heredes fierent in domo Domini.

ÿ. Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia. Ut heredes.

Tempore Paschali.

g. In servis suis.

LECTIO VI.

ONORANDI certe, & qui dem ita ut in eorum nomine Deo templa extruamus, dona offeramus, eorum memoriam colamus, atque in ea spiritaliter oblectemur; quo mirum lætitia nostra iis, à quibus invitatur, congruat: ac non dum eos colere, & demereri studemus, offendamus potius, & irremus. Quibus enim rebus Deus colitur, iisdem quoque servi ipsius oblectantur; quibus autem Deus offenditur, iisdem etiam ipsius Milites offenduntur; quo circa in Psalmis, & Hymnis, & Cantibus spiritualibus, & compunctione, & eorum, qui in aegestate versantur, commiseratione (quibus obsequiis Deus potissimum conciliatur) Sanctos colamus, statuas ipsis, ac visibiles imagines erigamus, immò ipsi virtutibus eorum imitan-

H

dis

dis hoc consequamur, ut vivæ eorum statuz, atque imagines sinus.

¶ Tamquam aurum in fornace probavit electos Dominus, & quasi holocausti hostiam accepit illos; & in tempore erit respectus illorum: * Quoniam donum & pax est electis Dei.

¶ Qui confidunt in illis, intelligent veritatem: & fideles in dilectione acquiescent illi. Quoniam donum. Gloria Patri. Quoniam donum.

Tempore Paschali.

¶ Filia Jerusalem.

IN III. NOCTURNO.

Legitur Homilia S. Ambrosii Episcopi, in Evangelium: Descendens Jesus de monte, ut in Communi plurimorum Martyrum, secundò loco. Missa propria.

FESTA APRILIS.

DIE IV. APRILIS.

In Festo S. Isidori Episcopi, & Confessoris.

Duplex secundæ classis.

Omnia de Communi Confessoris Pentificis, præter ea, quæ hic ponuntur propria.

Ad Magnificat in utrisque Vesperis.

¶ *Antiphona.* O Doctor optimè Ecclesiæ Sanctæ lumen, beate Isidore, Divinæ legis amator, deprecare pro nobis Filium Dei.

ORATIO.

DEUS, qui populo tuo æternæ salutis beatum Isidorum ministrum tribuisti: præta quæsumus, ut quem Doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in Coelis. Per Dominum.

LECTIO PRIM. NOCT. Sapientiam omnium antiquorum, de Communi Doctorem.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO VI.

¶ Sidoros natione Hispanus, & Doctor Egregius, ex nova Carthagine Severiano Patre Provinciæ Duce natus, à sanctis Episcopis Leandro Hispanensi, & Fulgentio Carthaginiensi fratribus suis piè, & liberalitèr educatus, latinis, græcis, & hebraicis litteris, divinisque, & humanis legibus instructus, omni scientiarum, atque Christianarum virtutum genere præstantissimus evasit. Adhuc adolescens hæresim Arianam, quæ gentem Gothorum Hispaniæ latissimè dominantem jampridem invaserat, tanta constantia palàm oppugnavit, ut parùm abfuerit, quin

ab

ab Hæreticis necaretur. Leandro vita functo, at Hispanensem Cathedram invitus quidem, sed urgente in primis Reccaredo Rege, magnoque etiam Cleri, Populique consensu assumitur, ejusque electionem Sanctus Gregorius Magnus, nedum auctoritate Apostolica confirmasse, sed & electum transmissis de more pallio decorasse, quin etiam suum, & Apostolicæ Sedis in universa Hispania Vicarium constituisse perhibetur.

¶ Inveni David servum meum oleo sancto meo unxi eum; * Manus enim mea auxiliabitur ei.

¶ Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

LECTIO VII.

¶ In Episcopatu quantum fuerit constans, humilis, patiens, misericors, in christiana, & Ecclesiastica disciplina instauranda sollicitus, eaque verbo, & scriptis stabilienda indefessus, atque omni demum virtutum ornamento insignitus, nullius lingua enarrare sufficeret. Monastici quoque instituti per Hispaniam promotor, & amplificator eximius plura construxit Monasteria;

H 2

Collegia itidem edificavit, ubi studiis sacris, & lectioibus vacans, plurimos discipulos, qui ad eum confluxerant, erudit, quos inter Sancti Ildefonsi Toletani, & Braulii Cæsariensis Augustani Episcopi emicuerunt. Coacto Hispani Concilio, Acephalorum hæresim Hispaniæ jam militanter acri, & eloquenti disputatione fregit, atque contrivit, & tantam apud omnes sanctitatis, & doctrinæ famam adeptus est; ut elapso vix ab ejus obitu sexto decimo anno, universa Toletana Synodo duorum suprâ quinquaginta Episcoporum plaudente ipsoque etiam Sancto Ildefonso suffragante, Doctor Egregius, Catholice Ecclesiæ novissimum decus, in sæculorum sine doctissimus, & cum reverentia nominandus, appellari meruerit, eumque Sanctus Braulius non modo Gregorio Magno comparaverit, sed & erudiendæ Hispaniæ loco Jacobi Apostoli coelitus datum esse censuerit.

¶ Posui adjutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. ¶ Inveni David servum meum oleo sancto meo unxi eum. Manus.

Lee-

dis hoc consequamur, ut vivæ eorum statuz, atque imagines sinus.

¶ Tamquam aurum in fornace probavit electos Dominus, & quasi holocausti hostiam accepit illos; & in tempore erit respectus illorum: * Quoniam donum & pax est electis Dei.

¶ Qui confidunt in illis, intelligent veritatem: & fideles in dilectione acquiescent illi. Quoniam donum. Gloria Patri. Quoniam donum.

Tempore Paschali.

¶ Filia Jerusalem.

IN III. NOCTURNO.

Legitur Homilia S. Ambrosii Episcopi, in Evangelium: Descendens Jesus de monte, ut in Communi plurimorum Martyrum, secundò loco. Missa propria.

FESTA APRILIS.

DIE IV. APRILIS.

In Festo S. Isidori Episcopi, & Confessoris.

Duplex secundæ classis.

Omnia de Communi Confessoris Pentificis, præter ea, quæ hic ponuntur propria.

Ad Magnificat in utrisque Vesperis.

¶ Añã. O Doctor optimè Ecclesiæ Sanctæ lumen, beate Isidore, Divinæ legis amator, deprecare pro nobis Filium Dei.

ORATIO.

DEUS, qui populo tuo æternæ salutis beatum Isidorum ministrum tribuisti: præta quæsumus, ut quem Doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in Coelis. Per Dominum.

Lectio prim. Noct. Sapientiam omnium antiquorum, de Communi Doctorem.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO VI.

¶ Sidoros natione Hispanus, & Doctor Egregius, ex nova Carthagine Severiano Patre Provinciæ Duce natus, à sanctis Episcopis Leandro Hispanensi, & Fulgentio Carthaginensi fratribus suis piè, & liberalitèr educatus, latinis, græcis, & hebraicis litteris, divinisque, & humanis legibus instructus, omni scientiarum, atque Christianarum virtutum genere præstantissimus evasit. Adhuc adolescens hæresim Arianam, quæ gentem Gothorum Hispaniæ latissimè dominantem jampridem invaserat, tanta constantia palàm oppugnavit, ut parùm abfuerit, quin

ab

ab Hæreticis necaretur. Leandro vita functo, at Hispanensem Cathedram invitus quidem, sed urgente in primis Reccaredo Rege, magnoque etiam Cleri, Populique consensu assumitur, ejusque electionem Sanctus Gregorius Magnus, nedum auctoritate Apostolica confirmasse, sed & electum transmissio de more pallio decorasse, quin etiam suum, & Apostolicæ Sedis in universa Hispania Vicarium constituisse perhibetur.

¶ Inveni David servum meum oleo sancto meo unxi eum; * Manus enim mea auxiliabitur ei.

¶ Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

LECTIO V.

¶ IN Episcopatu quantum fuerit constans, humilis, patiens, misericors, in christiana, & Ecclesiastica disciplina instauranda sollicitus, eaque verbo, & scriptis stabilienda indefessus, atque omni demum virtutum ornamento insignitus, nullius lingua enarrare sufficeret. Monastici quoque instituti per Hispaniam promotor, & amplificator eximius plura construxit Monasteria;

H 2

Collegia itidem edificavit, ubi studiis sacris, & lectioibus vacans, plurimos discipulos, qui ad eum confluxerant, erudit, quos inter Sancti Ildefonsus Toletanus, & Braulius Cæsar-Augustanus Episcopi emicuerunt. Coacto Hispani Concilio, Acephalorum hæresim Hispaniæ jam militanter acri, & eloquenti disputatione fregit, atque contrivit, & tantam apud omnes sanctitatis, & doctrinæ famam adeptus est; ut elapso vix ab ejus obitu sexto-decimo anno, universa Toletana Synodo duorum suprâ quinquaginta Episcoporum plaudente ipsoque etiam Sancto Ildefonso suffragante, Doctor Egregius, Catholice Ecclesiæ novissimum decus, in sæculorum sine doctissimus, & cum reverentia nominandus, appellari meruerit, eumque Sanctus Braulius non modo Gregorio Magno comparaverit, sed & erudiendæ Hispaniæ loco Jacobi Apostoli coelitus datum esse censuerit.

¶ Posui adjutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. ¶ Inveni David servum meum oleo sancto meo unxi eum. Manus.

Lec-

LECTIO VI.

Crispiti Isidorus libros Ety-
mologiarum, & de Eccle-
siasticis officiis, aliosque quam
plurimos christiana, & eccle-
siastica disciplinae adeo utiles;
ut Sanctus Leo Papa Quartus
ad Episcopos Britanniae scribente
non dubitaverit, sicut Hieronymi,
& Augustini, ita Isidori dicta
retinenda esse, ubi contigerit
inusitatum negotium, quod per
Canones minimè definiti possit.
Plures etiam ex eiusdem scriptis
sententiae inter Canonicas Eccle-
siae Leges relatæ conspiciuntur.
Praefuit Concilio Toletano Quarto,
omnium Hispaniae celeberrimo.
Denique, cum ab Hispania Arianam
haeresim eliminasset, morte sua,
& regni vastatione à Saraceno-
rum armis publicè prænuntiata,
postquam quadraginta circiter
annos suam rexisset Ecclesiam,
Hispani migravit in caelum
anno sexcentesimo trigesimo
sexto. Ejus corpus inter Leandrum
fratrem, & Florentinam sororem,
ut ipse mandaverat, primò conditum,
Ferdinandus Primus Castellæ,
& Legionis Rex ab Eneto Saraceno
Hispani dominante magno pretio
redemptum Legio-

nem transtulit; & in ejus honorem
Templum ædificatum est, ubi
miraculis clarus magna populi
devotione colitur.

¶ Iste est, qui antè Deum
magnas virtutes operatus est,
& omnis terra doctrina ejus repleta
est: * Ipse intercedat pro peccatis
omnium populorum.

¶ Iste est, qui contempsit
vitam mundi, & pervenit ad
coelestia regna. Ipse. Gloria Patri.
Ipse.

IN III. NOCTURNO.

Lectio Sancti Evangelii secundum
Matthæum. Cap. 5.

LECTIO VII.

IN illo tempore: Dixit Jesus
discipulis suis: Vos estis sal
terrae: quod si sal evanuerit, in
quo salietur? Ad nihilum valet
ultra, nisi ut mittatur foras,
& conculectur ab hominibus.
Et reliqua.

Homilia S. Isidori Episcopi.

Ex Lib. 2. Officiorum ad S.

Fulgentium. Cap. 5.

QUI in erudiendis, atque
instituendis ad virtutem
populis prærit, necesse
est, ut in omnibus sanctus sit,
& in nullo reprehensibilis habeatur.
Qui enim alium de peccatis
arguit, ipse à peccato debet
esse alienus. Nam qua fronte
subjectos arguere poterit,

rit, cum illi statim possit correctus
ingerere, antè doce te quæ
recta sunt? Primitus quippe
semetipsum corrigere debet,
qui alios ad bene vivendum
admonere studet, ita ut in
omnibus semetipsum formam
vivendi præbeat, cunctosque
ad bonum opus, & doctrinam,
& opere provocet. Cui etiam
scientia Scripturarum necessaria
est. Quia si Episcopi tantum
sancta sit vita, sibi soli
prodest, sic vivens. Porro si
& doctrina, & sermone fuerit
eruditus, potest ceteros quoque
instruere, & docere suos, &
adversarios repercutere, qui
nisi refutati fuerint, atque
convicti, facile possunt simplici-
um corda pervertere.

¶ Amavit eum Dominus, &
ornavit eum: stolam gloriae
induit eum: Et ad portas paradisi
coronavit eum.

¶ Induit eum Dominus lorica
fidei, & ornavit eum. Et ad
portas.

LECTIO VIII.

UJUS sermo debet esse
purus, simplex, apertus, plenus
gravitatis, & honestatis,
plenus suavitatis, & gratiae,
tractans de mysterio legis,
de doctrina fidei, de virtute
continentiæ, de disciplina justitiæ:

unumquemque admonens diversa
exhortatione juxta professionem,
morumque qualitatem, scilicet,
ut præcæcat, quid, cui, quando,
vel quomodo proferat. Cujus
præcæcatis speciale officium est,
Scripturas legere, percurrere
Canones exempla Sanctorum
imitari, vigiliis, jeuniis, orationibus,
incumbere, cum fratribus
pacem habere, nec quemquam
de membris suis discerpere,
nullum damnare nisi comprobatum,
nullum excommunicare nisi
discussum. Quique ita humilitate
pariter, & auctoritate præesse
debet, nec quemquam de membris
suis discerpere, nullum damnare
nisi discussum. Quique ita
humilitate pariter, & auctoritate
præesse debet, nec quemquam
de membris suis discerpere,
nullum damnare nisi discussum.
Quique ita humilitate pariter,
& auctoritate præesse debet,
nec quemquam de membris
suis discerpere, nullum damnare
nisi discussum. Quique ita
humilitate pariter, & auctoritate
præesse debet, nec quemquam
de membris suis discerpere,
nullum damnare nisi discussum.

¶ In medio Ecclesiae aperuit
os ejus: * Et implevit eum
Dominus spiritu sapientiæ, &
intellectus.

¶ Jucunditatem, & exultationem
thesaurizavit super eum.
Et implevit.

In Quadragesima nona Lectio,
& commemoratio feriae.

LECTIO IX.

¶ Enebit quoque illam supereminentem donis omnibus charitatem, sine qua omnis virtus nihil est. Custos enim castitatis charitas, locus autem hujus custodis humilitas. Habebit etiam inter hæc omnia castitatis eminentiam; ita ut mens Christo dedita, ab omni inquinamento carnis sit munda, & libera. Inter hæc oportebit cum sollicita dispensatione curam pauperum gerere, esurientes pascere, vestire nudos, suscipere peregrinos, captivos redimere, viduas, ac pupillos tueri, pervigilem in cunctis exhibere curam; providentiam habere distributione discreta. In quo etiam hospitalitas ita erit precipua, ut omnes cum benignitate, & charitate suscipiat. Si enim omnes fideles illud Evangelium audire desiderant; Hospes fui, & suscepistis me: quanto magis Episcopus, cujus diversorium cunctorum debet esse receptaculum?

Te Deum laudamus.

Missa de Communi Doctorum cum Credo.

DIE XI. APRILIS.

Fit Officium S. Leonis Doct. Eccles. cum Lectionibus, Orat.

& Ky. ut in Breviar. sed in ny. 8. In medio Ecclesie, & Antiph. in utrisque Vesp. O Doctor, &c. Beata Leo, &c. Miss. Doctorum, Episc. Justus cor, cum Evang. Offic. & dicitur Credo, Si occurrat cum alio Doctore in 2. Vesp. dic. Antiph. Dum esset Summus, &c.

DIE XIV. APRILIS.

In Feslo Beati Petri Gonzalez Sancti Telmi, vulgò appellati, Confessoris.

Duplex majus.

Omnia de Communi Confessorum Pontif. præter sequent.

ORATIO.

DEUS, qui in maris periculis constitutus Beati Petri opem singularem ostendis, ejus nobis intercessione concede, ut in hujus vitæ procellis tuæ gratiæ lumen semper affulgeat, quo æternæ salutis portum invenire valeamus. Per Dominum nostrum.

Lectiones primi Nocturni de Libro Ecclesiastici: Beatus vir, de Communi.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

¶ Petrus Gonzalez, Sanctus Telmus vulgò appellatus, Fromestæ in Hispania apud Palentiam piis, ac nobilibus parentibus ortus est. Adoles-

cent

cent sub Episcopi Palentini avunculi sui cura ingenius artibus, & Philosophiæ operam dedit, ingenio ad præclara quæque aptissimo: Sed ejusdem Ecclesiæ Canonicatu, & mox etiam Decanatus dignitate auctus, honorum, ac divitiarum illecebris juvenilitè abreptus, sæculi vanitati paulò liberius indulsit. Accidit verò ut cum ipso Dominicæ Nativitatis die, equo splendide phalerato, æqualium comitatu totam urbem lasciviens circumcursaret, equo in profundum lutum repente prolapsus, dejectus ipse, multoque cæno inquinatus, spectantium risu, sanisque exceptus sit, quo insigni pudore suffusus, & mundi, cui placere studuerat, contumeliam reputans, se vicissim, à quo spretus suffusus, & mundi, cui placere studuerat, contumeliam reputans, se vicissim, à quo spretus

admiratione, in Prædicatorum Ordinem, sese recepit, ubi veterem hominem cum actibus suis exuens, novumque induens, eximia posuit tirocinia sanctitatis.

¶ Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit illi claritatem æternam.

LECTIO V.

AD ceteras autem virtutes, quibus brevi magnopere excelluit, charitatem attulit proximorum salutis cupidissimam: quare absoluto sacrum litterarum studio, Sancto Patre Dominico ad imitandum sibi proposito prædicationi se totum dedit, nihil à Deo impensius flagitans, quam ut revocandis in viam salutis animabus perditis idoneus efficeretur. Severissimam, Apostolico more, in eo munere paupertatem exercuit. Quocumque exciperetur hospitio non inde prius exibat, quam incolas omnes sacra exomologesi expiasset. Sermo illi vivus, & efficacax, quo audientium corda adeò pervadebat, ut per eas, quas Apostolico zelo peragravit Hispaniæ Provincias, innumeros ferè peccatores ad poenitentiam adduxerit. Ferdinandum Regem, cognomento Sanctum, in variis adversus Mauros expeditiones eunte sequutus, consilii, exemplo, & orationibus mirificè juvit. Venustas foeminas ejus amore captas,

tas, aliasque prociatores ad eum immissas, ut pudicitia ejus insidias struerent, non solum strenuè repulit, sed etiam ad meliorem vitæ frugem convertit.

¶ Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum: * Et ad portas Paradisi coronavit eum.

¶ Induit eum Dominus Ioricam fidei, & ornavit eum, Et ad portas.

LECTIO VI.

M Inio fluminis propè Ribadaviam longè rapido, atque effuso publica transeuntium utilitate pontem amplissimum ferè miraculo imposuit, accita ad operis molitionem ingenti structorum manu, quibus cum cibis aliquando deficeret, evocatos quotquot iis reficiendis sufficerent pisces, manique prehendos iisdem præbuit. Sed & socios labore itineris, atque inedia ferè deficientes, pane, & vino coelitus suppediatis recreavit. Adhuc vivens, in savissima maris procella à Nautis invocatus, eisdem sese conspicuum exhibuisse fertur, tempestatemque sedasse. Prophetico spiritu futura multâ pronuntiavit, atque in primis extre-

ma vite suæ diem, quo adventante in Tudensem sese Urbem recepit, ubi meritis, & laboribus plenus sancto fine quievit. Ejus corpus honorifico sepulchro, unde mira fragrantia oleum emanasse traditur agris saluberrimum, ab Episcopo Tudensi in Cathedrali Ecclesia conditum est, ubi asservatur, & colitur. Ejus miraculorum fama ad remotas usque Americæ Regiones pervagata, ingenti Populorum veneratione invocari, & coli cepit, à Nautis cum primis, qui ejus opem in maris tempestatibus præsentissimam experti, eum sub appellatione Sancti Telmi in Tutelarem sibi adsciverunt. Urbs etiam, & Dioecesis Tudensis cum sibi Patronum Principalem nuncupaverunt. Illius cultum continentèr propagatum approbavit Benedictus XIV. ejusque Festum cum Officio, & Missa primum ab universo Ordine Prædicatorum, necnon à Clero Palentino, & Tudensi, deinde ab omnibus Hispaniarum Dioecibus celebrari concessit.

¶ Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingredere in requiem meam: * Quia te vidi

jus-

justum coram me ex omnibus Gentibus.

¶ Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad celestia regna. Quia te vidi justum, Gloria Patri. Quia te vidi justum.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO Sancti Evangelii secundum Matthæum. Cap. 10.

LECTIO VII.

IN illo tempore: dixit Jesus à Discipulis suis: Euntes prædicite, dicentes: Quia appropinquavit Regnum Cælorum, Et reliqua.

Homilia Sancti Joannis Chrisostomi.

Homilia 33. in Matth.

Considera qualiter Dominus non minorem curam habet, ut mores eorum in melius reducat quam ut signorum præbeat potestatem. Nam ut ostendat absque nobilitate morum, nihil signa valere: utque in nullum factum animi, atque tumorem inciderent, gratis, inquit, accepistis: deinde ne cupiditate pecuniarum moverentur, intulit, gratis date. Nam ne quasi sui ipsorum potestate miracula facientes, inde superbirent, gratis, dixit, accepistis: nihil largimini iis, qui vos recipiant. Non enim tamquam

mercedem vestris laboribus debitam, ista accepistis, mea enim est gratia. Sic igitur aliis quoque hæc beneficia quorum nullum potest condignum premium inveniri, gratis date.

¶ Iste est, qui antè Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudavit Dominum: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum.

¶ Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & permanens in innocentia sua. Ipse intercedat.

LECTIO VIII.

POST hæc, cum radicem omnium malorum voluerit evellere, vitiorumque fundamentum diruere: non possideatis, inquit, aurum, nec argentum, nec pecuniam in zonis vestris, non peram in via, nec duas tunicas, nec calceamenta, nec virgam. Non dixit, non accipiatis vobiscum, sed non possideatis: ut si & aliunde recipere possent, recusarent tamen, ac perniciosam hanc aegritudinem fugerent. Quo deinde præcepto multa profecto complectitur, comoda. Primum, ut nulla de discipulis possit esse suspicio:

de-

deinde ab omni seculari cura sic ipsos liberos reddidit, ut prædicationi solum vacare possint: demum immensam suam potentiam ipsis patefecit, quod & postea commemoravit, dicens: Numquid vobis tunc aliquid defuit, quando vos nudos absque calcibus missi?

¶. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando revertatur à nuptiis.

¶. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Et vos. Gloria Patri. Et vos.

LECTIO XI.

¶ **ILLUD** etiam consideratio: ne dignum est, quo non incipiens statim dixit non possideatis aurum, nec argentum, sed cum prius mundandi leprosos, efficiendi dæmonia potestatem eis dederit, tunc intulit, nihil possideatis, gratis accepistis, gratis date. Sic rebus ipsis docuit utilia se, & honesta, & facilia factu eis præcipere. Sed inquit, cætera quidem non absque ratione certa dicta esse: quid autem, ut peram non habeant in via, nec eas tunicas, nec virgam, nec

calceamenta, quam de causa eis injunxit? Exactissimè certè sublimioris vitæ fundamenta voluit facere: sic & in superioribus, nullam de crastina die curam ipsos habere docuit.

Te Deum laudamus.

Missæ propria.

DIE XVI. APRILIS.

In Fæsto S. Thuribii de Liebana, Episcopi, & Confessoris.

Duplex.

Omnia ut in Communi Confessoris Pontificis præter ea, quæ hic habentur propria.

Oratio: Exaudi quæsumus Domine, &c. de Communi secundo loco.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

THURIBIUS vir Sanctissimus peregrinationis causa in Palestinam profectus, à Hierosolymorum Antistite sacrosanctum custos designatur. Suscepto in Hispaniam itinere, Leonem Primum Summum Pontificem veneratus, à Suevorum Rege Gallaciæ imperante honorificè susceptus, postquam regiam puellam, aliosque infirmos mirabiliter sanavit, & templum Christo Salvatori dicavit, invitatus ad Episcopatum

As-

Astoricensem promovetur. Ab Archidiacono sedem illam ambiente adulterii accusatus, in sacro linteo penitus illaso prunas ardentes ad altare portavit: eoque miraculo, ac repentina morte calumniatoris aliam etiam inferentis injuriam, suam innocentiam comprobavit.

¶. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabit ei.

¶. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

LECTIO V.

Catholicæ veritatis ardore Hispanias Priscillianistarum erroribus infectas cepit lustrare, Episcopos serpentis monere contagii & Sedis Apostolicæ implorare subsidium, Misso itaque ad Leonem Pontificem Diacono, commonitorii ad Episcopos seriem, & errorum libellum adjunxit; à quo per gravissimam Epistolam defensione fidei laudem, & grassantis hæresis antidotum reportavit. Ejus auctoritate duocogit curavit Concilia, unum Toleti, alterum in Gallaciæ, in quibus perniciosissima hæ-

resis condemnata est, errantesque Episcopi Catholicæ fidei suscripserunt.

¶. Posui adjutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

¶. Inveni David servum meum oleo sancto meo unxi eum. Manus enim.

LECTIO VI.

Cujus doctrinam magno Deus confirmavit miraculo: Urbem quippè Palentinam his erroribus perniciter adharentem, & Sancti viri prædicationibus adversantem, ad habentis fluvii insperatam excursionem, penè totam submersit; quo supplicio meliores cives effecti, Thuribii doctrinam susceperunt. Multos pro fide Christi labores passus; virtutibus, & miraculis clarus quievit in pace. Ejus corpus translatum est ad Ecclesiam Sancti Martini montis Liebana à se constructam, & pretiosis, quas Hierosolymis asportavit, reliquiis decoratam, ubi eum finitimi populi summa colunt veneratione.

¶. Iste est, qui antè Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrina ejus repleta est: * Ipse intercedat

I 2

pro

pro peccatis omnium populorum.

Ÿ. Iste est qui contempnit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse intercedat.

IN III. NOCTURNO.

Homilia Sancti Gregorii Papa in Evangelium. Homo peregrè proficiscens, ut in Comuni Confessoris Pontificis primo loco.

Missa: Statuit ei Dominus testamentum pacis, de Comuni primo loco cum Oratione: Exaudi, de Comuni secundo loco.

DIE XVII. APRILIS.

In Fêsto B. Mariae Annæ à Jesu Virginis.

Omnia de Comuni Virginum, præter sequentia.

Oratio propria, jam à SS. D. N. approbata.

Domine virtutum, clementissime Deus, qui B. Mariam Annam Virginem tuam innumeris gratiæ tuæ muneribus cumulasti: ejus nobis precibus concede, ut quam solemnè veneratione colimus, etiam actionibus imitemur. Per Dominum, &c.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Maria Anna à Jesu Matriti Hispanorum Regum aula, & eximio Catholicæ Religionis cultu celeberrima urbe, à piis, honestisque Parentibus in lucem est edita. A primis usque ætatis suæ annis certis certa futura sanctitatis dedidit indicia. In ipsa enim pueritia divinis, quibus abundabat charismatibus, cœlo potius, quam mundo se natam ostendit; rejeclisque non sine mirabili animi constantia nuptiis, atque acerbissima pugna hanc ipsam ob rem intus, exteriusque commota, divinitus superata, uni cœlesti sponso se totam lubens devovit; utque promissis stare facilius posset, mundi illecebris, carnisque oblectamentis omnibus nuntium remittens sacrum institutum Monialium Discelearum B. M. V. de Mercede, Redempt. Captivorum, cujus propagationem mirificè adjuvit consiliis, orationibusque suis, solemnè ritu professâ, nihil omnium rerum omisit, quæ vel sui spiritus perfectioni, vel aliorum salutis inservirent. Ad quam rem ne sibi unquam vires deficerent. Deiparam ipsam,

sam,

LECTIO VI.

sam, cujus aspectu sæpenumero recreabatur, peculiarem Patronam, suorumque operum, ac consiliorum omnium Adjutricem adhibuit. Tu autem &c.

LECTIO V.

Voluntariam paupertatem ad extremum usque constantissimè coluit; castitatis vero, atque innocentie laudem tantam adeptâ est, ut cœlestem vitam in terris agere, ab omni corporis contagione sejuncta videretur. In loquendo admodum parca, ut nullum planè verbum, nisi consulto, & meditato, proferret; ac tale obedientiæ studium continuo ostendit, ut Præsidium non modo vocibus, sed ipsius nutibus obtemperaret. In his autem animi dotibus maceratione carnis, vigiliis, jejuniisque, tanquam vallo muniens, curam omnem adhibuit suam; ac inaudita, eaque perenni non minus, quam aspera tormentorum vi corpus in absolutam spiritus servitutum redegit. De se enim admodum humiliter, demissèque sentiebat, ut quo majori cœlestium donorum copia perfunderetur, eo viliorum sese, ac omnium poena contempitque dignissimam existimaret. Tu autem, &c.

Redi vix potest, quæ in Deum charitate, Maria Anna flagraret: omniaque præ illo maximo habens in spreto, divini amoris voluptate adeo plurima afflicto, ut quantissimèlibet pressa curis, ac molestiis fatigata in unius Dei amplexu, quem vivissimæ fidei ope presentem sibi assidue intuebatur, per summam delectationem acquiesceret; nec aliud jucundius haberet, quam assidue orationi, Majestatisque Divinæ contemplationi vacare; cujus cœlesti dulcedine perfundebatur ita, ut à corporeis abstracta sensibus in frequentes extases raperetur. Ex hoc autem tam incenso in Deum amore egregia non solum illa oriebatur voluntas innumquamque consiliis, opere, monitiisque juveni ad bene, piæque vivendum, sed firmissimam etiam spes, summumque desiderium, quo corporeis vinculis solvi, & esse cum Christo vehementer optabat. Optata autem diu, felicissima tandem advenit dies: anno enim millesimo sexcentesimo vigesimo quarto, etatis suæ quinquagesimo nono, extremi morbi doloribus patientissimè toleratis, Sa-

Sacramentis omnibus summa cum pietate susceptis, grave suarum virtutum Matritensi populo universo desiderium relinquens, meritorum plenissima migravit ad Sponsum. Quam Pius VI. Pontifex Maximus multis insignem miraculis, ac prophetia dono illustrem ritu solemniter Beatarum Virginum numero adscripsit. Tu autem, &c.

In tertio Nocturn. Hom. S. Gregorii Papæ in Evangelium: Simile erit Regnum caelorum, &c. de Communi Virgin. primo loco.

DIE XX. APRILIS.

In Festo Sanctæ Agnetis de Monte Polistano Virginis.

Duplex.

Omnia de Communi Virginum, præter sequentia.

ORATIO.

DEUS, qui Beatam Agnetem Virginem tuam caelesti rore sæpe perfundere, & orationis ejus loca, diversis enatis floribus decorare dignatus es: concede propitius, ut ejus precibus perpetua tuae benedictionis conspersi, æternitatis fructus percipere mereamur. Per Dominum nostrum.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

AGNETIS de Monte Polistano Ordinis Sancti Domini Virginis integerrimæ nativitatem faces divinitus accensæ in cubiculo matris illustrarunt. Claustrale institutum amplexa est nono ætatis anno: & quintum decimum nedum egressa, Summi Pontificis jussum monialibus invita præfuit. Ejus lectulus nuda humus, cervical, saxum fuit: & quindecim annos in pane, & aqua jejunavit. Sæpe inter orandum, nec major annis quatuor decim, à terra cubito tollebatur: ejusque pallium roris candidi guttis, quæ Crucis effligi singulare referebant, respegebatur: ac locus, ubi genua fixisset, subito pulcherrimis floribus ornabatur. Tu autem, &c.

¶ Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: * Et deducet te mirabiliter dextera tua.

¶ Specie tua & pulchritudine tua intende, prospere, procede, & regna. Et deducet.

LECTIO V.

ASACRA Deipara Jesum forma lactentis orans excepit: eumque aliquandiu sinu complexa, parvulam Crucem te-

tenui filo nexam ab ejusdem collo detraxit. Terram quoque Christi sanguine in Passione fuso cruentatam divinitus accepit: ac frustum pulvis, ubi ipse infans Jesus à Virgine Matre fuit ablutus: Sed, & Sancti Apostoli Petrus, & Paulus particulis suarum vestium eandem pro magno munere donarunt. Sæpius eidem Angelus Eucharistiam sua manu porrexit. Tu autem, &c.

¶ Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: * Propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo latitiæ.

¶ Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea unxit.

LECTIO VI.

VIRTUTIBUS, & miraculis illustris, ac pretiosa virginitatis corona redimita migravit in Cælum, anno millesimo trecentesimo decimo septimo. Cum Sancta Catharina Senensis, quæ à Deo præmonita jam antea fuerat, parem se gloriam cum Sancta Agnete in Cælis habituram, ejus corpus integrum, atque incorruptum sepulchro servatum inviseret, ac ejus pedes deosculari vellet: Agnes alterum pedem extulit ad os usque Catharinæ: quæ

cum alio etiam tempore reverentia, se ad caput Agnetis demississet, manna instar nivis toto illo loco pluere cepit. Denique ipsam Beatam Virginem Agnetem, miraculis claram, Benedictus Decimus tertius Ordinis Prædicatorum, Sanctarum Virginum numero adscripsit. Tu autem, &c.

¶ Afferentur Regi virgines post eam, proximæ ejus, * Afferentur tibi in latitia, & exultatione.

¶ Specie tua & pulchritudine tua intende, prospere, procede, & regna. Afferentur Gloria Patri. Afferentur.

IN III. NOCTURNO.

Homilia S. Gregorii Papæ in Evangelium: Simile erit regnum caelorum decem Virginibus: de Communi.

Missæ: Dilexisti, cum Oratione propria, ut in Vesperis.

DIE XXI. APRILIS.

In Festo Sancti Maximi Martyris, cujus Reliquia asservantur in Alma Ecclesiâ Angelopolitana.

Duplex.

Omnia de Communi unius Martyris, temp. Paschali.

Oratio: Præsta, s. loco.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura. Secundæ, & tertiæ

Noct-

Nocturni de eodem Communi.
Temp. Paschali, primo loco.

Missa: Protexisti, & in Matrice dicitur Credo.

Si celebretur extra tempus Paschale, Leñ. secundi Nocturni: Triumphalis; Homilia: Si quis vult.

Missa: In virtute, cum dicto Evangelio.

DIE XXIV. APRILIS.
In Festo S. Boni Latronis.
Duplex.

AD VESPERAS.

Añ: Latro Christum crucifixum; cum reliquis de Laudibus. Psalmus: Dixit Dominus; cum reliquis de Dominica, & loco ultim. Psalm. Laudate Dominum omnes Gentes.

Capitulum. Isai. 59.

ECCE non est abbreviata manus Domini, ut salvare pequeat, neque aggravata est auris ejus, ut non exaudiat.

v. Deo gratias.

HYMNUS.

JESU corona celsior,
Et veritas sublimior,
Qui confidenti servulo
Reddis perenne pramium.
Da supplicanti coetui,
Hujus rogatu, noxi
Remissionem criminis,
Rumpendo nexum vinculi.
Anni reverso tempore,

Dies refulsit lumine,
Quo sanctus hic de corpore
Migravit inter sidera.
Ut sis perenne mentibus
Paschale Jesu gaudium,
A morte dira criminum
Vitæ renatos libera.
Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paráclito,
In sempiterna sæcula Amen.
v. Amavit eum Dominus,
& ornavit eum. Alleluia.
w. Stolum gloriæ induit
eum. Alleluia.

AD MAGNIFICAT.

Añ: Ait Latro ad Latronem: nos quidem digna factis recipimus; hic autem quid fecit? Memento mei Domine, cum veneris in regnum tuum.
Alleluia, alleluia.

ORATIO.

OMnipotens, & misericors Deus, qui justificas impios; te supplices exoramus, ut nos benigna intuitu, quo Unigenitus tuus beatum traxit Latronem, ad dignam poenitentiam provoces; & illam, quam ei promisit, tribuas nobis gloriam sempiternam. Per eundem Dominum nostrum.

Deinde fit commemoratio S. Georgii Martyris, ut in Brevario.

Chris-

AD MATUTINUM.

INVITATORIUM.

Christum Regem crucifixum, qui Latroni in Cruce paradisi donat: * Venite adoremus.
Alleluia.

Hymnus: Jesu corona celsior, ut in Vesperis.

IN I. NOCTURNO.

Añ: Beatus iste Sanctus, qui confisus est in Domino, & exauditus est de monte sancto ejus. Alleluia.

Psalm. Beatus vir, qui non abiit. Quare fremuerunt Gentes. Domine, quid multiplicati sunt; ut in Communi Confessoris non Pontificis.

v. Amavit eum Dominus, & ornavit eum. Alleluia.

w. Stolum gloriæ induit eum. Alleluia.

Lectiones dicuntur de Scriptura occurrente.

v. i. Posui adjutorium super potentem: * Manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. Allel.

v. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

v. ii. Iste cognovit justitiam, & vidit mirabilia, & exoravit Altissimum: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. Alleluia.

v. Iste inventus est in numero Sanctorum. Ipse.

v. iii. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolum gloriæ induit eum: * Et ad portas paradisi coronavit eum. Alleluia.

v. Induit eum Dominus lorricam fidei, & ornavit eum. Et ad portas. Gloria Patri. Et ad portas.

IN II. NOCTURNO.

Añ: Invocantem exaudivit Dominus Sanctum: Dominus exaudivit eum in pace. Allel.

Psalm. Cum invocarem. Verba mea auribus percipe. Domine Dominus noster.

v. Induit eum Dominus lorricam fidei, & ornavit eum. Alleluia.

w. Et ad portas paradisi coronavit eum. Alleluia.

Sermo Sancti Joannis Chrysostomi.

Homilia 2. de Cruce, & Latrone, tom. 3.
LECTIO IV.

SCIO, & ante me dixisse de Latrone, sed habet diversas intelligentias Dei sermo. Iste Latro de ligno mercatur salutem: hic Latro furatur cœlesti imperium. Vim facit majestati, non virtute propria, sed fide vincens. Ipsius Domini

K

VOX

vox est: regnum caelorum vim patitur, & violenti diripiunt illud. In Cruce duo Latrones, imago Judaeorum, & Gentilium. Latro, qui poeniter, imaginem obtinet populi ex Gentibus congregati; qui prius in errore ambulaverat, & post hoc veritatem agnovit. Imaginem vero Latro ille obtinet Judaeorum, qui usque in finem perseverat Latro. Et usque ad tempus quidem Crucis, viam malignitatis igerunt; Crux autem divisit utrumque.

¶ Velum templi scissum est: * Et omnis terra tremuit Latro clamabat de Cruce, dicens: Memento mei Domine, cum veneris in regnum tuum. Alleluia.

¶ Petra scissae sunt, & monumenta aperta sunt; & multa corpora Sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Et omnis terra.

LECTIO V.

Viam namque cecitatis, & perditionis, qui non credidit, ingressus est: viam autem salutis, qui credidit, ingressus est: viam salutis, qui credidit, adeptus est. In Cruce didicit Latro differentiam viarum, quoniam novit Dominus viam justorum: via au-

tem impiorum peribit. Et vide Dei justum iudicium; ut dicas, & tu cum Propheta: Justus es Domine, & rectum iudicium tuum. Propter unum peccatum damnatur Adam; & propter unam fidei vocem Latro salyatur. Unum peccatum ejecit illum, & una iustitia introduxit istum: & Latro habitator factus est paradisi. O admiranda rerum materies! Nec Abrahae data est per vocem repromissio paradisi. Hereditatur quidem per fidem; repromissionem autem paradisi nemo ante Latronem accepit.

¶ Nemo promissionem paradisi nisi ante Latronem accepit, cui Dominus in Cruce dixit: * Hodie mecum eris in paradiso. Alleluia.

¶ Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum. Hodie mecum.

LECTIO VI.

ISTE ergo vidit Salvatorem, non super throno regali, non adorari in templo, non loquentem de caelis, non per Angelos disponentem; sed in poena sociatum Latroni: vidit in tormentis, & tamquam in gloria adorari: videt in Cruce, & rogat, quasi in caelis sedentem:

vi-

videt condemnatum, & regem invocari, dicens: Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum. Crucifixum vides, & Regem praedicas? In ligno pendere cernis, & caelorum regna meditaris? O admiranda Latronis conversio!

¶ O admiranda Latronis conversio! * Crucifixum videt, & Regem praedicat. Alleluia.

¶ In ligno pendere cernit, & caelorum regna meditat. Crucifixum. Gloria Patri. Crucifixum.

IN III. NOCTURNO.

Ant: Domine, iste Sanctus habitabit in tabernaculo tuo, requiescet in monte sancto tuo. Alleluia.

Psalm. Domine, quis habitabit. Domine in virtute tua. Domini est terra.

¶ Hic accipiet benedictionem a Domino. Alleluia.

¶ Et misericordiam a Deo salvari suo. Alleluia.

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM. Cap. 23. f.

LECTIO VII.

IN illo tempore: Unus de his, qui pendebant Latronibus, blasphemabat Dominum, dicens: Si tu es Christus, salvum fac semetipsum, & nos. Et reliqua.

Homilia Sancti Ambrosii Episcopi.

Sermo 59. de S. Latrone.

Quoniam hodie Evangelii lectio de Latrone fecit mentionem, videamus quis iste Latro sit, qui in cruce Domino constituto, non solum peccatorum suorum veniam consequitur, sed etiam paradisi amantate donatur: ut qui propter scelera damnatus fuerat ad poenam, propter fidem transferatur ad gloriam; fueritque illi crux quam pertulit, non tam supplicii damnatio, quam salutis occasio. In cruce enim positus, in Christum Dominum nostrum credit Crucifixum. Et ideo, qui consortio passionis utitur, consortio paradisi condonatur. Beatus enim Latro dum supplicium patitur, regnum caeleste consequitur. Ecce reus dicitur, sicut qui damnari illud tempus expectavit. Non enim perveniret ad gloriam, si non contraditus esset ad poenam. Videamus, inquam, cur tantorum criminum reus, tam cito a Salvatore paradisi promeretur; cum alii multorum temporum lacrymis frequentibusque jeuniis, vix delictorum suorum veniam consequantur.

R.

W. Iste est beatus Lathro, qui in cruce positus, Christum Dominum nostrum credidit Crucifixum: * Et dum supplicium patitur, regnum coeleste consequitur. Alleluia.

V. Quem Judas Iscariotes in hortulo paradisi distraxerat, iste in patibulo conficitur. Et dum supplicium.

LECTIO VIII.

A. Agna, fratres, & multiplex causa est. Primum, quod iste Lathro devotione fidei tam repente mutatus est, ut presentem poenam despiceret, ac de futura veniam precaretur; & magis crederet utile sibi esse, de aeterno iudicio petere, quam de temporali supplicio postulare. Reminiscens enim scelus suorum, & penitentiam gerens, plus incipit dolere, quod sperat quam sentire, quod patitur. Potuit enim nisi de futuris amplius cogitasset, qui in Christum semel crediderat, de presenti magis supplicio deprecari. Deinde illud ad gratiam ejus majoris esse meriti, quod in Christum in cruce positum credidit, & passio, quae aliis scandalum fecit, illi ad fidem profecit. Crucis enim passio multis scandalum fuit, sicut dicit Apostolus: Nos au-

tem praedicamus Christum Crucifixum, Judaeis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam. Recte ergo meretur paradysum, qui crucem Christi non putavit esse scandalum, sed virtutem, dicit enim idem Apostolus: ipsis autem vocatis Judaeis, atque Graecis, Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam.

W. Iste est, qui Crucem Christi non putavit esse scandalum, sed virtutem; ideoque paradysum meretur: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. Alleluia.

V. Iste est, qui honorificat patientem, quem Judas prodidit osculante. Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse intercedat.

LECTIO IX.

R. Estè planè, & Dominus huic donat paradysum: quia quem Judas Iscariotes in hortulo paradisi distraxerat, hic in Crucis patibulo conficitur. Mira res: conficitur Lathro, quem Discipulus abnegavit. Mira, inquam res: Lathro honorificat patientem, quem Judas prodidit osculante. Ab hoc pacis blandimenta venduntur; ab illo Crucis vulnera praedicantur. Ait enim: Mem-

men-

mento mei Domine, cum veneris in regno tuo. Haec est fides plena devotio, ut cum vulneribus Domini profusus sanguis cernitur: tunc de potestate ejus venia postuletur. Cum videtur ejus humilitas tunc magis timeatur ejus divinitas: cum morti addictus putatur, tunc Regis illi honorificentia deferatur. Iste enim fidelis Lathro non credit moriturum, quem annuntiat regnaturum: non putat subdendum inferis, quem dominaturum conficitur in caelo: non arbitratur eum apud tartarum detineri, à quo se etiam postulat liberari. Cernat licet ejus hiantia vulnera, spectet ipsius sanguinem profluentem; Deum tamen credit, quem reum nescit; justum fatetur, quem non meminit peccatorem.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES, ET PER HORAS.

Antiphona.

L. Atrò Christum Crucifixum videbat, & Regem invocabat, dicens: Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum. Alleluia.

Psalm. Dominus regnavit; cum reliquis de Dominica.

Añà: Qui me confessus fuerit coram hominibus, confite-

bor & ego cum coram patre meo. Alleluia.

Añà: Dum conturbata fuerit anima mea, Domine misericordiae memor eris. Alleluia.

Añà: Salvum me fecit Christus Redemptor, quia dixit: Hodie mecum eris in paradiso. Alleluia, alleluia, alleluia.

Añà: Ille qui talis ad Crucem venit ex culpa; ecce qualis à Cruce recedit ex gratia. Alleluia, alleluia, alleluia.

Capitulum. Ecce non est abbreviata manus Domini; *ut infra.*

HYMNUS.

J. ESU Redemptor omnium, Corona contentium, In hac die clementius Indulgetis precantibus. Tui sacri, qua nominis Confessor almus claruit: Hujus celebrat annua Devota plebs solemnia.

Hujus benignus annue Confessionem nos sequi: Hujus peccato servulis Dimitte noxam criminis. Ut sis perenne mentibus Paschale Jesu gaudium, A morte dira criminum Vita renatos libera. Deo Patri sit gloria, Et Filio, qui à mortuis Surrexit, ac Paraclito.

In

In sempiterna sæcula.

Amen.

ŷ. Vitam petiit à te, & tribuisti ei Domine. Alleluia.

ŷ. Gloriam, & magnum decorem imposuisti super eum. Alleluia.

AD BENEDICTUS.

Añs: Ait Latio ad Latronem: Nos quidem digna factis recipimus; hic autem quid fecit? Memento mei, Domine, cum veneris in regnum tuum. Alleluia, alleluia.

AD PRIMAM.

Ad absolutionem Capit.

U autem Domine erusti animam meam, ut non periret: projecisti post tergum tuum omnia peccata mea. Tu autem Domine, miserere nobis.

ŷ. Deo gratias.

AD TERTIAM.

Capitulum Isai. 59.

OCCE non est abbreviata manus Domini; ut salvare nequat, neque aggravata est auris ejus, ut non exaudiat.

ŷ. Deo gratias.

ŷ. *brev.* Amavit eum Dominus, & ornavit eum. Alleluia, alleluia. Amavit.

ŷ. Stulam gloriæ induit eum. Alleluia, alleluia. Gloria Patri. Amavit.

ŷ. Induit ei Dominus lo-

ricam fidei, & ornavit eum. Alleluia.

ŷ. Et ad portas Paradisi coronavit eum. Alleluia.

AD SEXTAM.

Capitulum Isai. 38. c.

Unc invocabis, & Dominus exaudiet; clamabis, & dicit: Ecce adsum.

ŷ. Deo gratias.

ŷ. *brev.* Induit ei Dominus lorica[m] fidei, & ornavit eum. Alleluia, alleluia. Induit.

ŷ. Et ad portas paradisi coronavit eum. Alleluia, alleluia. Gloria Patri. Induit.

ŷ. Hic accipiet benedictionem à Domino. Alleluia.

ŷ. Et misericordiam à Deo salutari suo. Alleluia.

AD NONAM.

Capitulum Isai. 38. c.

U autem Domine erusti animam meam, ut non periret: projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

ŷ. Deo gratias.

ŷ. *brev.* Hic accipiet benedictionem à Domino. Alleluia, alleluia. Hic accipiet.

ŷ. Et misericordiam à Deo salutari suo. Alleluia, alleluia. Gloria Patri. Hic accipiet.

ŷ. Vitam petiit à te, & tribuisti ei. Alleluia.

ŷ. Gloriam, & magnum de-

co-

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Huribus Alphonsus ex nobili Mogroveja gente Majorca in regno Legionis natus, liberalibus disciplinis, & Juri Canonico Vallisoleti primorum, deinde Salmantica in majori Collegio Ovetensi Sancti Salvatoris ita operam dedit, ut tamen potiore[m] temporis partem orationi, aliisque piis, & christianis exercitiis impenderet. Id comprobatum est, cum immissam in ejus cubiculum impudicam mulierem, precipuus virginitatis seductor constanti animo exemplo expulit: inde jejuniis, vigiliis, & proprii corporis castigatione continuo vitam exercuit, & nudis quoque pedibus Compostellam ad Sancti Jacobi sepulchrum peregrinatus est.

Quod si contingat festum S. Marti alio die celebrari, in secundis Vesperis S. Boni Latronis, omnia dicuntur, ut in primis.

AD MAGNIFICAT.

Añs. Impietas impij non nocebit ei, in quacumque die conversus fuerit ab impietate sua. Alleluia, alleluia.

Missa propria, cum Præfatione de Cruce.

DIE XXVII. APRILIS.

In Festo S. Thuribii Episcopi Limani, & Confessoris.

Semiduplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, præter ea, que sequuntur.

ORATIO.

Ucclesiam tuam, Domine, beati Thuribii Confessoris tui, atque Pontificis continua protectione custodi: ut sicut illum pastoralis sollicitudo gloriosum reddidit, ita nos ejus intercessio in tuo semper faciat amore ferventes. Per Dominum nostrum.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

ŷ. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

ŷ. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

LECTIO V.

Gregorio Decimo Tertio Limane Ecclesie ex Quæstore fidei invitus præ-

ci-

cur; quo in munere Apostolicam sollicitudinem in nova Christianitate, vel solidanda, vel amplianda adhibens, perfecti Prasulis partes explevit. Quare singulis Dominicis diebus, vel in Ecclesia, vel in Hospitali domo in parvis etiam Oppidulis, & sub diu concionabatur, plebemque catholicismo instruebat. Synodus etiam Dicecesanas, & Provincialia Concilia juxta Tridentini statuta habuit, & in eis complura decreta, postea à Sede Apostolica confirmata, condita sunt, quibus modò Ecclesia Americana regitur. Hinc morum emendatio, Cleri disciplina, juvenum Seminarum, virginum, ac malè nuptarum Cœnobiorum Xenodochia, aliaque aedes, & Templum ejus etiam sumptu constructa, emanarunt.

¶ Posui adjutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

¶ Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus enim.

LECTIO VI.

Dicesim suam, amplissimam quidem, incredibili labore totam sæpè visita-

vit, omnesque penè Ecclesie sue proventus in pauperum usus, quos creditores suos vocabat, erogavit, obtingentis, ut ferunt, hominum milibus sacro Chrismate unctis innumeras contraditiones, sive ab iis, qui foris sunt, propter fidem, sive ab iis, qui intrà, propter Ecclesie libertatem, summa patientia sustinens, acriter defendit, martyrii cupidissimus. Tandem sacerdotio, & miraculis clarus, quæ etiam post mortem ipsius sanctitatem comprobantur, dum propriæ Diocesis visitationi incumberet, anno millesimo sexcentesimo sexto, ætatis suæ sexagesimo octavo, sumpto in Ecclesia Sacro Viatico, ad mortis nuntium exclamans: Letatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus: die vigesima tertia Martii obdormivit in Domino: quem Innocentius Undecimus in Beatorum numerum retulit, assignata ejus festivitati die vigesima septima Aprilis. Deinde novis, quam pluribus fulgentem signis, Benedictus Decimus Tertius Pontifex Maximus, quarto Idus Decembris, anno salutis millesimo septingentesimo vigesi-

mo sexto, Sanctorum fastis adscripsit.

¶ Iste est, qui antè Deum, & magnas virtutes operatus est in omni terra doctrina ejus repleta est: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum.

¶ Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad celestia regna. Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse intercedat.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO Sancti Evangelii secundum Matthæum.

LECTIO VII.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Homo peregrè proficiscens vocavit servos suos, & tradidit illis bona sua. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

Ex Sermo 23. in Cant.

Accipiunt in promissione, qui benè præsumt, constitui super omnia bona Domini sui: ac pauci profectò qui utilitèr, pauciores qui & humilitèr, præsent. Facilè tamen utrumque adimplet, qui matrem virtutum discretionem profectè adeptus, vino nihilominus charitatis usque ad contemptum, propriæ gloriæ usque ad sui ipsius oblivionem,

& non ad querenda, quæ sua sunt, inebriatur, quod solo, ac miro Spiritus Sancti magisterio obtinetur.

¶ Amavit &c.

LECTIO VIII.

Virtus autem discretionis absque charitatis fervore jacet, & fervor vehemens absque discretionis temperamento præcipitat. Ideoque laudabilis, cui neutrum deest, quantum & fervor discretionem erigat, & discretio fervorem regat. Ergò taliter oportet esse moratum eum, qui præest. Optimum autem in moribus dixerim, & summam disciplinæ hujus perfectè apprehendisse, qui in nullo prorsus, aut resistat prioribus, aut invadeat paribus, aut subiectis, vel desit in cura, vel in superbia præsit, prælati obediens, sociis congruens, subditis utilitèr condescendens.

¶ Siat lumbi &c.

LECTIO IX.

Timeant Clerici, timeant Ministri Ecclesie, qui in terris Sanctorum, quas possident, tam iniqua gerunt, & stipendiis, quæ sufficere debent, minimè contenti, superflua, quibus egeni sustentandi forent, impiè, sacrilegèque si-

bi retineant, & in usus suae superbiae, atque luxuriae victum pauperum consummere non vereantur; duplici profecto iniquitate peccantes, quod & aliena dissipant, & sacris, in suis vanitatibus, & turpitudinibus abutuntur.

Ista Lect. 3. Noct. dicuntur tantum in Ecclesia Limana. In aliis de Comuni, Homilia S. Gregorii.

Missae Statuit, Epistola propria.

DIE XXVIII. APRILIS.

In Festo S. Fidelis à Sigmaringa Proto-Martyris, Sacrae Congregat. de Propaganda Fide.

Duplex.

Omnia de Comuni Martyr. tempore Paschali, praeter ea, quae hic assignantur.

ORATIO.

DEUS, qui Beatum Fidelem Seraphico spiritus ardore succensum in vere fidei propagatione martyrii palma, & gloriosis miraculis decorare dignatus es, ejus quaesumus meritis, & intercessione, ita nos per gratiam tuam in fide, & charitate confirma, ut in servitio tuo fideles usque ad mortem inveniri mereamur. Per Dominum.

IN I. NOCTURNO.
Lectio de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Fidelis in Oppido Sueviae Sigmaringa ex honesta Regiorum familia natus, ab ineunte aetate singularibus naturae, & gratiae donis ornatus praefulsit, Egregiam quippe sortitus indolem, morumque optima imbutus disciplina, dum Frburgi Philosophiae, & Juris utriusque lauream emeruit, in Schola etiam Christi ad perfectionis apicem sedulo virtutum exercitio contendere coepit. Nobilium exinde Viroorum, varias Europae Provincias lustrantium comes adscitus, eos ad christianam pietatem sectandam tam verbis, quam operibus excitare non destitit. Quinimod in eodem itinere crebris austeritatibus desideria carnis mortificare, ac ita seipsum regere studuit, ut in tantarum vicissitudine nullo unquam visus fuerit irae motu perturbari. Juris praeterea, & justitiae strenuus propugnator, post redditum in Germaniam, celebre sibi nomen acquisivit in advocati munere, in quo tamen cum fo-

ri pericula esset expertus tutiorem aeternae salutis viam ingredi deliberavit, & super na vocatione illustratus paulo post Ordini Seraphico inter Fratres Minores Capucinos adscribi perit.

LECTIO V.

PLE petitionis compos reditus, mundi, sui que contemptor insignis in ipso statim tirocinio, magisque cum gaudis Professionis vota in

gaudio, Spiritus Domini nuncupasset, in Regulari Observantia omnibus admirationi fuit, & exemplo. Orationi maxime, & sacris litteris vacans, in verbi quoque ministerio singulari gratia excellens, nondum Catholicos ad meliorem frugem, verumetiam Heterodoxos ad veritatis cognitionem attraxit. Pluribus in locis Coenobii Praelectus constitutus, prudentia, justitia, mansuetudine, discretione, & humilitatis laude, manus sibi mandatum exercuit. Arctissima paupertatis zelator egregius, quicquid vel minus necessarium videretur, à Coenobio penitus eliminavit. Inter autera jejunia, vigiliis, & flagella salutari se ipsum prosequens odio, in alios amorem,

quasi mater in filios ostendit. Cum pestifera febris Austriacas militares copias dire affligeret, ipse in extremis infirmorum indigentis ad assidua charitatis officia toto spiritu incubuit. In componendis etiam animorum dissidiis, aliisque proximi necessitatibus sublevandis consilio, & opere adeo praerare se gessit, ut Patris Patriae mererit appellari.

LECTIO VI.

DEipara Virginis, & Rosarii cultor eximius, illius praecipue, aliorumque Sanctorum patrocinis à Deo postulavit, ut in Catholica fidei obsequium vitam sibi, & sanguinem fundere liceret. Cumque ardens hoc desiderium in quotidiana Sacri devota celebratione magis accenderetur, mira Dei Providentia factum est, ut fortis Christi Athleta Praesens eligeretur illarum Missionum, quas Congregatio de Propaganda Fide pro Rhetia tunc temporis instituerat. Quod arduum munus prompto, hilarique animo suscipiens, tanto fervore executus est, ut pluribus Haeticis ad Orthodoxam fidem conversis, spes non modica effluerit totius illius gentis Ecclesiae, & Christi re-

conciliandæ. Prophetiæ dono præditus futuras Rixiæ calamitates, sui que necem ab Hæreticis inferendam sæpius prædixit. Post quam verò insidiarum probe conscius impendenti agoni se præparasset, die vigesima quarta Aprilis anni millesimi sexcentissimi vigesimi secundi ad Ecclesiam loci, Sevisium nuncupati, se contulit, ubi ab Hæreticis, qui pridie conversionem simulantes, eum dolose ad prædicandum invitaverant, concione tumultuariè interrupta, per verbera, ac vulnera eidem crudeliter inflicta gloriosam mortem magno, & alacri corde perpassus, primitias Martyrum memoratæ Congregationis proprio sanguine consecravit; pluribus signis, & miraculis exinde clarus præsertim Curia, & Veldbirchii, ubi summa populi veneratione illius Reliquiæ asservantur.

In tertio Nocturno Homilia Sancti Augustini Episcopi, in Evangelium: Ego sum vitis vera, & Pater meus. De Comuni Martyrum tempore Paschal. primo loco.

Missa: Protexisti, de Comuni unius Martyr. tempore Paschal.



FESTA MAIL.

DIE V. MAIL.

In Fests Conversionis S. Augustini Episcopi Confessoris, & Doctoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, præter ea, quæ sequuntur.

In Hymno ad Vesperas, & Matutinum: Hac die lætus colitur renatus Flumine sacro.

AD MAGNIFICAT. Aſſa.

Vultemus in Deo salutari nostro, quia respexit ad preces, & lacrimas ancillæ suæ Monicæ super desiderium ejus. Ecce Augustinus omnipotenti brachio ad veritatem conversus est, & magnus Ecclesiæ Doctor evasit.

ORATIO.

DEUS, qui hodiernam diem Beati Augustini Confessoris tui, atque Pontificis mirabili conversione decorasti; præsta quæsumus, ut sicut Ecclesiam tuam propulsis erroribus protegit, ita corda nostra precibus suis contra malignos spiritus tua gratia irrigante defendat. Per Domini- num.

IX

IN I. NOCTURNO.

LECTIO I.

De Epistola Beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Cap. 7. §. 14.

SCimus enim, quia lex spiritualis est. Ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. Quod enim operor, non intelligo: non enim quod volo bonum, hoc ago; sed quod odii malum, illud facio: Si autem quod nolo, illud facio: consentio legi, quoniam bona est. Scio enim, quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonum. Nam velle adjacet mihi. Perficere autem bonum, non invenio. Non enim, quod volo bonum, hoc facio: sed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo, illud facio, jam non ego operor illud; sed quod habitat in me, peccatum. Invenio igitur legem, volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adjacet.

¶ Eugè serve bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: * Intra in gaudium Domini tui.

¶ Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque super lucratus sum. Intra in gaudium.

LECTIO II.

CONdelector enim legi Dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. Igitur ego ipse mente servio legi Dei; carne autem legi peccati. Nihil ergò nunc damnationis est iis, qui sunt in Christo Jesu: qui non secundum carnem ambulant, sed secundum spiritum. Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt, sapiunt. Qui verò secundum spiritum sunt, quæ sunt spiritus, sentiunt. Qui autem in carne sunt, Deo place- re non possunt.

¶ Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo: * Ideò jurejurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam.

¶ Benedictionem omnium Gentium dedit illi, & testamentum suum confirmavit super caput ejus. Ideò jurejurando.

LEC-

conciliandæ. Prophetiæ dono præditus futuras Rixitiæ calamitates, sui que necem ab Hæreticis inferendam sæpius prædixit. Post quam verò insidiarum probe conscius impendenti agoni se præparasset, die vigesima quarta Aprilis anni millesimi sexcentissimi vigesimi secundi ad Ecclesiam loci, Sevisium nuncupati, se contulit, ubi ab Hæreticis, qui pridie conversionem simulantes, eum dolose ad prædicandum invitaverant, concione tumultuariè interrupta, per verbera, ac vulnera eidem crudeliter inflicta gloriosam mortem magno, & alacri corde perpassus, primitias Martyrum memoratæ Congregationis proprio sanguine consecravit; pluribus signis, & miraculis exinde clarus præsertim Curia, & Veldbirchii, ubi summa populi veneratione illius Reliquiæ asservantur.

In tertio Nocturno Homilia Sancti Augustini Episcopi, in Evangelium: Ego sum vitis vera, & Pater meus. De Comuni Martyrum tempore Paschal. primo loco.

Missa: Protexisti, de Comuni unius Martyr. tempore Paschal.



FESTA MAIL.

DIE V. MAIL.

In Fests Conversionis S. Augustini Episcopi Confessoris, & Doctoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, præter ea, quæ sequuntur.

In Hymno ad Vesperas, & Matutinum: Hac die lætus colitur renatus Flumine sacro.

AD MAGNIFICAT. Aſſa.

Vultemus in Deo salutari nostro, quia respexit ad preces, & lacrimas ancillæ suæ Monicæ super desiderium ejus. Ecce Augustinus omnipotenti brachio ad veritatem conversus est, & magnus Ecclesiæ Doctor evasit.

ORATIO.

DEUS, qui hodiernam diem Beati Augustini Confessoris tui, atque Pontificis mirabili conversione decorasti; præsta quæsumus, ut sicut Ecclesiam tuam propulsis erroribus protegit, ita corda nostra precibus suis contra malignos spiritus tua gratia irrigante defendat. Per Domini- num.

IX

IN I. NOCTURNO.

LECTIO I.

De Epistola Beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Cap. 7. §. 14.

Scimus enim, quia lex spiritualis est. Ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. Quod enim operor, non intelligo: non enim quod volo bonum, hoc ago; sed quod volo odii malum, illud facio: Si autem quod nolo, illud facio: consentio legi, quoniam bona est. Scio enim, quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonum. Nam velle adjacet mihi. Perficere autem bonum, non invenio. Non enim, quod volo bonum, hoc facio: sed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo, illud facio, jam non ego operor illud; sed quod habitat in me, peccatum. Invenio igitur legem, volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adjacet.

¶ Euge serve bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: ¶ Intra in gaudium Domini tui.

¶ Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque super lucratus sum. Intra in gaudium.

LECTIO II.

Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. Igitur ego ipse mente servio legi Dei; carne autem legi peccati. Nihil ergo nunc damnationis est iis, qui sunt in Christo Jesu: qui non secundum carnem ambulant, sed secundum spiritum. Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt, sapiunt. Qui verò secundum spiritum sunt, quæ sunt spiritus, sentiunt. Qui autem in carne sunt, Deo place- re non possunt.

¶ Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo: Ideo jurejurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam.

¶ Benedictionem omnium Gentium dedit illi, & testamentum suum confirmavit super caput ejus. Ideo jurejurando.

LEC-

LECTIO III. Cap. 13. §. 11.

ET hoc scientes tempus. Quia hora est jam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus. Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sicut in die honeste ambulemus: non in comessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudiciis, non in contentione, & emulatione; sed induimini Dominum Jesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desideriis.

iv. Juravit Dominus, & non poenitebit eum: * Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

y. Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. Tu es Sacerdos. Gloria Patri. Tu es Sacerdos.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Augustinus unde vigesimum annum agens, spreto, ut ipse ait, Religione, quæ sibi puero à parentibus insita erat, ad Manichæos defecit, fisdemque novem annos adhaesit. Sed à Carthagine, ubi Rhetoricam profitebatur, illicitis amoribus irretitus est, ac

Genethliacorum deliramenta aliquandiu secutus. Auditorum Carthaginensium immodestia offensus, auditu Romæ adolescentis sedatius litteris operam dare, matre decepta, conscensu clam navigio, illuc contendit: ubi correptus aegritudine in vitæ discrimen incidit. Sed piæ matris precibus servatus est, ejus discessum, erroresque inconsolabiliter deflentis confirmata valetudine, eloquentiæ scholam aperuit, ac ferme per annum Romæ docuit. Postea à Symmacho Urbis præfecto, Rhetoricam ipsam publicè professurus, missus est Mediolanum, ubi Sanctum Ambrosium disputantem in populo studiosè audiens, perspecta Manicæis insaniam; nondum tamen rectè sentiens, Academicorum more de omnibus dubitans, atque inter Manichæos relinquere decrevit: ac tam diu esse Cathæcumenus, donec aliquid sibi certi eluceret, quò cursum intenderet.

z. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei. *y.* Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus

Lee.

LECTIO V.

CUM autem Ambrosii conclusiones frequentaret, & sacras litteras, præsertim Divum Paulum avidissimè legeret; ad catholicam fidem seriò animum adjecit; quem valde jam incensum, magis impulsi Sancti Simpliciani: cui astus animi sui contulerat, gravis adhortatio. Nam is Marii Victorini, celebris quondam in Urbe Rethoris, ei exemplum proposuit; quem in senecta, mirante Roma, gaudente Ecclesia, Christo nomen dedisse memorabat. Susceptum consilium morabantur desiderium conjugii, & sæculi blandimenta. Sed Potitiano narrante de Antonii mirabili sanctimonia, atque de illius sectatoribus in eremo austeriorem vitam colentibus: abeunte illo, tenere se non potuit, quin ad Alipium conversus, exclamaret: Quid est hoc, inquit, surgunt indocti, & cælum rapiunt; & nos cum doctrinis nostris sine corde, ecce ubi voluntamur in carne, & sanguine. Mox adjectum adibus, hortulum ingressus, sub sicu stratus, cum veterum voluptatum memoria animum pertentaret, vocem audivit, quasi pueri, vel puellæ,

canentis: Tolle, lege, tolle, lege.

y. Posui adjutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. *y.* Inveni David servum meum, oleo Sancto meo unxi eum. Manus enim.

LECTIO VI.

Quod ille divinitus sibi dictum interpretans, concitus surgens, sacrarum litterarum codicem in proximo apertens, in ea Apostoli verba incidit: Non in comessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudiciis, non in contentione, & emulatione; sed induimini Dominum Jesum Christum. Tunc verò, quasi infusa ejus cordi securitatis luce, omnes ad eo hesitationis tenebra discussæ sunt. Itaque abjecta omni rerum humanarum cura, non modo baptismum suscipere, sed etiam Deo addictius servire constituit. Igitur abdicato docendi munere, unà cum matre, quæ ex Africa ad eum venerat, atque amicis rus concedens, sacris precibus, & jejuniis vacans, monastica vitæ, quam post amplexus est, rudimenta ponere visus est. Sed ubi tempus

pus

pus advenit, quo sacro lavacro nomen dare oportebat, Mediolanum rediit, ipsisque paschalis diebus, incredibili bonorum latitia, una cum filio Adeato, atque Alipio familiari, multisque aliis, Iustralibus lymphis à Beato Ambrosio expiatus est, annos natus triginta tres. Tunc verò Ambrosius, ut scribit Sanctus Dacius, ob tanti viri conversionem, Deo gratias acturus, Te Deum laudamus, præcinit, Augustino vicissim respondente: Te Dominum confitemur. Atque ita sacer ille hymnus, quo assidue ecclesiastica templa resonant à viris sanctissimis, æternis ad finem usque contextus est.

¶ Iste est, qui antè Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrina ejus repleta est: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum.

¶ Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cælestia regna. Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse intercedat.

IN III. NOCTURNO.

Lectio Sancti Evangelii secundum Matthæum. Cap. 19. d.

LECTIO VII.

¶ N illo tempore: Dixit Simon Petrus ad Jesum: Ecce nos

reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Et reliqua.

Homilia Sancti Joannis Chrysostomi.

Homilia 65. in Matth. init.

¶ Uenam sunt hæc omnia, quæ te dicis, Beatissime Petre, reliquisse? Arundinem, retia, naviculam, universonque piscatorum artificium, hæc te omnia vocas? Ita, inquit, sed non ambitione quadam, aut inani gloria: verum, ut pauperum plebem hac interrogatione introducam; nam quoniam à Domino dictum est: Si vis perfectus esse, vende, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo. Ne quis pauperum opinetur, non posse ad perfectionem se pervenire, cum non habeat, quæ pauperibus offerat, querit Petrus, ut tu dicas nihil te minus propter inopiam habiturum.

¶ Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum: * Et ad portas Paradisi coronavit eum.

¶ Induit eum Dominusoricam fidei, & ornavit eum. Et ad portas Paradisi coronavit eum.

LECTIO VIII.

¶ Uarrit, inquam, Petrus, ne si id à se perciperes, præsertim cum adhuc spiritus gratia non abundaret, ambiguitate perplexus jaceres, sed ut ab ipso ejus Magistro pro lata sententia firma spe roboreris. Nam quem admodum etiam nos pro aliis disputamus, sic Apostolus quoque ad universi orbis commodum non dubitavit interrogare. A superioribus enim pater, nihil de se ipso ambiguisse. Qui enim ipsorum cælorum claves suscepit, quantò magis de cæteris, quæ in celo sunt, confideret?

¶ In medio Ecclesiæ aperuit os ejus: * Et implevit eum Dominus spiritu sapientiæ, & intellectus.

¶ Jucunditatem, & exultationem thesaurizavit super eum. Et implevit.

LECTIO IX.

¶ U autem illud diligenter expendi, quàm exquisitè duo illa, quæ Christus à divite petiit, ut scilicet, pauperibus substantiam distribueret suam, & Christum sequeretur, breviter complexus est, dicens: Relinquimus omnia, & secuti sumus te. Ambo enim

hæc facta jam erant; nam sua reliquerunt, ut ipsum sequerentur, & eo quòd omnia reliquerunt, sequi facilius potuerunt: & quoniam reliquerunt, confidere, atque gaudere ipsos admonebat. Quid igitur Christus respondet? Amen dico vobis, quia vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israël.

Te Deum laudamus.

AD BENEDICTUM.

¶ Per viscera misericordiæ suæ visitavit Dominus Augustinum, ut qui prius sedebat in tenebris, & umbra mortis, postea illuminaret orbem. Alleluia.

Oratio ut in Vesperis.

AD MAGNIFICAT

in secundis Vesperis. Añ.

Fecit Dominus in conversione Augustini populo suo ingentem lætitiã, hostibus supergentem terrorem, & cunctis fidelibus tutamen, recordatus misericordiæ suæ. Alleluia.

Missa propria cum Credo.

DIE XIII. MAII.

In Festo S. Secundi Episcopi, & Martyris.

Duplex.

Omnia dicuntur de Communi unius Martyris Pontificis tempore Paschali, præter sequentia.

ORATIO.

Infirmi-
tatem nostram respice, omnipotens Deus, & quia pondus propriæ actionis gravat, Beati Secundi Martyris tui, atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum.

Ad Matutinum omnia de Communi Martyris Pontificis, tempore Paschali.

Lectioes primi Nocturni de Actibus Apostolorum: A Mileto Paulus, ut in Communi Martyr. extrâ tempus Paschale.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Secundus, Torquatus, Cresiphon, Indaletius, Cæcilius, Hasichius, & Euphrasius integerrimæ vitæ socii ab Apostolis Petro, & Paulo creati Episcopi ad prædicandum Christi Evangelium in Hispaniam mittuntur. Qui prosperam (favente Deo) navigationem tenentes Accin Bethicæ Turdetanæ urbem, Gaudix, nunc vulgò nominatam appulerunt, cumque ipsorum aliqui fessi ex itinere propè ur-

bis Moenia quiescerent, alii urbem ad emendum cibum ingressi sunt. Sed eos multitudo infidelium, qui in festum diem suorum Deorum agebant, extrâ urbem eiecit, factoque impetu ad fluvium usque persecuta est, in fluvio pons erat miræ magnitudinis, & firmitatis, qui tunc Dei nutu cum infidelium multitudine, à qua occupatus est, corruit.

¶ Lux perpetua lucebit sanctis tuis Domine, * Et aternitas temporum. Alleluia.

¶ Lætitia sempiterna erit super capita eorum: gaudium & exultationem obtinebunt. Et aternitas.

LECTIO V.

QUO miraculo cæteri perterriti respuentes idola in Christum crediderunt imitati Lupariam quandam senatricem magnæ auctoritatis mulierem, quæ divino instinctu sanctos Dei benigne excepit, & in Christum credidit, & Aediculam extruxit, quam Salvatori dedicavit. Post quæ Torquatus Accis præfector, reliqui diversis ejus Provincie civitatibus evangelizarunt, in quibus Secundus, qui Abulam civitatem docendam suscepit, multos vitæ exemplo, & præ-

di-

dicazione per Evangelium Deo genuit. Tandem post multos pro Christo toleratos labores moriens suo sanguine Abulensem Ecclesiam Deo vero consecravit.

¶ In servis suis, alleluia, * Consolabitur Deus. Alleluia.

¶ Judicavit Dominus populum suum, & in servis suis. Consolabitur.

LECTIO VI.

CUM verò ejus corpus omnibus ignotum diu jaccisset, anno millesimo quingentesimo decimo nono, divinitus inventum est. Nam cæmentarii dum labentem templi parietem demolirentur, sub ejus fundamento lapideam arcam invenerunt inscriptam his verbis: Sanctus Secundus, è qua tanta odorum suavitas emanabat, ut templum, & vicina loca perfunderet. Contigit quoque in sancti corporis testimonium, ut unus ex cæmentariis, hernia morbo insanabili laborans, ad aspectum sancti corporis convalesceret. Quarum rerum percrebrescente fama innumeri homines ad visendum Sancti Secundi corpus venerunt, ac plerique variis morbis laborantes, Sancti Secundi meritis sanati sunt.

Hujus Sancti Episcopi, & martyris Reliquiæ multis illustratæ miraculis, in antiquissimo templo, quod in Abula Suburbio extractum est, per longa tempora asservatæ sunt. Hinc in primarium urbis templum translatae sunt, & in Sacello ipsi Sancto dicato recondita, ubi frequenti, & incredibili totius populi devotione coluntur.

¶ Filia Jerusalem, venite & videte Martyres cum coronis, quibus coronavit eos Dominus, * In die solemnitatis & lætitiæ. Alleluia.

¶ Quoniam confortavit seras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te. In die solemnitatis. Gloria Patri. In die solemnitatis.

Lectioes tertii Nocturni: Homilia S. Augustini Episcopi in Evangelium: Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est; de Communi Martyr. tempore Paschal. primo loco.

DIE XV. MAIL.

Vel alia die non impedita.
In Fæsto S. Euphrasii Episcopi, & Martyris. Diocesis Giennensis Patroni. Pro omnibus Hispaniæ Diocæsi- bus. Duplex minus.

Omnia de Communi Martyris temp. Paschal. Lecti primi Nocturni de Scriptura occurrente. Oratio: Infirmittatem, &c.

In Diocesi Glemensi dup. prim. clas. cum Obaro.

Omnia de Communi Martyris tempore Paschali cum eadem Oratione.

Extra temp. Paschale. LECTIO. primi Nocturni A Mileto Paulus, ut in Communi un. Martyris.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Ex Scripturis S. Gregorii VII. & S. Eulogii in Apologetico Martyrum.

Euphrasius Apostolorum Discipulus, cum Torquato, Ctesiphonte, Secundo, Indaletio, Caelilio, & Hesychio, Romæ à sanctissimis Petro, & Paulo Episcopus ordinatus in Hispanias, ad prædicandum verbum Dei, unâ cum aliis ab iisdem Apostolis directus est. Hic ergo, & Socii, cum variis Urbibus, destructa Idolatria, Christianitatem fundasset, & Religionem plantasset ordinem, & Officium in Divinis Cultibus ostendisset, & sanguine suo Ecclesias dedicassent: ea in Provincia diversis in locis quieverunt, è quibus

Euphrasius Illiturgi Martyrii palmam consecutus esse dicitur. Ejus corpus piè reconditur. Ejus corpus piè reconditur. Ejus nomine Sisebuti Hispaniarum Regis tempore structa est, cujus Basilica, cum Sarracenis Hispanias occupantibus, nulla remansissent vestigia; Dei tandem voluntate factum est: ut recens anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo tertio extrui cœpta sit. In quam anno millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, mense Maio, Beati corporis pars, è Parochiali Ecclesia Oppidi, cui Valdeamo nomen, translata, restituta est. Ubi religiosa veneratione, summaque celebritate, & maximo populorum concursu colitur.

☩. Lux perpetua lucebit sanctis tui Domine, ☩ Eternitas temporum. Alleluia, alle.

☩. Letitia sempiterna erit super capita eorum: gaudium & exultationem obtinebunt. Et eternitas.

LECTIO V.

Sermo S. Joannis Chrysostomi. In Orat. de Sancto Ignatio, ante med. Tom. 5.

☩ Empus animadvertire, fratres, quo dignitatem hanc Be-

LECTIO VI.

NEque verò id solum erat gravi; sed etiam quod credentium plerique, utpotè, tunc primum nova dogmata degustantes, magna agebant solitudine; & erant imbecilliores, & sepè supplantabatur. Quod quidem non minus affligebat Doctores, quam externa bella. Quin etiam multò magis. Hoc quidem tempore per gratiam Dei, nullum Episcopis periculum imminet; sed pax undique profunda: & tranquillitate cuncti perfruemur. Cum pietatis verbum, orbis terrarum terminos occuparit, & qui regna, atque imperium obtinent, eandem quam nos fidem studiosè colant, atque observent, tunc autem nihil erat hujusmodi, sed quocumque visere Martyres cum coronis, quibus coronavit eos Dominus. ☩ In die solemnittatis, & lætitiæ. Alleluia.

☩. Quoniam confortavit seras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te. In die solemnittatis. Gloria Patri. In die solemnittatis.

IN III. NOCTURNO.

Tempore Paschali Homilia Sancti Augustini Episcopi in Evangel. Ego sum Vitis vera.

Mis-

Beatus Euphrasius est assecutus, neque enim eadem est nunc, quæ tunc erat Ecclesiam gubernandi conditio. Non æqualis est labor. Viam tritam, & planè paratam, post multos ingredi viatores; atque eam, quæ nunc primo secunda est, quæque prærupta, & saxosa, ferisque plena, nec ullum adhuc viatorem, admisit. Hoc quidem tempore per gratiam Dei, nullum Episcopis periculum imminet; sed pax undique profunda: & tranquillitate cuncti perfruemur. Cum pietatis verbum, orbis terrarum terminos occuparit, & qui regna, atque imperium obtinent, eandem quam nos fidem studiosè colant, atque observent, tunc autem nihil erat hujusmodi, sed quocumque visere Martyres cum coronis, quibus coronavit eos Dominus. ☩ In die solemnittatis, & lætitiæ. Alleluia.

☩. In servis suis, Alleluia: ☩ Consolabitur Deus, Alleluia.

☩. Judicavit Dominus populum suum, & in servis suis, Consolabitur Deus, Alleluia.

*Missa: Protexisti.
Extrà tempus Paschal. Of-
ficium de Communi unius Mar-
tyris Homilia, & Missa de
primo loco.*

DIE XVI. MAII.

*In Festo S. Joannis Nepomu-
ceni Martyris.*

Duplex.

*Omnia de Communi unius
Martyris tempore Paschali.*

ORATIO.

DEUS, qui ob invictum
Beati Joannis sacramen-
tale silentium nova Ecclesiam
tuam martyrii corona decoras-
ti: da nobis ejus intercessione,
& exemplo linguam cautè cus-
todire, ac omnia potius mala,
quàm animæ detrimentum, in
hoc sæculo tolerare. Per Do-
minum nostrum.

*Lectiones primi Nocturni de
Scriptura occurrunt.*

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Joannes Nepomuci Bohæ-
mix Oppido, unde Nepo-
muceni cognomen duxit, à pa-
tentibus ætate proventus, non
sine futuræ sanctitatis præsa-
gio, flammis suprâ nascentis
domum mirabiliter collocen-
tibus, ortus est. Cùm infans in
gravem morbum incidisset,
Beate Virginis ope, cui natum

parentes referabant acceptum,
è vitæ periculo evasit incol-
lumis. Egregia indole, piaque
institutione celestibus indici-
is obsequente, inter sanctas,
religiosasque exercitationes
pueritiam egit; nam Ecclesiam
frequentèr adire, ac sacerdo-
tibus ad aras operantibus mi-
nistrare in deliciis habebat.
Zatecii polioribus litteris ad
humanitatem informatus; Pra-
gæ verò gravioribus discipli-
nis excultus, Philosophiæ,
Theologiæ, Sacrorumque Can-
onum magisterium, & lau-
ream emeruit. Sacerdotio ini-
tatus, atque à scientia Sanc-
torum ad lucra animarum ritè
comparatus, ministerio verbi
Dei se pènitè addixit. Cùm
igitur in vitis extirpandis, &
revocandis in viam salutis er-
rantibus eloquentia, & pietate
uberes ederet fructus, inter
Canonicos Metropolitanæ Ec-
clesiæ Pragensis cooptatus,
mox sibi demandatam Evan-
geli coram Rege Wenceslao
Quarto, prædicandi Provin-
ciam suscepit, eo successu, ut
Joannis sursus multa Rex faceret,
magnoque in honore ejus
virtutes haberet. Conspicuas
tamen, quas ille obtulit, dig-
nitates, Dei servus, ne à divi-

ni

ni verbi præconio avocaretur,
constantissimè recusavit.

Tempore Paschali.

✱. Lux perpetua.

Extrà tempus Paschali.

✱. Honestum fecit.

LECTIO V.

REgis illum eleemosynis in
pauperes erogandis præ-
fectum Joanna Regina consen-
scientiæ sibi moderatorem ad-
scivit. Cùm autem Wences-
laus ab officio, institutoque de-
cessisset, atque in vitia præ-
ceps abriperetur; piæ autem
conjugis obstationes, & mo-
nita gravatè ferret, contendere
ausus est, ut in sacramentali
judicio Sacerdoti credita Regi-
næ arcana sibi à Joanne pan-
derentur. At Dei Minister
blanditiis primùm, tormentis
deindè, & carceris squalore
tentatus, nefariæ Regis cupi-
ditati fortitè obstitit. Furen-
tem tamen Wenceslai animum,
cùm ab execrando proposito,
nec humana, nec divina jura
deterrerent, supremum ago-
nem, quem instare sibi Athle-
ta Christi noverat, populo in
conciòne de impendentibus
etiam regni calamitatibus ad-
monito, non obscurè prænun-
tiavit. Mox Boleslaviam pro-
fectus, ad Beatæ Virginis ima-

ginem antiquo cultu celebrem,
coeleste præsidium ad certan-
dum bonum certamen effusus
precibus imploravit. Indè vesperi
reverentem in pervigilio
Dominicæ Ascensionis Rex è
fenestra conspicuus accessit;
cùmque vehementius urgeret,
& proximam in aquis, si ob-
luctari pergeret, submersionem
intentaret, Joannes victa
constantia terrores, minasque
refutavit. Itaque Regis imperio
in Moldavam flumen Pra-
gam interfluens noctu dejectus,
illustrem martyrii coronam
est consecutus.

Tempore Paschali.

✱. In servis suis.

Extrà tempus Paschal.

✱. Desiderium animæ.

LECTIO VI.

Sacrilegum facinus clam pa-
tratum, & Martyris glori-
am insigne prodigium divi-
nitus patefecit. Ubi enim exa-
nime corpus secundo flumine
vehi cœpit, ardentes faces
aquis supernatantes, & discurren-
tes apparuerunt. Quamobrem
ex arena postridiè mane
Corpus elatum, Canonici dein-
dè Regis iram nihil timentes,
in Metropolitanam Ecclesiam
solemni pompa intulerunt, &
sepulturæ mandarunt. Cùm au-

tem

tertia in dies invidiæ Sacerdotis memoria miraculis, & maxima fidelium, eorum præcipue, qui fama periclitantur, veneratio-
ne cresceret, post annos de-
mum amplius trecentos, in iu-
ridica recognitione Corporis,
quod sub humo tandiu jacue-
rat, lingua ejus incorrupta, &
vivida reperta est; quæ sexto
post anno Judicibus à Sede
Apostolica delegatis exhibita,
novo prodigio repente intu-
muit, & sub obscurum rubo-
rem in purpureum commuta-
vit. His itaque, aliisque signis
rite probatis, Beatus Decimus
tertius Pontifex Maxi-
mus, die decima nona mensis
Martii, anno salutis millesimo
septingentesimo vigesimo no-
no, primum hunc Sacramenta-
lis Sigilli assertorem, arcani
fidem sanguine obsignantem
Sanctorum Martyrum Catalo-
go adscripsit.

Tempore Paschal.

¶ Filie Jerusalem venite,
& videte Martyres.

Extra tempus Paschal.

¶ Stola jucunditatis induit
eum Dominus.

*In tertio Nocturno Nihil est
opertum. Miss. Proexisti, cum
Evang. ejusdem. Extra temp.
Paschal. Miss. Latabitur.*

SABATHO ANTE DOM.
tertiam post Pascha.

Festum Gaudiorum B. V. M.

Duplex secunda clas.

AD VESPERAS.

*Añã. Dum esset Rex; cum
reliquis de Laudibus.*

*Psalm. Dixit Dominus Do-
mino, ut in Officio Parvo B.
M. V.*

Capitulum Eccles. 24. b.

AB initio, & ante sæcula
creata sum, & usque ad
futurum sæculum non desi-
nam, & in habitatione sancta
coram ipso ministravi.

*Hymnus; Ave maris stella,
ut in Officio Parvo B. M.*

¶ Dignare me, laudare te
Virgo sacrata, Alleluia.

¶ Da mihi virtutem con-
tra hostes tuos. Alleluia.

AD MAGNIFICAT.

*Añã. Regina coeli letare,
alleluia: quia quem meruisti
portare, alleluia: resurrexit, si-
cut dixit, alleluia. Ora pro no-
bis Deum, alleluia.*

ORATIO.

Concede nos famulos tuos,
quæsumus Domine Deus,
perpetua mentis, & corpo-
ris sanitate gaudere: & glo-
riosa beate Mariæ semper Vir-
ginis intercessione à presen-
ti liberari tristitia, & æterna
per-

per-

perfrui lætitia. Per Dominum
nostrum.

AD MATUTINUM.

INVITATORIUM.

Sancta Maria Deigenitrix vir-
go. * Intercede pro nobis. Alle-
luia. *Psalm. Venite exulte-
mus, &c.*

Hymn. Quem terra, &c.

*Añã. Psalmi, & Vers. Noc-
turnorum, ut in Officio Parvo
B. M. sub una Añã, cui ad-
ditur: Alleluia.*

IN I. NOCTURNO.

De Canticis Canticorum.

LECTIO I. Cap. 5.

Veniat dilectus meus in
hortum suum, & com-
dat fructum pomorum suorum.
Veni in hortum meum soror
mea sponsa, messui myrrham
meam cum aromatibus meis:
comedi favum cum melle
meo, bibi vinum meum cum
lacte meo: comedite amici, &
hibite, & inebriamini charis-
simi. Ego dormio, & cor-
meum vigilat: Vox dilecti
mei pulsantis: aperi mihi so-
ror mea, amica mea, columba
mea, immaculata mea, quia
caput meum plenum est rore,
& cincinni mei guttis noc-
tium: Pessulum ostii mei ape-
rui dilecto meo: at ille decli-
naverat, atque transierat.

N

¶ Sancta, & immaculata
virginitas, quibus te laudibus
esseram, nescio: * Quia quem
coeli capere non poterant, tuo
gremio contulisti. Alleluia.
¶ Benedicta tu in mulier-
bus, & benedictus fructus ven-
tris tui. Quia.

LECTIO II. Cap. 5. & 6.

QUO abiit dilectus tuus, &
pulcherrima mulierum!
Quo declinavit dilectus
tuus, & quæremus eum tecum?
Dilectus meus descendit in
hortum suum ad areolam arô-
matum, ut pascatur in hortis &
lilia colligat. Ego dilecto meo,
& dilectus meus mihi, qui
pascitur inter lilia. Pulchra es
amica mea, suavis, & decora,
sicut Jerusalem: terribilis ut
castrorum acies ordinata. Averte
oculos tuos à me; quia ipsi
me avolare fecerunt: Capilli
tui sicut grex caprarum, quæ
apparuerunt de Galad. Den-
tes tui sicut grex ovium, quæ
ascenderunt de lavacro, omnes
gemellis foetibus, & steriliis
non est in eis.

¶ Congratulamini mihi
omnes, qui diligitis Domi-
num: quia cum essem parvula,
placui Altissimo. * Et de meis
visceribus genui Deum, & Ho-
minem. Alleluia.

¶.

ŷ. Beatam me dicent omnes generationes: quia ancillam humilem respexit Deus. Et de meis.

LECTIO III. Cap. 8.

QVIS mihi det te fratrem meum surgentem subter matris meæ, ut inveniam te foris, & deoscular te, & jam me nemo despiciat? Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ: ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum. Lava ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Adjuro vos filie Jerusalem, ne suscitatis, neque evigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delitit assidue, innixa super dilectum suum? Sub arbore malo suscitavi te: ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.

Beata es virgo Maria, quæ Dominum portasti Creatorem mundi. * Genuisti qui te fecit & in æternum permanes virgo. Alleluia.

ŷ. Ave Maria gratia plena, Dominus tecum. Genuisti, Gloria Patri. Genuisti.

IN II. NOCTURNO.

Sermo S. Augustini Episcopi. In Assumpt. B. M. V. Serm. 2. qui est de SS. Sermo 53.

LECTIO IV.

QUAMUM aliquid, fratres, in laudibus sacratissimæ Virginis. Sed qui nos tantillè? Quid actione pusilli? Quid in ejus laudibus referemus, cum & si omnium nostram membra vesterentur in linguam eam laudare sufficeret nullus? Altior caelo est de qua loquimur, abyssus profundior, cui laudes dicere conamur. Hæc est enim, quæ sola meruit Mater, & Sponsa vocari: hæc primæ Matris damna resolvit: hæc homini perditio redemptionem adduxit. Mater enim generis nostri poenam intulit mundo: Genitrix Domini nostri salutem edidit mundo. Auxitrix peccati Heva, auxitrix meriti Maria. Heva occidendo obfuit, Maria vivificando profuit. Illa percussit, ista sanavit.

ŷ. Sicut cedrus exaltata sum in Libano, & sicut cypressus in monte Sion: quasi mirra electa. * Dedi suavitatem odoris. Alleluia.

ŷ. Et sicut cinnamomum, & balsamum aromatizans. Dedi.

Leo

LECTIO V.

ŷ. HÆC enim mirabili modo omnia, & suum peperit Salvatorem. Quæ hæc Virgo tam sancta, ad quam venire dignaretur Spiritus Sanctus? Quæ tam speciosa, ut eam sibi Deus eligeret sponsam? Quæ tam casta, ut esse posset Virgo post partum? Hæc est Dei templum, fons ille signatus, & porta in domo Dei clausa: ad hanc namque, ut dixi, Spiritus Sanctus descendit: hæc virtus Altissimi obombravit. Hæc est immaculata coitu, fecunda partu, virgo lactans, Angelorum, & hominum cibum nutriens. Merito namque beata singulari à nobis præconio extollitur, quæ singulare commercium mundo præbuit. Denique tantum se ad Cœli fastigia sublevavit, ut Verbum in principio apud Deum de superna Cœli arce susciperet.

ŷ. Quæ est ista, quæ processit sicut Sol, & formosa tamquam Jerusalem? * Viderunt eam filie Sion, & beatam dixerunt, & Regina laudaverunt eam. Alleluia.

ŷ. Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, & lilium convallium. Viderunt.

LECTIO VI.

ŷ. Felix Maria, & omni laude dignissima! O Virgo Deigenitrix gloriosa! O sublimis puerpera, cujus visceribus Auctor Cœli, terraque committitur! O felicia oscula lactentis labiis impressa! Cum inter crebra iudicia reprecantis infantie, utpotè verus ex te Filius tibi Matri allueret, cum verus ex Patre Dominus imperaret. Nam auctorem tuum ipsa concipiens, edidisti in tempore. Redemptorem, quem habebas ante tempora Conditorum. O felix puerperam, letabile Angelis, optabile sanctis, necessarium perditis, congruum profligatis! Qui post multas assumptas carnis injurias, & ad ultimum verberatus flagris, potatus felle, affixus patibulo, ut te veram Matrem ostenderet, verum se hominem patiendum monstravit.

ŷ. Ornatam monilibus fessam Jerusalem Dominus concupivit. * Et videntes eam filie Sion, beatissimam pradicaverunt, dicentes: Alleluia. Unguentum effusum nomen tuum. Alleluia.

ŷ. Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circum-

cumdata varietate. Et videntes.
Gloria Patri. Et videntes.

IN III. NOCTURNO.

Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem. Cap. 19.

LECTIO VII.

IN illo tempore: Stabant iuxta Crucem Jesu Mater ejus, & soror Matris ejus Maria Cleophae, & Maria Magdalene. Et reliqua.

Homilia S. Joannis Chrysost.

Homilia 4. in Joann.

Christus Crucifixus Matrem suam Discipulo commendat: erudiens nos ad ultimum usque spiritum, parentum curam habendam. Cum intempesivè ab ea appellatus est, inquit: Quid mihi, & tibi mulier? Et alibi: Quæ est Mater mea? Hic immensam charitatem ostendit, & commendat eam Discipulo, quem diligebat. Iterum nomen suum modestè subicit Joannes; nam si se jactare voluisset, quam obrem diligeretur exposuisset: credibile enim est, magnam esse, & admirandam. Qua autem gratia nihil aliud dicit Joanni, neque eum consolatur? Quod intempesivum erat: præterea non parvo eum honore his verbis afficiebat, ne-

que parvum præsentie suæ præmium capiebat.

W. Felix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima, * Quia ex te ortus est Sol justitiæ Christus Deus noster. Alleluia.

Y. Ora pro populo, interveni pro Clero, intercede pro devoto femineo sexu: sentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tuam sanctam festivitatem: Quia ex te.

LECTIO VIII.

TU autem considera, quomodo Crucifixus omnia sine aliqua perturbatione transiegit. Discipulo Matrem commendavit, prophetias implevit, Latroni spem bonam dedit. Atqui antequam crucifigeretur, sudavit, perturbatus est, timuit. Qui hoc sibi vult? Nihil dubii, nihil non manifestum. Illic enim naturæ imbecillitas, hic potestas demonstrata est. Præterea his nos duobus admonet, ut licet ante malis perturbemur, non tamen abstinendum est, quin ea subeamus; & cum in certamine descendimus, omnia facilia, & levia putanda sunt. Nolumus ergo mortem formidare. Insitus est animæ naturaliter vendi amor: sed in nobis est, vel

vel hoc vinculum solvere, & eam minuere cupiditatem; vel ligare, & vehementiorem efficeret.

W. Beatam me dicent omnes generationes, * Quia fecit mihi Dominus magna qui potens est. & sanctorum nomen ejus. Alleluia.

Y. Et misericordia ejus à progenie in progenies timen-
tibus eum. Quia fecit. Gloria Patri. Quia fecit.

LECTIO IX.

Stabant autem mulieres iuxta Crucem: & sicut imbecillior sexus tunc fortior apparuit, ita omnia reformavit. Ipse Matrem commendans, inquit: Ecce filius tuus. O honorem, quem Discipulo tribuit! Cum enim jam obiret, Matris curam Discipulo reliquit. Nam cum par esset utpotè Matrem dolere, protectionem querere, merito dilecto commendat: cui etiam inquit: Ecce Mater tua. Hoc dixit, ut dilectione devinceretur. Quo cognito, Discipulus eam secum adduxit. Sed cur non alius eujuspiam mulieris meminit, cum adessent? Admones, quiddam amplius Matribus tribuendum. Ut enim cum spiritualia impediunt parentes, nec cognos-

cerdi quidem sunt: ita cum nihil impediunt, merito omnia his sunt tribuenda, & omnibus præferendi; quia genuerunt quod educarunt, quod innumeratas pro ipsis molestias subierunt.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES, ET PER HORAS.

Antha. Dum esset Rex in acubitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatis. Alleluia.

Psalm. Dominus regnavit, cum reliquis de Dominica.

Antiphona.

Læva ejus sub capite meo: & dextera illius amplexabitur me. Alleluia.

Antha. Nigra sum, sed formosa, filia Jerusalem: ideò dilexit me Rex, & introduxit me in cubiculum suum. Alleluia.

Antha. Jam hiems transiit, imber abiit, & recessit, surge amica mea, & veni. Alleluia.

Antha. Speciosa facta es, & suavis in delictis tuis, sancta Deigenitrix. Alleluia.

Capitulum. Eccles. 24. b.

AB initio, & ante sæcula creata sum, & usque ad futurum sæculum non desinam: & in habitatione sancta coram ipso ministravi.

Hymnus: O Gloriosa Vir-

gi-

ginum. ut in Officio parvo B.
M. V.

ŷ. Diffusa est gratia in labiis tuis. Alleluia.

⁊. Propter eam benedixit te Deus in aeternum. Alleluia.

AD BENEDICTUS.

Añã. Regina Cœli latere. ut in Vesperis.

AD TERTIAM.

Añã. Lava ejus. Capitulum Ab initio.

⁊. breu. Specie tua, & pulchritudine tua. Alleluia, alleluia. Specie tua.

ŷ. Intende prospere, procede, & regna. Alleluia. Gloria Patri. Specie tua.

ŷ. Adjuvavit eam Deus vultu suo. Alleluia.

⁊. Deus in medio ejus non commovebitur. Alleluia.

AD SEXTAM.

Añã. Nigra sum,
Capitul. Eccles. 24. b.

ET sic in Sion firmata sum, & in civitate sanctificata similiter requievi, & in Jerusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato, & in parte Dei mei hereditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea.

⁊. breu. Adjuvavit eam Deus vultu suo. * Alleluia, alleluia. Adjuvabit.

ŷ. Deus in medio ejus non commovebitur. Alleluia. Gloria Patri. Adjuvavit.

ŷ. Elegit eam Deus, & praelegit eam. Alleluia.

⁊. In tabernaculo suo habitare facit eam. Alleluia.

AD NONAM.

Añã. Speciosa facta es.
Capitul. Eccles. 24. b.

IN plateis sicut cinnamomum, & balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris.

⁊. breu. Elegit eam Deus, & praelegit eam. * Alleluia, alleluia. Elegit.

ŷ. In tabernaculo suo habitare facit eam. Alleluia. Gloria Patri. Elegit.

ŷ. Diffusa est gratia in labiis tuis. Alleluia.

⁊. Propter eam benedixit te Deus in aeternum. Alleluia.

In secundis Vesperis, omnia ut in primis.

Missã: Solve Sancta parens, que habetur in Missis Votivis B. Mariæ à Pascha usque ad Pentecost. Cred. In Pref. Et tē in Festivitate

DOMINICA TERTIA post Pascha.

In Fes̃to Patrocinii SS. JOSEPH Confessaris.

Du.

Duplex secunda classis.

AD VESPERAS.

Añã. Jacob autem, cum reliquis de Laudibus.

Psalmus: Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica, & loco ultimo.

Psalm. Laudate Dominum omnes gentes.

Capitulum. Genes. 49.

Benedictiones Patris tui confortate sunt benedictionibus Patrum ejus, donec veniret desiderium collium aeternorum: Fiant in capite Joseph, & in vertice Nazarei inter fratres suos.

⁊. Deo gratias.

HYMNUS.

TE, Joseph, celebrent agmina Cœlitum,
Te cuncti resonent Christianum Chori,

Qui clarus meritis, junctus es in clypeo

Casto foedere Virgini.

Almo cum tumidam germine conjugem.

Admirans, dubio tangeris anxius,

Afflatu superi flammis Angelus Conceptum puerum docet.

Tu natum Dominum stringis, ad exteras

Ægypti profugum tu sequeris plagas.

Amisum Solyinis quaris, & invenis,

Miscens gaudia fletibus.

Post mortem reliquos mors pia consecrat,

Palmanque emeritos gloria suscipit:

Tu vivens, Superis par frueris Deo,

Mira sorta beator.

Nobis, summa Trias, parce precantibus.

Da Joseph meritis sidera scandere:

Ut tandem liceat nos tibi perpetim

Gratum promere canticum. Amen.

ŷ. Constituit eum Dominum domus sue. Alleluia.

⁊. Et principem omnis possessionis sue. Alleluia.

AD MAGNIFICAT.

Añã. Cum esset desponsata Mator Jesu Maria Joseph, ante quam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto. Alleluia.

ORATIO.

DEUS, qui ineffabili providentia, Beatum Joseph Sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsum eligere dignatus es: præsta quæsumus, ut quem Protectorem veneramus in tertiis, intercessorem habere merea-

rea-

reamur in caelis. Qui vivis, & regnas, &c.

Et fit commemoratio Dominicae.

AD MATUTINUM.

INVITATORIUM.

Laudemus Deum nostrum
* In veneratione Beati Joseph
protectoris nostri. Alleluia.

Hymnus. Te Joseph celebrant agmina coelitem. Sicut in Vesperis.

IN I. NOCTURNO.

Añā. Angelus Domini apparuit in somnis Joseph, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Aegyptum, & esto ibi, usque dum dicam tibi. Alleluia.

Psal. primi Noñ. de Communi Confess. non Pontif.

ŷ. Confitebor homini tuo. Alleluia.

⁂. Quoniam adiutor, & protector factus es mihi. Alleluia.

De libro Genesis.

LECTIO I. Cap. 39. n. 1.

ŷ. Gitor Joseph ductus est in Aegyptum, emitque cum Putiphar Eunuchus Pharaonis, Princeps exercitus, vir Aegyptius, de manu Ismaelitarum, a quibus perductus erat. Fuitque Dominus cum eo, & erat Vir in cunctis prosperè agens: habitavitque in domo domini

sui, qui optimè noverat Dominum esse cum eo, & omnia, quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius. Invenitque Joseph gratiam coram domino suo, & ministrabat ei, à quo præpositus omnibus gubernabat creditam sibi domum, & universa, quæ ei tradita fuerant: Benedixitque Dominus domui Aegyptii propter Joseph, & multiplicavit tam in ædibus, quam in agris cunctam ejus substantiam: Nec quiddam aliud noverat, nisi panem quo vescabatur. Erat autem Joseph pulchra facie, & decorus aspectu. Tu autem &c.

⁂. Clamavit Populus ad Regem, alimenta petens. * Quibus ille respondit: Ite ad Joseph. Alleluia.

ŷ. Salus nostra in manu tua est, respice nos tantum, & latè serviemus Regi. Quibus ille.

LECTIO II. Genes. Cap. 41.

ŷ. Lacuit Pharaoni consilium Joseph, & cunctis Ministris ejus: locutusque est ad eos: Num invenire poterimus talem Virum, qui Spiritu Dei plenus sit? Dixit ergo ad Joseph: Quia ostendit tibi Deus omnia, quæ locutus es, numquid sapienterem, & consilium tui invenire potero? Tu

cris

eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: uno tantum Regni solio te præcedam. Dixitque rursus Pharao ad Joseph: Ecce constitui te super universam Terram Aegypti. Tulitque anulum de manu sua, & dedit eum in manu ejus: vestivitque eum stola byssina, & collo torquem aurcum circumposuit. Fecitque eum ascendere super currum suum secundum, clamante præcone, ut omnes coram eo genuflecterent, & præpositum esse scient universæ Terra Aegypti.

Tu autem, &c.

⁂. Fecit me Deus quasi Patrem Regis, & Dominum universæ domus ejus: * Exaltavit me, ut salvos faceret multos populos. Alleluia.

ŷ. Venite ad me, & ego dabo vobis omnia bona Aegypti, ut comedatis medullam Terræ. Exaltavi me.

LECTIO III.

Genes. Cap. 41.

ŷ. Ixit quoque Rex ad Joseph: Ego sum Pharao, absque tuo imperio non movebit quisquam manum, aut pedem in omni terra Aegypti. Verititque nomen ejus, & vocavit eum lingua Aegyptiaca

Salvátorem mundi. Deditque illi uxorem Aseneth filiam Putiphar Sacerdotis Heliopoleos. Egressus est itaque Joseph ad terram Aegypti (triginta autem annorum erat, quando stetit in conspectu regis Pharaonis) & circumivit omnes Fertilitas septem annorum: & in manipulos redactæ segetes congregatæ sunt in horrea Aegypti. Omnis etiam frugum abundantia in singulis urbibus condita est: Tantaque fuit abundantia tritici, ut arena maris coarquaretur, & copia mensuram excederet.

Tu autem, &c.

⁂. Jam letus moriar, quia vidi faciem tuam, & supersititem te relinquo. Non sum fraudatus aspectu tuo: * Insuper ostendit mihi Dominus semen tuam. Alleluia.

ŷ. Qui pascit me ab adolescentia mea, benedicat pueris istis, & invocetur super eos nomen meum. Insuper. Gloria Patri. Insuper.

IN II. NOCTURNO.

Añā. Angelus Domini apparuit in somnis Joseph, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & vade in terram Israël: defuncti sunt enim,

qui

qui quærebant animam pueri.
Alleluia.

*Psalm. secundi Nocturni de
Communi Confessoris, non Pon-
tificis.*

ÿ. Respice de caelo, & vi-
de, & visita vineam istam.
Alleluia.

ÿ. Et perice eam. Allel.
Sermo S. Bernardini Senensis.
Sermo 1. de S. Joseph.

LECTIO IV.

Conium singularium gra-
tiarum alicui rationabili
creatura communicatarum ge-
neralis regula est; quod quan-
decumque divina gratia eligit
aliquem ad aliquam gratiam
singularem, seu ad aliquem su-
plimen statum; omnia charis-
mata donat, que illi personæ
sic electæ, & ejus officio neces-
saria sunt, atque illam copiose
decorant. Quod maxime veri-
ficatum est in sancto Joseph,
putativo Patre Domini nostri
Jesu Christi, & verò Sponso
Reginæ mundi, & Dominiæ
Angelorum, qui ab æterno Pa-
tre electus est fidelis Nutritus,
atque Custos principalium the-
saurorum suorum, scilicet filii
ejus, & Sponsæ suæ, quod of-
ficium fidelissime prosecutus
est. Cui propterea Dominus
ait: Serve bene, & fidelis in-

tra in gaudium Domini tui.
ÿ. Dedisti mihi protectio-
nem salutis tuæ, & dextera tua
suscepit me: * Protector meus,
& cornu salutis meæ, & sus-
ceptor meus. Alleluia.

ÿ. Ego Protector tuus sum,
& merces tua magna nimis.
Protector.

LECTIO V. Art. 2. c. 3.

Comparas eum ad totam
Ecclesiam Christi, nonnè
iste est homo electus, & spe-
cialis, per quem, & sub quo
Christus est ordinatè, & ho-
nestè introductus in mundum?
Si ergò Virgini Matri tota Ec-
clesia sancta debetrix est, quia
per eam Christum suscipere
digna facta est; sic protectio
post eam huic debet gratiam,
& reverentiam singularem. Ip-
se enim est clavis veteris Testa-
menti, in qua Patriarchalis,
& Prophetalis dignitas pro-
missum consequitur fructum.
Porro hic est solus, qui corpo-
ralitèr possedit, quod eis Divi-
na dignatio repromisit. Merito
igitur figuratur per illum
Patriarcham Joseph, qui po-
pulo frumenta servavit. Sed,
& hic illum Ægyptis panem
corporalis vitæ, sed omnibus
electis panem de caelo, qui ces-

les-

lestem vitam tribuit, cum multa
solertia enutrivit.

ÿ. Statuet filios suos sub
tegmine illius, & sub ramis
ejus morabitur, protegetur sub
tegmine illius à fervore: * Et
in gloria ejus requiescet. Allel.

ÿ. Sperate in eo omnis con-
gregatio populi, effundite cor-
ram illo corda vestra. Et in
gloria ejus.

LECTIO VI.

Profectò dubitandum non
est, quod Christus familia-
ritatem, reverentiam, atque
sublimissimam dignitatem,
quam sibi exhibuit, dum age-
ret in humanis tanquam filius
Patri suo; in Cælis utique non
negavit, quin potius comple-
vit, & consummavit. Undè
non immeritò in verbo pro-
posito à Domino sabinfertur:
Intra in gaudium Domini tui.
Undè licet gaudium æternæ
beatitudinis in cor hominis
iniret; maluit tamen Dominus
ei dicere: intra in gaudium: Ut
mysticè innuatur, quod gau-
dium illud non solum in eo sit
intra, sed undique illum cir-
cumdans, & absorbens & ip-
sum velut abyssus infinita sub-
mergens. Memento igitur nos-
tri beate Joseph, & tuæ ora-
tionis suffragio apud tuum po-

tativum Filium intercede;
sed & Beatissimam Virginem
sponsam toam nobis propitiom
redde, quæ Mater est ejus, qui
cum Patre, & Spiritu Sancto
vivit, & regnat per infinita sæ-
cula sæculorum. Amen.

Tu autem Domine.

ÿ. Si consistant adversum
me castra; non timebit cor
meum: * Si exurgat adversum
me prælum, in hoc ego spe-
rabo. Alleluia.

ÿ. In te cantatio mea sem-
per, quoniam tu adjutor fortis.
Si exurgat. Gloria Patri. Si
exurgat.

IN III. NOCTURNO.

Añ. Consurgens Joseph
accepit Puerum, & Matrem
ejus & venit in terram Israël
& habitavit in Civitate, quæ
vocatur Nazareth. Alleluia.

*Psalm. ut in Communi Con-
fessoris, non Pontificis.*

ÿ. Invocavi Dominum Pa-
trem Domini mei. Alleluia.

ÿ. Ut non derelinquat
me in die tribulationis. Alle-
luia.

Lectio Sancti Evangelii secun-
dum Lucam. Cap. 3.

LECTIO VII.

In illo tempore: Factum est
autem cum baptizaretur
omnis populus, & Jesu bapti-

o

24-

zato, & orante, apertum est
coelum. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini
Episcopi.

Lib. 2. de Consens. Evang.

Manifestum est illud, quod
ait, ut putabatur filius
Joseph: propter illos dixisse,
qui eum ex Joseph, sicut alii
homines nascuntur, natum ar-
bitrantur. Quos autem movet,
quod alios Progenitores Mat-
thæus enumerat, descendens à
David usque ad Joseph; alios
autem Lucas ascendens à Jo-
seph usque ad David: faciliè
est, ut advertant, duos Patres
habere potuisse Joseph; unum
à quo genitus, alterum à quo
fuerit adoptatus. Antiqua est
enim consuetudo adoptandi
etiam in illo populo Dei, ut
sibi filios facerent, quos non
ipsi genuissent. Unde intelli-
gitur Lucas Patrem Joseph,
non à quo genitus, sed à quo
fuerat adoptatus, suscepisse in
Evangelio suo, cuius progeni-
tores sursum versus commemo-
rat, donec exiret ad David.

Tu autem Domine.

¶ Joseph filii David, noli
timere accipere Mariam, conjugem tuam, quod enim in ea
natum est, de Spiritu Sancto
est; pariet autem filium: * Et

vocabis nomen eius Jesum.
Alleluia.
¶ Ipse enim salvum faciet
populum suum à peccatis eo-
rum. Et vocabis.

LECTIO VIII.

CUM enim necesse sit, utro-
que Evangelista vera
narrante, & Matthæo scilicet,
& Luca, ut unus eorum ejus
generat; alter ejus, qui adop-
taverat Joseph. Quem proba-
bilis intelligimus, adoptantis
originem tenuisse, quam eum,
qui noluit Joseph genitum di-
cere ab illo cujus eum filium
esse narrabat? Matthæus autem
dicens: Abraham genuit Isaac.
Isaac genuit Jacob; atque ita
in hoc verbo, quod est, genuit
perseverans, donec in ultimo
diceret: Jacob autem genuit
Joseph; satis expressit, ad eum
Patrem se perduxisse originem
generantium, à quo Joseph
non adoptatus, sed genitus
erat. Quamquam si etiam Lu-
cas genitum diceret Joseph ab
Heli, nec sic nos hoc verbum
perturbare deberet, ut aliud
crederemus, quam ab uno
Evangelista gignentem, ab al-
tero adoptantem Patrem fuisse
commemoratum. Neque enim
absurdè quisque dicitur non
car-

carne, sed charitate genuisse,
quem filium sibi adoptaverit.
At verò etiam nos, quibus de-
dit Deus potestatem filios ejus
ferri; de natura, atque subst-
tantia sua non nos genuit, si-
cut unicum Filium; sed utique
dilectione adoptavit. Tu au-
tem Domine.

¶ Surge, & accipe Pue-
rum, & Matrem ejus, & fuge
in Ægyptum: * Et esto ibi,
usque dum dicam tibi. Allel.

¶ Ut adimpletetur quod
dictum est à Domino per Pro-
phetam dicentem: Ex Ægypto
vocavi Filium meum. Et esto.
Gloria Patri. Et esto.

Nona Lectio dicitur de Ho-
milia Dominica tertia.

AD LAUDES, ET PER HORAS.

Antiphona.

¶ Jacob autem genuit Joseph
virum Mariæ, de qua natus
est Jesus, qui vocatur Christus.
Alleluia.

Psalm. Dominus regnavit,
cum reliquis de Dominica.

¶ Añ. Missus est Angelus
Gabriel à Deo in Civitatem
Galilee, cui nomen Nazareth,
ad Virginem desponsatam vi-
ro, cui nomen erat Joseph.
Alleluia.

¶ Añ. Ascendit autem Jo-
seph à Galilæa de Civitate

Nazareth in Judæam, Civita-
tem David, que vocatur Be-
thlehem. Alleluia.

¶ Añ. Et venerunt festinan-
tès, & invenerunt Mariam, &
Joseph, & infantem positum
in præsepio. Alleluia.

¶ Añ. Et ipse Jesus erat in-
cipiens quasi annorum trigin-
ta, ut putabatur filius Joseph.
Alleluia.

Capitulum.

Benedictiones Patris tui
confortatae sunt benedic-
tionibus Patrum ejus, donec ve-
niret desiderium collium ater-
norum: fiant in capite Joseph,
& in vertice Nazarei inter
fratres suos.

HYMNUS.

Cœlitum Joseph decus,
atque nostra
Certa spes vitæ, columenque
mundi,
Quas tibi lati canimus, be-
nignus
Suscipe laudes.

Te Sator rerum statuit pu-
dicæ
Virginis sponsum, voluitque
Verbi
Te patrem dici, dedit & mi-
nistrum

Esse salutis,
Tu Redemptorem stabulo ja-
centem,

Quem

Quem chorus Vatum cecinit
futurum,
Aspicis gaudens, humilisque
natum

Numen adoras.
Rex Deus regum, Dominator
orbis,
Cuius ad natum tremuit inferorum

Turba, cui pronus famulatur
aether,
Se tibi subdit.

Laus sit excelsæ Triadi pe-
rennis,
Quæ tibi præbens superos hono-
res,

Det tuis nobis meritis beata
Gaudia vitæ. Amen.

¶ Dedisti mihi protectio-
nem salutis tuæ. Alleluia.

¶ Et dextera tua suscepit
me. Alleluia.

AD BENEDICIUS.

Añ. Joseph fili David, no-
li timere, accipere Mariam
conjugem tuam, quod enim in
ea natum est, de Spiritu Sancto
est. Alleluia.

ORATIO.

DEUS, qui ineffabili pro-
videntia, Beatum Joseph,
Sanctissimæ Genitricis tuæ
Sponsum eligere dignatus es:
præsta quæsumus; ut quem
Protectorem veneramus in ter-
ris, intercessorem habere me-

reamur in cœlis. Qui vivis,
&c.

Et sit Commemoratio Do-
minicæ.

AD TERTIAM.

Añ. Missus est Angelus.
Capitulum. Benedictiones
Patris tui, &c.

¶. *brev.* Constituit eum
Dominum domus suæ: * Alle-
luia, alleluia. Constituit eum
Dominum.

¶. Et principem omnis pos-
sessionis suæ. Alleluia, alle-
luia. Gloria Patri. Constituit
eum.

¶. Confitebor nomini tuo.
Alleluia.

¶. Quoniam adjutor, &
Protector factus es mihi. Alle-
luia.

AD SEXTAM.

Añ. Ascendit autem.
Capitulum. Genes. 49.

DEUS Patris tui erit adju-
tor tuus, & omnipotens
benedicet tibi benedictionibus
cœli desuper.

¶. *brev.* Confitebor nomi-
ni tuo: * Alleluia, alleluia.
Confitebor.

¶. Quoniam Adjutor, &
Protector factus es mihi. Alle-
luia, alleluia. Gloria Patri.
Confitebor.

¶. Justus germinabit sicut
lilium. Alleluia.

¶.

¶. Et florebit in æternum
ante Dominum. Alleluia.

AD NONAM.

Añ. Et ipse Jesus.

Capitulum. Genes. 49.

¶ Illius accrescens Joseph, si-
lius accrescens & decorus
aspectu: filiae discusserunt su-
per murum.

¶. *brev.* Justus germinabit
sicut lilium: * Alleluia, alle-
luia. Justus germinabit.

¶. Et florebit in æternum
ante Dominum. Alleluia, alle-
luia. Gloria Patri. Justus.

¶. Plantatus in domo Do-
mini. Alleluia.

¶. In atrii domus Dei nos-
tri. Alleluia.

In secundis Vesperis, omnia
ut in primis.

¶. Sub umbra illius, quem
desideraveram sedi. Alleluia.

¶. Et fructus ejus dulcis
gutturii meo. Alleluia.

AD MAGNIFICAT. Añ.

Fili, quid fecisti nobis sic? Ec-
ce Pater tuus, & ego dolentes
quærebamus te. Alleluia.

Oratio ut supra.

DIE XXII. MAII.

Vel alia die non impedita.

In Fests. S. Indaletii Episcopi,
& Martyris.

Duplex.

Omnia de Communi unius

Martyris Pontif. primo loco,
præter ea, quæ hic sequuntur.

ORATIO.

DEUS, qui nobis, ad primi-
tias fidei propagandas,
Beatum Indaletium Martyrem
tuum, atque Pontificem tribue-
re dignatus es; da quæsumus,
ut quem festivo veneramus
obsequio, ejus intercedentibus
meritis, æterna gaudia conse-
quamur. Per Dominum, &c.

Lectiones primi Nocturni de
Scriptura occurrente.

IN H. NOCTURNO.

LECTIO IV.

¶ Ndaletius, cujus illustre no-
men variis Ecclesiæ fastis
reperitur inscriptum, unus fuit
de septem præcipuis Sancti Jacobi
Apostoli discipulis, qui à
Beato Petro Episcopi postmo-
dum ordinati & in Hispaniam
ad seminandum Dei verbum
directi primas ibidem Episco-
pales Sedes fundaverunt: & ergo
una cum Sociis, Torquato, Ctesiphonte,
Secundo, Cocillio,
Hesycho, & Euphrasio libe-
rissimum opus convertendi
ad Fidem Gentes, veterum er-
rorum alioqui tenacissimas,
alacri, gaudentique animo sus-
cepit: quas ille fidenter spera-
bant à jugo diaboli, Divina
virtute, solvendas, quantum

va-

validius Ethnicae superstitionis nexibus ligabantur. Inclyti ergo Christi Athletae, cum post magna, & ardua itinera Accim superioris Boeticae Urbem pervenissent, vires aliquantum, prope ipsam refecturi, quiescebant, quo nimirum die Paganorum multitudo illis, qui putantur Dii, & non sunt, sacrilegum solemnem pompam festum celebrabat. Cum autem aliquos ex discipulis ad emendandos cibos in Urbem misissent, Barbara gens, diabolico furore acta, irruit in Servos Dei, quos fugae se committentes, usque ad amnem non longe fluentem persecuta est.

2. Lux perpetua lucebit sanctis tui Domine, &c.

LECTIO V.

Pons super flumen, erat mirae magnitudinis, ac tantae firmitatis, ut nulli avo casurus videretur; quem cum Sancti Antistites essent ingressi, numerosa persecutorum turma, saxum in ipsos impetum faciens, ascendebat. Sed ecce repente Divinae virtutis auxilium! Stacim enim ac Sancti Viri transierunt, ingens illa, & elata moles cum furentium hominum multitudine, horribili strepitu, in profluentem cor-

ruit. Cateri vero tanti miraculi evidentia territi, in se ipsos reverti coeperunt; ac furore in reverentia converso, ad Servos Dei accurrentes, ut apud ipsos manerent, invitabant; quo in officio pietatis ceteris praefulsit Matriona de ordine Senatorio, Luparia nomine, quae inspirante Deo, sacros Antistites benignè excepit, ab ipsisque Fide instructa, & baptizata, ædiculam pro Sacris Christianorum extruxit; atque copiosam segetem inde in horrea Domini invhentes, Torquatumque ibi primum loci Episcopum relinquentes, ceteri ad opus Apostolici ministerii alibi exercendum progressi sunt.

3. In servis suis. Alleluia, &c.

LECTIO VI.

Indaletius autem Urcum firmitam, & olim magnitudine celebrem Civitatem erudiendam suscepit, ibique Sedem figens, innumeros filios, vitae sanctitate, & verbi virtute, Christo per Evangelium genuit. Ex quo mirè per totam regionem Religio Christiana, ejectis gentium idolis, propagata est. Ipse autem multis conlectus ærumnis, ac immensis superatis laboribus pro confes-

sio-

DIE XXIII. MAII.

In Festo Apparitionis Sancti Jacobi Apostoli.

Duplex.

AD VESPERAS.

Añs. Accessit ad Jesum mater filiorum Zebedæi, cum reliquis de Laudibus.

Psalm. Dixit Dominus Domino meo, cum reliquis de Dominica, & loco ult. *Psalm.* Laudate Dominum omnes Gentes.

Capitul. 1. Corinth. 4.

Fratres, puto quod Deus nos Apostolos novissimos ostendit, tamquam morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus.

HYMNUS.

Defensor alme Hispaniae Jacobe, vindex hostium, Tonitruum, quem filium, Dei vocavit Filius. Huc caeli ab altis sedibus Converte dexter lumina, Audique læti debitas Grates, tibi qua solvimus, Grates refert Hispania, Felix tuo quæ nomine, Ductaque perstat libera, Viratque Genitis dedecus. Tu cum jaceret barbaris Cedens, & impar hostibus, Praesens inexpugnabile Robur dabas Ramirio.

P

Tu,

Tu, bella cum nos cingerent,
Es visus ipso in pralio,
Equoque, & ense accerrimus,
Mauros furentes sternere.

Per te redempta Virgines

Laudis rependunt cantica,
Nosque à tributo liberi
Hymini tributum pendimus.

Deo Patri sit gloria,

Et Filio, qui à mortuis

Surrexit, ac Paraclito,

Et nunc, & omne in sæcu-
lum. Amen.

Y. Constitues eos principes
super omnem terram. Alleluia.

R. Memores erant nominis
tui Domine. Alleluia.

AD MAGNIFICAT.

Añã. Visitavit nos per
sanctum suum Apostolum, &
fecit salutem de inimicis nos-
tris, Dominus Deus noster.
Alleluia.

ORATIO.

DEUS, qui Hispaniarum
Gentem Beato Jacobo
Apostolo tuo protegendam
misericorditer tribuisti, & per
eum ab imminente exitio mi-
rabiliè liberasti: concede
quæsumus ut eodem protegen-
te, pace perfuturam æterna.
Per Dominum.

AD MATUTINUM.

INVITATORIUM.

Christum Regem triumphan-

tem in terris. * Venite adore-
mus. Alleluia.

Psalmus. Venite exulte-
mus, &c.

HYMNUS.

Y. Acobum celebret fortis Ibe-
ria;

Jacobum meritis tollat ho-
noribus.

Per quem, barbarici nescia
foederis,

Victrix imperat hostibus.

Veftigal trucibus pendere fle-
bile

Urgetur Dominis imperio-
sius;

Centenasque, Lupis sponte
rapacibus.

Lectas sistere Virgines.

Aversata nefas, arma ferocior

Poscit: mox Arabem, fida
Ramirio,

It contra: numero sed nimis
impari

Virtus cedere cogitur.

Quid sperare datur? Promicat
æthere

Proles horribili clara toni-
trui,

Lunatasque acies, agmina
barbara

Sacro lumine disjicit.

Ardens in medios fertur aci-
naces;

Instatque attonitis; undique
pavidos

Mau-

Maurorum cuneos rumpit,
& integra

Victor proterit agmina.

Esto exercituum non supera-
bili

Ductori, ac Domino jugis
honor Patri,

Cum Prole Unigena, Almo-
que Pheumate.

Per labentia sæcula. Amen.

Antiphona, Psalmi. Vers.
primi, secundi, & tertii Nocturni de Communi Apostolorum
tempore Paschali.

IN I. NOCTURNO.

De Libro secundo Machabæo-
rum. Cap. 11.

LECTIO I.

Yusias, Procurator Regis &
propinquus, ac negotio-
rum præpositus; graviter fe-
rens de his, quæ acciderant,
congregatis octoginta milli-
bus, & equitatu universo, ve-
niebat adversus Judæos, exis-
timans se civitatem quidem
captam Gentibus habitaculum
facturum, Templum verò in
pecunie questum, sicut cætera
delubra Gentium, habitatu-
rum, & per singulos annos ve-
nale sacerdotium: nusquam
recogitans Dei potestatem, sed
mente effrenatus, in multitu-
dine peditum, & in millibus
equitum, & in octoginta ele-

phantis confidebat. Ingressus
autem Judæam, & appropians
Bethsura, quæ erat in angus-
to loco, ab Jerosolyma inter-
vallo quinque stadiorum, illud
præsidium expugnabat. Tu au-
tem, &c.

y. i. Procedens Jesus juxta
mare Galilee, vidit duos fra-
tres, Jacobum Zebedæi, &
Joannem fratrem ejus, in navi,
* Et vocavit eos: qui statim
relictis retibus, & patre, secuti
sunt Dominum. Alleluia.

y. Erant Jacobus, & Joan-
nes fratres in navi cum Zebe-
dæo patre eorum, rescientes
retia sua. Et vocavit.

LECTIO II.

JUXTA autem Machabæus, &
qui cum eo erant, cog-
verunt expugnari præsidia,
cum flectu, & lacrymis roga-
bant Dominum, & omnis tur-
ba simul, ut bonum Angelum
mitteret ad salutem Israël. Et
ipse primus Machabæus, sump-
tis armis, ceteros adhortatus
est simul secum periculum su-
bire, & ferre auxilium fra-
tribus suis. Cùmque pariter
prompto animo procederent,
Jerosolymis apparuit præce-
dens eos eques in veste candi-
da, armis aureis hastam vi-
brans. Tunc omnes simul be-

P 2

ne.

nedixerunt misericordem Dominum, & convaluerunt animis: non solum homines, sed & bestias ferocissimas, & muros ferreos parati penetrare. Tu autem, &c.

¶ ii. Vocavit ad se Dominus Jacobum Zebedæi, & Joannem fratrem Jacobi, & fecit, ut essent secum inter duodecim, & ut mitteret eos prædicare: * Et imposuit eis nomina, Boanerges, quod est, filii tonitruum. Alleluia.

¶ y. In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Et imposuit.

LECTIO III.

¶ Bant igitur prompti, de cœlo habentes adiutorem, & miserantem super eos Dominum. Leonum autem more irruentes in hostes, prostraverunt ex eis undecim millia pedum, & equitum mille sexcentos: universos autem in fugam verterunt, plures autem ex eis vulnerati nudi evaserunt. Sed & ipse Lysias turpiter fugiens evasit. Et quia non insensatus erat, secum ipse reputans, factam erga se diminutionem, & intelligens invictos esse Hebræos, omnipotentis Dei auxilio innitentes,

missit ad eos: promisit quæ iuxta sunt, & Regem compulsum amicum fieri. Annuit autem Machabæus precibus Lyciæ, in omnibus utilitati consulens. Tu autem, &c.

¶ iii. Cum venisset Jesus in domum principis synagoga, * Non permisit intrare secum quemquam, nisi Petrum, & Jacobum, & Joannem, & patrem, & matrem puellæ. Alleluia.

¶ y. Et dixit: Nolite flere; non est mortua puella, sed dormit. Gloria Patri. Non.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

¶ Nier innumera, eaque maxima beneficia, quæ Beato Jacobo Apostolo, ac Tutelari suo munificentissimo accepta refert Hispania, illud in primis memorandum, & aeterna grati animi significacione recolendum est, quod ad Clavigium, Rivogię montem, olim obtinuit. Cum enim Saraceni, Hispaniæ latissimè dominantes, centum nobiles puellas à Christianis exigere consuevisent, easque Abderramanus, potentissimus ipsorum Rex, tributi nomine, representari sibi minaci legatione flagita-

ret:

LECTIO V.

ret: Ramirus, qui Legionis Regnum nupèr adjerat, ad efronem Mauri postulantis audaciam totus inhorruit: certusque extrema quæque experi-ri potius, quàm tantum Christianæ Fidei probum, tantam nemini hispano labem aspergere; aut pati, ut Christianæ Virgines Mauris, id est, Margaritæ porcis, innocentes Agnæ voracibus lupis traderentur, ex tota Ditione, quotquot erant armis idonei ad signa vocavit; coactoque exercitu, quem Præsules, Sacerdotes, alijque Viri sacri, ut in communi discrimine, spontè sequebantur, in Maurorum fines ultrò animosus irrupit. Abderramanus contra potentia tumidus, repulsa ferox & Ramiri provocacione ferocior, audis novo delectu veteranis copiis, Africa etiam in auxilium evocata, impigrè Christianis occurrit. Tu autem &c.

¶ iv. Assumpsit Jesus Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem ejus, & duxit illos in montem excelsum seorsum: * Et transfiguratus est ante eos. Alleluia.

¶ y. Et ecce apparuerunt illis Moyses, & Elias cum eo loquentes. Et transfiguratus,

AD Alveldam, Rivogię Oppidum collatis sigais, totis utrinque viribus, & tanta contentione depugnatum est; ut atrox, cruentaque dimicatio diem extraxerit, ancipiti semper, & pendente victoria: donec ea sub noctem in Mauros jam inclinante, Ramirus fatigatus, & promptissimorum necè imminutas Copias in proximum Collem, cui Clavigio nomen est, opportunè subduxit. Loco pro tempore munito, & vulneratis cura adhibita, in suprema rerum desperatione, ludique, omnes, ut fit, in vota, & preces effusi. Regem moerore confectum, & de suorum salute sollicitum, anxiumque somnus oppressit. Dormienti objecta est species viri augustior, quam pro humano habitu; & sciscitanti quisnam esset? Sum, inquit, Jacobus Apostolus, cui à Domino Hispaniæ tutela commissæ est. Ne time: manè adero, & me duce, de circumfusa Saracenorum multitudine illustrem victoriam reportabis. Rex ad has voces evigilans, & Nuntio lectus, Præsules, Magnates, Duces ad se vocat, & de re tota edocet, ac cœlestibus promissis

ani.

animatos, Militum etiam animos erigere, Manipulos ordinare, aciemque instruere jubet. Tu autem Domine.

ꝯ. v. Potestis bibere calicem, quem ego bibo? Aut baptismum, quo ego baptizor, baptizari? Dicit Jesus Jacobo, & Joanni filiis Zebedæi: * At illi dixerunt ei, Possumus. Alleluia.

ꝯ. Calicem quidem, quem ego bibo, bibetis, & baptismum, quo ego baptizor, baptizabimini. At illi.

LECTIO VI.

TUM, signo dato, Hispani e vertice montis, velut impavidi Leones, aut Ursi præcipites ruunt, irrumpunt: in Mauros, mira celeritate, magnique vocibus Sanctum Jacobum ingeminantes. Apostolos, uti erat pollicitus, equo insidens candidissimo, niveum vexillum præferens, gladioque fulmineo mitax, Hispanos suos anteire, atque in hostem ducere visus est, equoque, & ense acerrimus Mauros ferentes sternere, ac proculcare, potè sequentibus Hispanis, & per attonitas jam phalanges terrorem, & stragem late spargentibus. Deinde afflicta, ac læcæ illæ Hispanorum reli-

quæ, cæsis septuaginta circiter Saracenorum millibus, reliquis profligatis, jugo Mauricæ servitutis excusso, & turpissimo vestigali prorsus abolito, de hoste superbissimo, & paulò ante victore, gloriosè pariter, ac miraculosè triumpharunt. Rex, Præsules, Magnates, Duces, victorque exercitus, secundum gratias Deo actas, universam Hispaniam Beato Jacobo vestigalem fecere certæ mensuræ frumenti, viniq; pro singulis terræ jugeris, primitiarum more, ex voto pendenda. De quo extat luculentum Ramiri Regis Diploma, aliorumque etiam Regum Diplomatis insertum, confirmatumque. Romanorum Pontificum Decretis robatum, & perpetua ad hodiernam diem observantia ratum, ac firmum. Porò victoriam adeo mirabilem, & Hispaniæ salutarem, Deo, ac Beato Jacobo Patrono suo, adscribendam Hispania ipsa anniversaria gratitudine, ac celebritate præfatur.

Tu autem, &c.

ꝯ. vi. Assumpsit Jesus Petrum, & Jacobum, & Joannem secum, & cœpit parvè, & tedere, * Et ait illis: Tristis est anima

mea usque ad mortem. Alleluia.

ꝯ. Sustinete hic, & vigilate mecum. Et ait. Gloria Patri. Et ait.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO Sancti Evangelii secundum Mattheum. Cap. 20.

LECTIO VII.

IN illo tempore: Accessit ad Jesum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans, & petens aliquid ab eo. Et requiæ.

Homilia Venerabilis Bedæ Presbyteri.

CRedendum est, quod illi maxime causa, vel muliebrem matris affectum, vel carnales adhuc discipulorum animos ad hæc postulanda concitaverit: quia meminissent sermonis Domini, cum ait: Cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis, & super sedes duodecim, nossetque se inter discipulos specialius à Domino diligi, se specialius cum Beato Petro consocios sæpè factos arcanorum, quæ ignorarent ceteri, quod si quædam sancti Evangelii textus indicat. Tu autem, &c.

ꝯ. vii. Misit Herodes rex manus, ut amigeret quoddam de Ecclesia: * Occidit autem

Jacobum fratrem Joannis gladio. Alleluia.

ꝯ. Ecce ego mitto ad vos prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occidètis. Occidit autem.

LECTIO VIII.

IN hoc est enim, quòd ipsi quoque quomodo Petro, novum ab illo nomen imponitur: ut sicut ille, qui prius Simon dicebatur, per fortitudinem, ac stabilitatem fidei impugnabilis vocabulum Petri meruit; ita & isti Boanerges, hoc est, filii tonitruum vocarentur: quia videlicet, & vocem patris super Dominum in monte clarificatum unà cum Petro audirent, & plura aliis discipulis mysteriorum secreta cognoscere. Tu autem, &c.

ꝯ. viii. Iste est, qui ante alios Apostolos primus planavit Ecclesiam sanguine suo: * Cujus corpus in Gallaciam delatum, per totum orbem gloria illustratur. Alleluia.

ꝯ. O sidus, o decus Hispaniæ, Sancte Jacobe Apostole, intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit. Cujus. Gloria Patri. Cujus.

LECTIO IX.

QUIA verò idem filii Zebedæi promptum gerebant

bant animum ad bibendum calicem Domini, constat eos cum ceteris Apostolis dignitatem sedium, quam querebant, accepisse; non tamen ea distinctione, quâ petebant, sed ambo prius ad sinistram ejus ad tempus, ambo nunc ad dexteram ejus sedere perpetuo meruerunt. A sinistris quippe Christi sedebant, cum regendis in hac vita fidelium populis Apostolico jure præsiderent, illo nimirum in regno, de quo ipse ait: Regnum Dei intra vos est. Sedent à dextris nunc in illa, quæ mortem necit, vita, iudices mundi cum illo, utramque hanc sedem illis ipso filio cum patre parante.

Te Deum laudamus, &c.
AD LAUDES, ET PER HORAS.
Añã. Accessit ad Jesum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans, & petens aliquid ab eo. Alleluia.

Psalm. Dominus regnavit, cum reliquis de Dominica.

Añã. Dic, ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo. Alleluia.

Añã. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. Alleluia.
Añã. Calicem quidem meum

bibetis: sedere autem ad dexteram meam, & ad sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo. Alleluia.

Añã. Quicumque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister. Alleluia.

Capitul. 1. Corinthã. 4.
Fratres, puto quod Deus nos Apostolos novissimos ostendit, tamquam morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus.

HYMNUS.

Defensor almæ Hispaniæ
Jacobe, vindex hostium,
Tonitrui, quem, filium,
Dei vocavit Filius.

Hinc cœli ab ætatis ætibus
Converte dexter lumina,
Audique læti debitas
Grates, tibi quas solvimus.
Grates refert Hispania,
Felix tuo, que nomine,
Ductuque perstat libera,
Vitatque Gentis dedecus:

Tu cum jaceret barbaris
Cedens, & impar hostibus,
Præsens inexpugnabile
Rotur dabas Ramitio.

Tu, bella cum nos eingerent,
Es visus ipso in prælio,
Equoque, & ense acerrimus,
Mauros furentes sternere,

Per

Per te redemptæ Virgines
Laudis rependant cantica,
Nosque à tributo liberi
Hymni tributum pendimus.

Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paráclito,
Et nunc, & omne in sæculum. Amen.

¶ Annuntiaverunt opera
Dei. Alleluia.
¶ Et facta ejus intellexerunt. Alleluia.

AD BENEDICTUS.
Añã. Mirabilem Sancti Jacobi Apostoli hodie psallentes victoriam, maximo cum gaudio laudemus nomen Domini. Alleluia.

ORATIO.

DEUS, qui Hispaniarum Gentem Beato Jacobo Apostolo tuo protegendam misericorditer tribuisti, & per eum ab imminente exitio mirabiliter liberasti: concede quaesumus, ut eodem protegente, pace perfuamur æterna Per Dominum.

AD TERTIAM.

Añã. Dic, ut sedeant Deus, ut supra.

¶ brev. In omnem terram, exivit sonus eorum. Alleluia.

Ut in Communi Apostolorum extra tempus Pasch.

AD SEXTAM.

Añã. Potestis bibere calicem, &c.

Capitul. 1. Cor. 4.

NOS stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles.

¶ brev. Constitues eos Principes super omnem terram, Alleluia, alleluia, &c. ut in Communi Apostolorum extra tempus Paschal.

AD NONAM.

Añã. Quicumque voluerit. Capitul. 1. Cor. 4.

NAM si decem millia pedagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui.

¶ br. Nimis honorati sunt, amici tui Deus, Alleluia, alleluia, &c. ut in Communi Apostolorum extra tempus Paschal.

AD VESPERAS.

Añã. de Laudibus. Psalmi ut in secundis Vesperis de Communi Apostolorum, Capitul. & Hymni. ut in primis Vesper.

¶ Nimis honorati sunt amici tui Deus. Alleluia.

Q

¶

pe. Nimis confortatus est principatus eorum. Alleluia.

AD MAGNIFICAT. ANA.

O Beatum Apostolum, qui inter primos electus, primus omnium Apostolorum Domini caesem libere meruit! O gloriosum Hispaniæ regnum, tali pignore, ac patrono munitum, per quem fecit illi magna, qui potens est. Alle.

DIE XXV. MAII.

In Festo S. Gregorii VII. Papa, & Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis.

ORATIO.

DEUS, in te sperantium fortitudo, qui Beatum Gregorium Confessorem tuum, atque Pontificem, pro tuenda Ecclesie libertate virtute constantiæ roborasti: da nobis ejus exemplo, & intercessione, omnia adversantia fortiter superare, Per Dominum.

LECTIONES PRIMII NOCTURNI de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Gregorius Papa Septimus antea Hildebrandus Suanæ in Etruria natus, doctrina, sanctitate, omnique virtutum genere cum primis nobilis, mi-

rificè universam Dei illustravit Ecclesiam. Cùm parvulus ad Fabri ligna edolantis pedes, jam literarum inscius, luderet; ex reiectis tamen segmentis illa Davidici elementa oraculi: Dominabitur à mari usque ad mare; casu formase narratur, manum pueri ductante Numine, quo significaretur ejus fore amplissimam in mundo auctoritatem. Romam deinde profectus sub protectione Sancti Petri educatus est. Juvenis Ecclesie libertatem à laicis oppressam, ac depravatos Ecclesiasticorum mores vehementius dolens, in Cluniacensi Monasterio, ubi sub regula Sancti Benedicti austerioris vite observantia eo tempore maxime vigebar, Monachi habitum induens, tanto pietatis ardore Divinæ Majestati deservebat, ut à Sanctis ejusdem Coenobii Patribus Prior sit electus. Sed divina providentia majora de eo disponente in salutem plurimorum Cluniaco eductus Hildebrandus, Abbas primum Monasterii Sancti Pauli extramuros urbis electus, ac postmodum Romanæ Ecclesie Cardinalis creatus, sub Summis Pontificibus, Leone Nono, Victore Secundo,

do, Stephano Nono, Nicolao Secundo, & Alexandro Secundo præcipuis muneribus, & legationibus perfundus est, sanctissimi, & purissimi consilii vir à Beato Petro Damiani nuncupatus. A Victore Papæ Secundo, Legatus à Latere in Galliam missus, Lugduni Episcopum Simoniaca labe infectum ad sui criminis confessionem miraculo adegit. Berengarium in Concilio Turonensi ad iteratam hæresis adjurationem compulsi. Cadolai quoque schisma sua virtute compressit.

¶ Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus enim mea auxiliabitur ei.

¶ Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

LECTIO V.

Mortuo Alexandro Secundo, invitus, & moerens unanimi omnium consensu, decimo Kalendis Maii, anno Christi mellissimo septuagesimo tertio, Summus Pontifex electus, sicut sol effulsit in domo Dei: nam potens opere, & sermone, Ecclesiasticæ disciplinæ reparandæ, Fidei propagandæ, libertati Ecclesie res-

tituendæ, extirpandis erroribus, & corruptelis tanto studio incubuit, ut ex Apostolorum ætate nullius Pontificum fuisse tradatur, qui majores pro Ecclesia Dei labores, molestiasque pertulerit, aut qui pro ejus libertate acerris pugnaverit. Aliquot Provincias à Simoniaca labe expurgavit. Contra Henrici Imperatoris impios conatus fortis per omnina athleta impavidus permansit, seque pro muro domus Israel ponere non timuit, ac eundem Henricum in profundum malorum prolapsam Fidelium communionem, regnoque privavit, atque subditos populos fide ei data, liberavit.

¶ Posui adjutorium, &c.

LECTIO VI.

DUM Missarum solemniter perageret, visa est viris piis Columba è caelo delapsa humero ejus dextro incidens alis extensis caput ejus velare, quo significatum est, Spiritus Sancti afflato, non humanæ prudentiæ rationibus ipsam duci in Ecclesie regimine. Cùm ab iniqui Henrici exercitu Romæ gravi obsidione premeretur, excitatum ab hostiliter reparandæ, Fidei disciplinæ reparandæ, Fidei propagandæ, libertati Ecclesie res-

dem à Roberto Guiscardo Duce Northmanno ereptus, Cassinum se contulit, atque inde Salernum ad dedicandam Ecclesiam Sancti Matthæi Apostoli contendit. Cum aliquando in ea civitate sermonem habuisset ad populum, ærumnis confectus in morbum incidit, quo se interitum præcivit. Postrema morientis Gregorii verba fuere. Dilexi iustitiam, & odivi iniquitatem, propterea morior in exilio. Innumerabilia sunt, que vel fortiter sustinuit; vel multis coactis in urbe synodis sapienter constituit; vir verè sanctus, criminum vindex, & acerrimus Ecclesiæ defensor. Exactis itaque in Pontificatu annis duodecim, migravit in cœlum, anno salutis millesimo octogesimo quinto, pluribus in vita & post mortem miraculis clarus, ejusque sacrum corpus in Cathedrali Basilica Salernitana est honorificè conditum.

W. Iste est, qui ante Deum, &c.

In tertio Nocturno Homilia in Evangelium: Vigilate, de Communi Confess. Pontif.

Lectio nona de S. Urbano. Missa: Statuit, cum Evangelio: Vigilate.

DIE XXVI. MAII.

In Fæsto Sancti Philippi Neri Confessoris.

Fundatoris Congreg. Oratorii. Duplex secunde clas. AD VESPERAS.

Antiphona.

DE excelso misit ignem in ossibus meis, & erudit me. Cum reliquis de Laudibus.

Psalm. Dixit Dominus. Cum reliquis de Dominica. & loco ultimi Psalmi. Laudate Dominum omnes Gentes.

Capitul. Rom. c. 5.

CHARITAS Dei diffusa est in cordibus nostris per inhabitantem Spiritum epus in nobis.

W. Deo gratias.

HYMNUS.

PANGAMUS Nerio debita cantica,

Quem supra nitidi sidera verticis

Virtus, & meritum sustulit inclytum

Capturum pia gaudia.

Hic uri subitis dum videt ignibus

Ædes, quas habitat, sletibus abstinet,

Flammas cum penitus quiverit horridas

Paucis vincere lacrimis.

Obla-

Oblatum patrum munus, & aureos

Nunimos magnanimus calcat, & impiger

Romam digreditur, quam magis omnibus

Illustrem facit Urbibus.

Noctes sub specubus, corpora Martyrum

Quas implent, vigilat, sedulus integras;

Ex ipsis satagens discere mortuis

Normam, qua bene viveret. Alma sit Triadi gloria per-

petim

Quam Cœlum, barathrum, Terraque suscipit;

Que nobis Nerii det prece jugia

Dulcis gaudia Patriæ. Amen.

Y. Deus virtutum respice de Cœlo, & visita vineam istam.

W. Et perface eam, quam plantavit dextera tua.

AD MAGNIFICAT.

ANNA. Domus mea, domus orationis vocabitur: dicit Dominus.

ORATIO.

DEUS, qui Beatum Philippum Confessorem tuum

Sanctorum tuorum gloria sublimasti: concede propitiis, ut

cujus solemnitate latamur, ejus

virtutum proficiamus exemplo. Per Dominum nostrum

Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, &c.

AD MATUTINUM.

INVITATORIUM.

Venite, adoremus Regem Regum * qui in Domum orationis nos congregavit.

Psalm. Venite exultemus.

HYMNUS.

NOCTU dum Nerius fercula pauperi

Gestans præcipit, penniger Angelus

Tento significat; qualiter excidat

Nunquam fervida charitas.

Orantis penetrans cordis in intimum,

Laxavit spatium Spiritus impete

De Cœlo veniens esset ut Hospiti

Immense locus amplior. Ponti de medio gurgite nau-

fragum

Tracturus vetulum, sub pede vortices

Duravit fluidos, & propè turbidum

Convertit mare in aridam. Tractans exanimis membra

puelluli,

In lucem revocat, mox subbet errori;

Donatus Domini munere
clavibus
Vitæ, mortis, & inferi.
Almæ sit Triadi gloria per-
petim,
Quam Coelum, barathrum,
Terraque suscipit;
Quæ nobis Nerii det prece
jugia
Dulcis gaudia Patriæ. Amen.
Omnes Psalmi de Comuni
Confessoris non Pontificis.

Añs. Quid mihi est in Cœ-
lo, & à te quid volui super
terram, Deus meus?

Añs. Ut facerem volunta-
tem tuam, Deus meus, volui;
& legem tuam in medio cor-
dis mei.

Añs. Mandata tua, Domine,
desiderabam: meditatio cordis
mei in conspectu tuo semper.

IN I. NOCTURNO.

LECTIO I. Cap. 51.

De Lib. Ecclesiastici.

Laudabo nomen tuum as-
siduè, & collaudabo illud
in confessione, & exaulta est
oratio mea. Et liberasti me de
perditione, & eripuisti me
de tempore iniquo. Propter
confitebor, & laudem dicam
tibi, & benedicam nomini Do-
mini. Cum adhuc junior es-
sem, priusquam oberrarem,
quasiivi sapientiam palam in

oratione mea. Ante templum
postulabam pro illa, & usque
in novissimis inquiram eam.
Et effloruit tanquam præcox
uva; letatum est cor meum in
ea. Ambulavit pes meus iter
rectum; à iuventute mea in-
vestigabam eam. Inclinavi mo-
dicè aurem meam, & excepi
illam. Multam inveni in me
ipso sapientiam, & multum
profeci in ea.

¶ Repletus Spiritu Sancto
Beatus Philippus ascensionis
disposuit in corde suo; *¶* Et
totis visceribus diligebat Do-
minum.

¶ Dedit ei Spiritus Domi-
ni sapientiam, & prudentiam
multam nimis, & latitudinem
cordis. Et totis.

LECTIO II.

Danti mihi sapientiam da-
bo gloriam; consiliatus
sum enim ut facerem illam:
Zelatus sum bonum, & non
confundar. Colluctata est ani-
ma mea in ista, & in faciendo
eam confirmatus sum. Manus
meas extendi in altum, & in-
sapientiam eius luxi. Animam
meam direxi ad illam, & in
agnitione inveni eam. Possedi
cum ipsa cor ab initio; prop-
ter hoc non derelinquar. Ven-
ter meus conturbatus est que-
ren-

rendo illam; propterea bonam
possidebo possessionem. De-
dit mihi Dominus linguam
mercedem meam; & in ipsa
laudabo eum.

¶ Spiritus Sanctus à thro-
no procedens, illius cor pene-
travit *¶* Novo sanctificationis
signo.

¶ Advenit ignis Divinus
confringens, urens, & illumi-
nans; & tribuit ei charisma-
tum dona: Novo sanctificatio-
nis &c.

LECTIO III.

Appropiate ad me indocti,
& congregate vos in do-
mum disciplinæ. Quid adhuc
rardatis? Et quid dicitis in
his? Animæ vestre sitiunt ve-
hementer. Aperui os meum, &
locutus sum: Comparate vobis
sine argento, & collum vest-
rum subijcite iugo, & susci-
piat anima vestra disciplinam;
in proximo est enim invenire
eam. Videte oculis vestris, quia
modicum laboravi, & inveni
mihi multam requiem. Assu-
mite disciplinam in multo
numero argenti, & copiosum
aurum possidete in ea: Late-
tur anima vestra in misericor-
dia ejus, & confundemini in
laude ipsius. Operamini opus
vestrum ante tempus, & dabit

vobis mercedem vestram in
tempore suo.

¶ Amore vulneratus lan-
guebat jogiter dicens: *¶* Quis
me separabit à Charitate?

¶ Certus sum enim, quia
neque mors, neque vita poterit
me separare à Charitate
Dei, quoniam ipse in me ma-
net, & ego in eo. Quis me se-
parabit. Gloria Patri. Quis me
separabit.

IN II. NOCTURNO.

Añs. Quam dilecta taber-
nacula tua, Domine: concupis-
cit, & deficit anima mea in
atria tua.

Añs. Quemadmodum desi-
derat Cervus ad fontes aqua-
rum, ita desiderat anima mea
ad te, Deus.

Añs. Sitiit anima mea ad
Deum fortem, vivum, quando
veniam, & apparebo ante fa-
ciem Dei?

LECTIO IV.

Philippus Nerius, piis, ho-
nestique parentibus Flo-
rentiæ natus, ab ipsa inuente
ætate non obscura dedit futu-
ræ sanctitatis indicia. Adoles-
cens, ampla patri hereditate
dentiss, Romam se contulit,
ubi Philosophia, ac sacris lit-
teris eruditus, totum se Chris-
to dicavit. Ea fuit abstinencia

ut saepe jejunijs triduum permanserit. Vigiliijs & orationibus intentus septem vrbis Ecclesias frequentèr visitans apud coemeterium Callisti in caelestium rerum contemplatione pernodare consuevit. Sacerdos ex obedientia factus, in animarum salute procuranda totus fuit; & in confessionibus audiendis ad extremum usque diem perseverans, innumeros pene filios Christo peperit: quos verbi Dei quotidiano pabulo, Sacramentorum frequentia, orationis assiduitate, aliisque pijs exercitationibus nutriti cupiens, Oratorii Congregationem instituit.

¶ Oculis, & manibus in Coelum semper intentus * Invidium ab oratione spiritum non relaxabat.

¶ Clamans clamabat ad Dominum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Invidium.

LECTIO V.

Charitate Dei vulneratus languebat jugiter; tantòque cor ejus aestuabat ardore, ut cum intra fines suos contineri non posset, illius sinum, contractis, arque elatis duabus costulis, mirabilièr Dominus ampliaverit. Sacrum verò sa-

ciens, aut ferventiùs orans, in aera quandoque sublatus, mira undique luce fulgere visus fuit. Egenos & pauperes omnicharitatis officio prosequebatur: dignus qui & Angelo in specie pauperis eleemosynam erogaret; & dum egentibus noctu panem deferret, in foveam lapsus, inde pariter ab Angelo incolumis eriperetur. Humilitati addictus, ab honoribus semper abhorruit, atque Ecclesiasticas dignitates etiam primarias, non semel ultrò delatas, constantissimè recusavit.

¶ Obiitum suum longè ante praescivit, dixitque Fratribus: * Cupio dissolvi, & esse cum Christo.

¶ Interiora mea intra me esse buerunt absque ulla re quie. Cupio.

LECTIO VI.

Prophetia dono fuit illis, & in animorum sensibus penetrandis mirificè enisult. Virginitatem perpetuò illibatam servavit: idque assecutus est, ut eos, qui puritatem colerent, ex odore; qui verò secus, ex fetore dignosceret. Absentibus interdum apparuit, iisque periclitantibus opem tulit. Egrotos plurimos, & morti proximos sanati resti-

ti.

tituit. Mortuum quoque ad vitam revocavit. Coelestium spirituum, & ipsius Deiparae Virginis frequentèr fuit apparitione dignatus; ac plurimorum animas splendore circumfusus in Coelum conscendere vidit. Denique anno salutis millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, Octavo Kalendas Junias, in quem diem inciderat festum Corporis Christi, Sacro maxima spiritus exultatione peracto, ceterisque functionibus expletis, post mediam noctem, qui praedixerat hora, octogenarius obdormivit in Domino, Quem Gregorius decimusquintus miraculis clarum in Sanctorum numerum retulit.

¶ Hodie Philippus migravit à Saeculo gemma Sacerdotum * Per quem in Coelo viventem tanta miracula coruscant.

¶ O Virum ineffabilem, nec labore victum, nec morte vincendum. Per quem. Gloria Patri. Per quem.

IN III. NOCTURNO.

¶ *Añã.* Congregate illi Sanctos ejus, qui ordinant testamentum ejus super sacrificia.

¶ *Añã.* Benedictionem dabit Legislator, ibunt de virtute in

virtutem; videbitur Deus deorum in Sion.

¶ *Añã.* Qui habitant in Domino tua, Domine, in saecula saeculorum laudabunt te. Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam.

LECTIO VII.

¶ In illo tempore, dixit Jesus à Discipulis suis: Sint lumbi vestri praescincti, & lucernae ardentes in manibus vestris. Et reliqua.

¶ Homil. S. Ambrosii Episcopi. Lib. 7. in Lucam.

¶ *¶* Eati servi illi, quos cum venerit Dominus invenerit vigilantes. In superioribus vigilare nos voluit, per omnia expectantes momenta Domini Salvatoris adventum; ne dum aliquis remittit, & negligit, & de die in diem opera sua differt, judicii futuri die, vel propria morte praeventus meritum suae commendationis amittat; & illa quidem in omnes praecipit forma generalis. (Quod si dixerit servus ille in corde suo, moram facit Dominus meus venire) Verum series sequentis exempli dispensationibus, hoc est Sacerdotibus, videtur esse proposita, quo sciant sibi gravem in futurum praenam esse subeundam, si saecula-

R

la.

laribus intenti deliciis, familiarium Domini, plebemque commissam sibi gubernare neglexerint. Ille autem servus, qui cognovit voluntatem Domini sui, & non praparavit, & non fecit secundum voluntatem eius vapulabit multis.

¶ Domus mea Domus orationis vocabitur: In ea omnis qui petit accipit, qui quatit invenit, & pulsanti aperietur.

¶ Laticabo eos in Domino orationis: In ea omnis, &c.

LECTIO VIII.

SED quia exiguus est profectus, & parva meritum gratia, supplicii metu ab errore revocari, majorque prerogativa charitatis, & amoris est, Dominus ad promerendum sui gratiam studia nostra acuit, & acquirenda cupiditate divinitatis inflammat dicens: Ignem veni mittere in terram: Non utique illum ignem consumptorem honorum, sed bonae voluntatis auctorem, qui aurea Dominica Domus vasa meliorat, foenum verò consumit, & stipulam, & secularia omnia mundi voluptate concreta; perituraque opus carnis exurit; ille ignis divinus, qui flammigerabat in ossibus Prophetarum, sicut Sanctus dixit:

Quis factus est sicut ignis ardens flammigerans in ossibus meis. Est enim ignis Domini, quo dictum est: Ignis ante cum ardebit.

¶ Obsecro itaque, Filii, orationes fieri, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus: Et diligite decorem domus Dei.

¶ Manete in vocatione: attendite lectioni, & doctrinae; conversationem inter gentes habete bonam: Et diligite decorem. Gloria Patri Et diligite.

LECTIO IX.

SINT autem lumbi vestri praescindi, & lucernae ardentes; & ideo quia nox est dies huius vitae, lucerna est necessaria. Hunc ignem in se etiam Amaon, & Cleophas à Domino missum esse testantur, dicentes: Nonne cor nostrum ardens erat in via, cum aperiret nobis Scripturas? Evidenter itaque docuerunt, qualis istius ignis sit operario, qui secreta cordis illuminat. Et ideo fortasse Dominus in igne venturus est, ut resurrectionis tempore vitia universa consumat, suique conspectu desideria compleat singulorum, mitorumque, & mysteriorum lumen accendat.

Te

Te Deum laudamus.
AD LAUDES, ET PER HORAS.
Antiphona.

DE excelso misit ignem in ossibus meis, & erudit me.

Psalm. Dominus regnavit, Cum reliquis de Laudibus Dominicae.

Añā. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.

Añā. Cor meum, & caro mea exultaverunt in Deum vivum.

Añā. Factus est in corde meo quasi ignis exastuans, & defeci ferre non sustinens.

Añā. Defecit caro mea, & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea Deus in aeternum.

Capitul. Rom. c. 5.

Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per inhabitantem Spiritum eius in nobis.

HYMNUS.

Caelorum Domino dum sacra munera Libabat Nerius, saepius advolans Tellurem rapido corpore descriit, Christo fiat ut obvius. Illi non rutilans purpura Principum

Sacrorum tegumen, non rubra Pilei

Majestas placuit, cui placet unica

Vestis candida Virginum.

Egrotus Mariæ dans pia brachia

Collo Virgineo fertur in aera,

Intro ceu cuperet posse cubiculum

Duci Matris in arduum.

Corpus deseruit cum Deus Hostia

Fertur sub nivea tegmine conditus,

Prudens in Patriam pergere splendido

Nolens absque Viatico.

Almae sit Triadi gloria perpetim

Quam Coelum, barathrum, Terraque suscipit;

Quae nobis Nerii det prece jugia

Dulcis gaudia Patriz.

Amen.

¶ Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris.

¶ Per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.

AD BENEDICTUS.

Añā. Haec est Charitas Dei, ut mandata ejus custodiamus, & mandata ejus gravia non sunt.

R 2

Ora-

ORATIO.

DEUS, qui Beatum Philippum Confessorem tuum Sanctorum tuorum gloria sublimasti: concede propitius, ut cujus solemnitate letamur, ejus virtutum proficiamus exemplo. Per Dominum nostrum.

AD TERTIAM.

Añā. Concaluit cor meum.

Capitul. Rom. 5.

Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per inhabitantem Spiritum ejus in nobis.

sc. br. Nunc manent Fides, Spes, Charitas; * Tria hæc.

y. Major autem horum est Charitas: Tria hæc, Gloria Patri. Nunc manent, &c.

y. Sectamini Charitatem.

y. Aruulamini spiritualia.

AD SEXTAM.

Añā. Cor meum, & caro mea &c.

Capitulum.

QUI viderit Fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo Charitas Dei manet in eo?

y. brev. Filii mei; * Non diligamus verbo, neque lingua.

y. Sed opere, & veritate. Non diligamus verbo. Gloria Patri. Filii, &c.

y. In hoc cognoscimus. *sc.* Quoniam ex veritate sumus.

AD NONAM.

Añā. Defecit caro mea.

Capitulum.

Charitas patiens est, benigna est, non amulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quarit quæ sua sunt, sed quæ Jesu Christi.

y. brev. In hoc scimus, quoniam cognovimus eum, * Si mandata ejus observemus.

y. Qui dicit se nosse eum & mandata ejus non custodit, mendax est. Si mandata. Gloria Patri. In hoc scimus, &c.

y. Qui autem servat verbum ejus.

sc. Verè in hoc Charitas Dei perfecta est.

In secundis Vesperis omnia ut in prim.

y. Memento congregationis tuæ.

y. Quam possedisti ab initio, &c.

AD MAGNIFICAT.

Añā. Venite filii, audite me, timorem Domini docebo vos.

Oratio ut supra.

DIE

DIE XXXI. MAII.

In Feslo S. Prudentii Episcopi, & Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confess.

Pontif. præter ea, quæ hic habentur propria.

ORATIO.

DEUS largitor pacis qui Prudentio Confessori tuo atque Pontifici mirificam dissidentes animos componendi gratiam tribuisti: da quaesumus; ut ejus meritis & intercessione veram cum tua voluntate concordiam jugiter servemus. Per Dominum.

IN I. NOCTURNO.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Prudentius natione Hispanus piis parentibus natus (ut vetustissima Acta tradunt) in Armentia Urbe quondam Provinciae Alabensis, ab ipsa pueritia magna sanctitatis præbuit argumenta; & simplex, rectus, & timens Deum, ætate simul & virtutibus crevit. In prima ipsa juventute, ut animum à mundi illecebris custodiret, in eremum secessit, ubi asperimo vivendi genere corpus in servitutem re-

degit, jugi celestium rerum contemplationi & Sacrarum litteratum studio vacans. Defuncto Satorio, quo usus fuerat eremiticæ vite socio atque magistro, voce divina admonitus, ad Civitatem Calagurritanam profectus est.

sc. Inveni David.

LECTIO V.

EA in Urbe penitentis habitu indutus, in cinere & cilicio, ita insectatus est pravos populorum mores increpando, admonendo, concionando, ut collapsam in illis pietatem in pristinum restituerit, contumelias, injurias, & verbera propter Christum patiens. Ejus sanctitatis bonus odor cum universam illam nationem pervaserit, Prudentius abhorrens celebritatem sui nominis, clam Turiasonem audivit & inter minores ejus Ecclesie Clericos adscitus, tandem delinuit, donec cognita viri sanctimonia atque doctrina, ab illo Episcopo Presbyter ordinatus est, & Archidiaconus deinde constitutus. Quo in munere cum præcliora indies ederet virtutum exempla, concreditum ei fuit regimen vacantis Ecclesie Turiasonensis, atque reluctans & nolens

in

in eius Cathedra omnium votis collocatus est.

¶ Posui adiutorium.

LECTIO VI.

Piscopali auctus dignitate commissum sibi gregem pascens monitis, consiliis, scientia, verbo & exemplo, innumeros peccatores ad viam salutis revocavit. Eximia fuit eius prudentia, mansuetudo & misericordia præsertim in pauperes, erga quos ut largior esset, necessaria sibi detraxit. Peculiari, qua pollebat, gratia dissidentes animos sedavit, Oxoman accitus, ut ea dissidia componeret que inter Clerum & Cives jam diu exarserant, ad pacem & concordiam statim illos adduxit, divinis etiam (ut fertur) accedentibus prodigiis. Ibidem gravi morbo correptus, magnis laboribus exantlatis, qua prædixerat hora obdormivit in Domino, maxima sanctimonie fama & miraculis clarus. Ejus corpus delatum ad montem Laturicum, eo loci publicæ Fidei-um venerationi expositum fuit, in quo nunc ab eius nomine Ecclesia Sancti Prudentii nuncupatur.

¶ Iste est qui ante Deum, &c.

IN III. NOCTURNO.
Homilia S. Gregorii Pap. in Evangel. Homo peregrè. de Communi Confess. Pontific. 1. loc. Missa: Statuit, de eodem Communi.

DIE XXXI. MAII.
Secunda die Infraoctavam B. Ferdinandi.

IN II. NOCTURNO.
Sermo Sancti Joannis Chrysostomi.
Beatii (N.) dies, cuius festivitatem celebramus, &c. ut in *Communi Confessoris non Pontif. ut in Breviario.*

IN III. NOCTURNO.
Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam. Cap. 12.
LECTIO VII.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Et reliqua.

Homilia Sancti Fulgentii Episcopi.

Ex Serm. de Confessoribus.
Splere, quod Dominus, ait, Vendite, que possidetis; illud tamen quod adiecit, dicens, Date eleemosynam, omnibus esse possibile, si adsit bona voluntas; omnibus facile, si non adsit dira cupiditas; omnibus

salubre, si ferveat charitas; cunctis debet esse commune, ut omnibus donetur aeterna felicitas. Qui ergo tantam virtutem accepit à Domino, ut omnia, que in mundo sunt, celestis regni amore contemnat: quæ habet, vendat, & egenis expendat: qui verò tantæ virtutis non dum est, de his, quæ habet, in quantum habet, eleemosynam faciat.

¶ Iste est qui ante Deum.

LECTIO VIII.

Perfectus possideat primum virtutis locum, imperfectus saltem perveniat ad secundum. Efficiatur ille gloriose dignus, sit iste laudabiliter largus. Sit ille sanctæ paupertatis ardentissimus amator, sit iste sanctorum pauperum piissimus consolator. Habeat iste apud Deum patronos pauperes, quos ille se gaudet virtutis habere consortes. Sit ille talis, qui cum Domino iudicaturus se-deat: sit iste talis, qui ad dexteram iudicandus assistat. Sit ille talis, qui aeterna tabernacula perpetuo iure possideat: sit iste talis, quem ille recipiat.

¶ Sint lumbi.

LECTIO IX.

Thesaurum nostrum, fratres, in caelis ponamus,

ut etiam cor nostrum in caelis habere possimus. Necesse est enim, ut quò præcesserit dilectionis thesaurus; illuc etiam cogitationis sequatur affectus. Ideò veritas ait: Ubi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit. Ut ergo in caelis thesaurizemus, caelestia diligamus. Vis nosse ubi thesaurizas? Attende quid amas. Vis nosse quid amas? Attende quid cogitas. Ita fiet, ut thesaurum tuum ex tuo amore cognoscas, & amorem tuum iudicio tuæ cogitationis intelligas.

Te Deum laudamus.



FESTA JUNII.

DIE I. JUNII.

Tertia die Infraoctavam.

IN II. NOCTURNO.

De Sermone Sancti Joannis Chrysostomi.

De S. Philologo, ante med.

LECTIO IV.

Ad hanc beatam requiem transiit beatus Ferdinandus, quamnam igitur oratio par sit viri laudibus, quem Deus tam felici sorte dignatus est? Non est ulla. Sed age, dic mihi, num ideo credi sibi debemus? Et cujus rei gratia convenimus?

An dicemus nos haud posse magnitudinem gestorum oratione consequi? Atqui ob hoc ipsum necesse est dicere, quandoquidem haec est praecipua laudum illius pars, quod factis verba aequiparari non possint. Nam quorum benefacta naturam etiam superant mortalem, perspicuum est, quod horum laudes excedunt linguam humanam. Haud tamen ob id aspernabitur officium nostrum quod pro viribus praestamus, sed suum imitabitur Dominum: siquidem, & ille viduae duos tantum obolos deficienti in gazophylacium, non tantum duorum obolorum mercedem, sed multo amplius reddidit.

w. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem aeternam.

y. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit illi claritatem aeternam.

LECTIO V.

Proinde quamvis nostrae facultates exiguae sint, minimeque pretii, attamen, quae possumus, offerimus. Ea licet non respondeant magnitudini meritorum animae praecleari,

justique Ferdinandi tamen hoc ipsum celsitudinis illius maximum fuerit argumentum, quod nec pusilla repellat, sed idem faciat, quod solent divites. Si quidem illi, cum acceperint à tenuibus exigua, quibus non egent, sua vicissim apponunt, remunerantes eos, qui quod poterant obrulerint. Itidem, & hic, cum acceperit à nobis laudem verbis peractam, qua nequaquam eget, redonabit nobis per ipsa facta benedictionem, qua semper uti possimus.

w. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriae induit eum: * Et ad portas paradisi coronavit eum.

y. Induit eum Dominus lorricam fidei, & ornavit eum. Et ad portas.

LECTIO VI.

Unde igitur laudationem illius auspicabimur? An à magistratu, quem spiritus illi tradidit gratia? Nam mundani Magistratus nequaquam possunt Christianorum demonstrare virtutes, quin potius frequentèr habent accusationem malitiae. Quam ob causam? Quoniam & sollicitudines amicorum, & circumcursiones, & adulationes, aliaque per multa his foediora tales Magistra-

tra-

tratus solent conciliare. Ceterum ubi Deus suo suffragio designari aliquem, incorruptum suffragium, alienum ab omni suspitione iudicium, indubitata fuerit delecti comprobatio propter eum, qui delegit, auctoritatem.

w. Iste homo perfecit omnia, quae locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingredere in requiem meam: * Quia te vidi iustum coram me ex omnibus Gentibus.

y. Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Quia te, Gloria Patri. Quia te.

IN III. NOCTURNO.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam. Cap. 12.

LECTIO VII.

In illo tempore: Dixit Jesus à Discipulis suis: Nolite timere pusillus grex: quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Et reliqua.

Homilia Sancti Petri Chrysologi.

Ex Serm. 22.

Praemia statuuntur iis semper, quibus certamina dura proponuntur: ac pro magnitudine certaminis, praemii proponitur magnitudo. Hinc est, quod discipulis suis Christus

regnum ponit in praemio, ut in certamine non cedant periculis, non timori. Pericula despiciunt, qui tendit ad regnum: victoriae cupidus potest timere. Nolite timere, inquit, pusillus grex: quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Grex pusillus, mundo, magnus Deo: pusillus, quia gloriosos vocat eos, quos instituit ad ovium innocentiam, & mansuetudinem christianam.

w. Iste est, &c.

LECTIO VIII.

A Djicit, quid sciendum sit regnaturis: Vendite, quae possidetis. Non potest dominari omnibus, nisi iis, qui propriis non tenentur. Dejecta mentis est, qui familiaris rei meminit, cum vocatur ad regnum: jacens animus plebeius nummulum thesauris regalibus antepunit. Pauper sensus parvis incubans, perdit magna: & inhians temporalibus, deserit sempiterna. Homo, tali monitu Christus te ditare voluit, non mudare: manere tibi tua voluit, non perire: perpetuari, non vacuari sacculus imperavit: jussit te transferre, non perdere.

w. Sint lumbi vestri.

S

Lec-

LECTIO IX.

PLUS consilio Patris agit, quam iure dominantis. Inter insidias latronum, & tinearum morsus quare tua recondas, objurgat: per vigilas noctes, dies anxios, sollicita tempora ne tibi ipse facias, commoneris. Auri custos, servator argenti, securitatem non habet, nescit quietem: & cui deest securitas quies perit; poena dives est ille, non censu. Theaurum non deficientem in caelo: hoc est dicere. Ubi ego sum, ibi ponite: date mihi, ego servo. Homo, da Patri, crede Deo: quia & heredi Patris, & Deus homini creditum non negabit: tenere tua non potest, qui sua dedit.

Te Deum laudamus.

DIE II. JUNII.

Quarta die.

IN II. NOCTURNO.

De Sermone Sancti Joannis Chrysostomi.

Unde supra, paulo post.

LECTIO IV.

Quantum autem sit pietatis argumentum, quod Deus illum tantò magistrato dignum iudicavit audi. Christus excitatus à morte, quid dicit Petro? Postquam enim illum interrogasset, Pe-

tre amas me? Isque respondisset, Tu Domine scis quod amo te, dicit illi: Si diligis me, pascere oves meas. Hoc autem dicebat, non solum ut nobis certissimè declararet, quantòperè ipsum diligeret Petrus: verumetiam, ut palam faceret, quantam haberet benevolentiam ergà suas oves. Itaque si quis voluerit illi commendatus esse, curam habeat ovium illius, publicam quarat utilitatem, fratrum suorum saluturi prospiciat.

y. Honestum fecit.

LECTIO V.

Nullum enim officium hoc Deo charius est, & ob id alicui dicit: Simon, Simon, expetivi te satanas, ut cribrares te tamquam triticum, sed ego rogavi pro te, ne deficiat fides tua. Quid igitur hujus sollicitudinis, curaque præmium mihi rependis? Eandem curam, quam nobis impendit, reposit. Nam & tu, inquit, aliquandò conversus confirma fratres tuos. Neque prorsus alia res est, quæ perinde declararet, doceatque, quis sit fidelis, & amans Christi, quam si fratrum curam agat, proque illorum salute gerat sollicitudinem.

y.

y. Amavit eum Dominus.

LECTIO VI.

HAEC omnes audiant, & A. A. monachi, qui montium occuparunt cacumina, quique modis omnibus se ipsos mundo crucifixerunt, quò pro viribus Ecclesiarum praefectos adjuvent, horumque curas legunt precibus, concordia, charitate; scientes, quod nisi modis omnibus opitulentur iis, qui tot periculis obijciuntur, per gratiam Dei, totque negotiorum curas sustinent, quibuscumque possunt rationibus auxiliuntur, quamquam procul habitantes, & victus sors ipsis perisset, & tota in scopulum impigisset sapientia.

y. Iste homo perfecit.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO Sancti Evangelii secundum Lucam. Cap. 12.

LECTIO VII.

IN illo tempore: Dixit Jesus A. discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Et reliqua.

De Homilia Sancti Petri Chrysologi.

Ex Sermon. 23.

A. Udistingis hodie, quemadmodum Dominus pastoralis jubilo clangorem tubæ

coelestis adjunxit, ut diu inclinatas ovium mentes ad divina tolleret, coeleste protinus promoveret ad regnum. Acquisivit humilitas, superbia quod admisit: & grex pusillus ac mitis, totas & varias edomuit propria mansuetudine feritates: pusillus grex vicat ac fregit tot genera bestiarum, quot diversitates subdidit jugo Christi nationum.

y. Iste est, qui ante Deum.

LECTIO VIII.

REX pusillus ac mitis diu contentus occidi, diu devorari passus est, donec gentilis savitia sanguine satiata, vel carnibus, Evangelici pabuli suavitatem, & divini fontis fluentia degustans, totum contagium sæculi evitaret, & pastum: quem atque in hominem rediret ex bestia, qui ex homine fuerat dilapsus in bestiam. Hoc sensisse ante Prophetas, hoc Apostolos implese, hoc pertulisse Martyres constat, attestante illo qui dicit: Propter te mortificamur tota die, estimati sumus ut oves occisionis. Ut verò iste grex novi ordinis aggrediretur prælium, ubi vivit ille qui fuit occisus; imitatus est sum Regem, illum secutus est Agnum, qui sicut

S 2

ovis

ovis ad occisionem ductus est.

y. Sint lumbi.

Nona Leii. St. Marci. & c.

DIE III. JUNII.

Quinta die.

IN II. NOCTURNO.

Ex libro *Moralium S. Gregorii Papae.*

Derideretur jubi simplicitas, & c. ut in Breviario de Comuni Confess. non Pontif.

IN III. NOCTURNO.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam. *Cap. 12.*

LECTIO VII.

IN illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis: Nolite timere pusillus grex: quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Et reliqua.

De Homilia Sancti Petri Chrysologi.

Unde supra.

SED audiamus jam, quid pusillo gregi talis promiserit pastor. Nolite timere, inquit, pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. O bonitas effusa! O inaudita pietas! O ineffabilis affectio! In societate census pastor oves assumit, atque ad consortium dominationis servos Dominus adsciscit: ad principatum regni Rex gregem populi totius admittit. Sic sic

dat, cui deficere census, ut regnum minui, vacuari potestas non potest largiendo.

y. Iste est qui ante Deum.

Post pauca.

LECTIO VIII.

ECCĒ qui dat, dare loquitur Patrem. Numquid largitatem suam denegar, sic dicendo? Absit; non potestatem minuit, sed pandit affectum, sic dicendo: non distantiam facit, sed Patris, suamque voluntatem monstrat, firmat unitatem. Quod autem dixit, Complacuit, & non dixit, Placuit; munus edocet Trinitatis: quia quod erga nos Filio placuit, hoc complacuit Trinitati.

y. Sint lumbi vestri.

LECTIO IX.

POST tantam ergo Dominus largitatem, post suam gratiam tibi copiosius collatam, abjecta, & villa peculia servitutis jubet abjicere regnatum. Vendite, quae possideris, & date eleemosynam. Plebeium cultum regia non admittit potestas, augustus honor non nisi diademate confertur, & purpura. Abjicere ergo debet habitum servitutis, qui se regem credit divinitus consecratum. Est consuetudinis, est ani-

animi felicitis, ut adscitus ad regnum, quod fuit proprium, quod privatum mox parentibus, mox propinquis, civibus indigentibus, liberaliter prorogare, ne sit mendicus animo, qui censu functus, & honore, Te Deum laudamus.

DIE IV. JUNII.

Sexta die.

IN II. NOCTURNO.

Ex libro *Moralium Sancti Gregorii Papae.*

Lib. 10. cap. 16. in e. 12. Job.

LECTIO IV.

Ene justis simplicitas, & lampas esse dicitur, & contempta: lampas, quia interius lucescit; & contempta, quia exterius non lucescit. Intus ardet flamma charitatis, foris nulla gloria resplendet decoris. Lucescit ergo, & despicitur, qui flagrans virtutibus, adjectus estimatur. Sed usquequò lampas ista contemnitur, usquequò despiciabilis habetur? Numquid non fulgorem suum nullatenus exerit, & numquam, quanta claritate candeat, ostendit? Ostendit plane; nam protinus additur: Parata ad tempus statutum. Statutum quippe contemptae lampadis tempus, est extremi iudicii praedestinatus dies, quo justus quisque, qui

nunc despicitur, quanta potestate fulgeat demonstratur.

y. Honestum fecit.

LECTIO V.

INC enim cum Deo judices veniunt, qui nunc pro Deo injustè judicantur. Tunc eorum lux tanto latius emicet, quanto eos nunc manus persequentium durius angustat. Tunc reproborum oculis pate-

cent, quod coelesti potestate subnixi sunt, qui terrena omnia spontè reliquerunt. Undè electus Veritas dicit: Vos, qui sequi estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede majestatis suae, sedebitis, & vos super duodecim sedes, judicantes duodecim tribus Israël. Neque enim plusquam duodecim iudices illa interni consensus curia non habebit, sed nimirum duodenario numero quantitas universitatis exprimitur: quia quisquis stimulo divini amoris exciatus, hic possessa reliquerit, illic proculdubio culmen iudicariae potestatis obtinebit.

y. Amavit eum Dominus.

LECTIO VI.

INC est enim, quod de sanctae Ecclesiae sponso per Salomonem dicitur: Nobilis in portis viae ejus, quando

sederit cum senatoribus terra. Hinc Isaias ait: Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui. Hinc eosdem seniores veritas non jam famulos, sed amicos denuntiat, dicens: Non jam dicam vos seruos, sed amicos meos. Quos Psalmista intuens, ait: Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus. Quorum dum celsitudinem cordis aspiceret, mundi gloriam qua calce calcarent, protinus addidit: Nimis confortatus est principatus eorum. Ac ne paucos esse crederemus, quos proficere usque ad summam tante perfectiois agnoscimus; illico adpexit: Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur. Quo itaque nunc pro amore veritatis sese libenter humiliant, tot nunc in iudicio lampades coruscant.

v. Iste homo perfecit omnia, &c.

IN III. NOCTURNO.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam, Cap. 12.

LECTIO VII.

IN illo tempore, dixit Jesus ad Discipulis suis: Nolite timere pusillus grex: quia complacent Patri vestro dare vobis regnum. Et reliqua.

De Homil. S. Petri Chrysologi
Unde supra.

Ali ergo providentia Dominus, consilio tali, vita, & caduca iuvet, ut vendamus, ut largiamur, ut doneamus, qui in coelesti regno omnia, quae in coelo, & quae in terra sunt, volumus possidere. Sed si vis servare tuorum praediorum, & saeculorum, forte condita te delectant; fac tibi sacculos quales ille praecipit, qui jam cupiditatis tunc custos est, & provisor. Denique ut vidit quod duriter dixit: Venite, quae possidetis; mox adjecit: Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in caelis.

v. Iste est, qui ante Deum.

LECTIO VIII.

Terum contristatus es: quia quod habes in caelis cogere collocare. Rogo, crede Deo tuo, qui serbo credis: & magis Deo quam homini commenda. Sed si times ne quid inde praesumat, ne quid dispergat pietas largitoris, signa fidei annulo sacculos tuos, ut tali custode dormias tu securus: quia ubi ille est, ibi locus nullus est furi. Non poterit tibi tuam pecuniam denegare, qui tibi om-

omnia sua contulit, qui te regni sui, & honore ditavit, & gloria.

v. Sint lumbi vestri.

LECTIO IX.

Et Serm. 25. circa finem.

NOVO modo, imò, coelesti modo, qui hunc audit, vendendo, comparat, recondit erogandos: dum amittit, acquirit. Quam cupit pecuniam perdurare, perpetuare sacculos divitiarum, condita permanere, qui dicit: Facite vobis sacculos, qui non veterascunt. Ecce docet avaritiam, qui coepit suadere contemptum. Et qui thesaurizantes temporaliter arguebat, ad totum cupiditatis fomitem jubet sacculos sine fine perquiri. Christe, quod te pertrahit amor tuorum? Ut avarum lucrifacias, facis eum, quod desiderat, non quod oportet audire: sacculos imperas, ut avarus, dum consueta percurrit ad lucra, aut virtutem capiat, aut a virtute capiatur. Te Deum.

DIE V. JUNII.

Septima die.

IN II. NOCTURNO.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

Sermo 1. de S. Victore.

LECTIO IV.

Sancti Ferdinandi vita, & gloria specialis, non tam

ad gloriam, quam ad virtutem provocat omnes, qui recto sunt corde. Non recti planè, sed perversi est animi, ante quætere gloriam, quam exercere virtutem; & velle coronari, qui legitime non certaverit. Vanum est vobis, inquit, ante lucem surgere. Ita est: frustra ad celsitudinem nititur glorie, qui prius non claruit virtute. Frustra fatuae virgines sponso obviam surgunt, quarum lampades extinguuntur: & ideo fatuae, quia vacuis gloriantur lampadibus, virtutis oleum non habentes.

v. Honestum fecit.

LECTIO V.

Virtus gradus ad gloriam, virtus mater glorie est. Fallax gloria, & vana est pulchritudo, quam illa non parturivit. Sola est, cui gloria iure debetur, & securè impenditur. Sancto Ferdinando nec virtus, nec gloria deest: sed quemadmodum ambae res, & quo ordine in homine processerunt, id opere pretium intueri. Habemus enim, dilectissimi, in vita Ferdinandi, & quod dignè miremur, & quod salubriter imitemur. Tutius sanè amulanda solidiora, quam sublimiora, & quae magis virtutem

re-

redoleant, gloriam minus. Studemus proinde moribus conformari, cui in mirabilibus simulari, etsi volumus, non valemus.

v. Amavit eum Dominus.

LECTIO VI.

Aemulemur in viro sobrium victum, devotum affectum; amulemur mansuetudinem spiritus, castimoniam corporis, oris custodiam, animi puritatem, ponere frantum iram, & modum lingue, dormire parciter, orare frequentius, commone nosmetipsos psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, diebus jungere noctes, & divinis laudibus occupare, amulemur charismata meliora. Amulemur, inquam, quod exitit liberalis in pauperes, patiens ad peccantes, benignus ad omnes. Hoc enim mellis. In his forma est, cui imprimamus: in miraculis gloria qua recipimur. Illa letificent, ista adilicent: moveant illa, ista promoveant.

g. Iste homo perfecit.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO Sancti Evangelii secundum Lucam. Cap. 12.

LECTIO VII.

In illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis: Nolite ti-

mere pusillus grex: quia complacevit Patri vestro dare vobis regnum. Et reliqua.

De Homilia Sancti Petri Chrysologi.

Post supradicta.

Verè Pater es, ò Christe, qui cum tuis quibuscunque parvulis sic agis. Namque & nos interdum nostris parvulis petentibus noxia, ingerimus salutaria sub specie noxiorum, fallentes insipientiam, non decipientes affectum. Dixisti: Facite vobis sacculos, qui non veterascunt. Sacculus cur paratur? Quid ibi claustra, ubi ipsa custos est innocentia? Ibi quid signaculum, ubi fraudis suspicio non habetur? Si & in caelo sacculus opus est, cura non amittitur, sed mutatur.

g. Iste est qui ante Deum.

LECTIO VIII.

Domine, tu vidisti, quia in thesauris tota fides, tota spes in sacculis sit avaris; & ideo impunitibiles in caelo sacculos vis parari, ut qui te non sequitur ad coelum, sequatur saltem sacculos suos. Avare, fac tibi sacculos, & fac juvenile Deo: quia votis tuis annuit divina majestas. Sed fac tibi sacculos erogando: quia quidquid pauper acceperit, Pater

ce-

LECTIO IV.

coelestis suscipit. Et ubi recondit? In caelo, & ne forte perdidisse te doleas, vel usuram; centuplum in caelesti fenore recipies, quidquid in caelum paupere transmiseris perferente.

g. Sint lumbi vestri.

LECTIO IX.

Iura mundi centum ad unum. Deus unum accipit ad centum: & tamen homines cum Deo nolunt habere contractum. Sunt forsitan de cautione solliciti. Quare? Nonne homo homini exiguae charitatis obligatione constringitur? Deus tot, & tantis voluminibus caves, & debitor non tenetur? Sed dicis: Esto, quod debeat; quo exigente restituet. Scipso, quia non potest ille mentiri. idem ipse est, & executor, & debitor. Non erit in reddendo durus, qui profusus est in largiendo. Crede homo Deo, quod tibi Deus dedit: majora reddere vult, cum vult debere largitor.

Te Deum laudamus.

DIE VI. JUNII.

In die Octavae B. Ferdinandi.

IN II. NOCTURNO.

De Sermone Sancti Bernardi Abbatis.

Sermone 2. de S. Victore.

Audete in Domino, dilectissimi, qui inter continua suae pietatis beneficia indulsit hominem mundo, cujus multi salvarentur exemplo. Iterum dico gaudete, quod factus de medio appropiavit Deo, ut multo plures ejus intercessione salvarentur. In terris visus est, ut esset exemplor: in caelum levatus est, ut sit patrocinio. Hic informat ad vitam, illic invitat ad gloriam. Factus est mediator ad regnum, qui fuit incitator ad opus. Bonus mediator, qui sibi jam postulans nihil, totum in nos transferre desiderat, & supplicantis affectum, & supplicationis fructum. Quid enim quaerat sibi, qui nullus eget?

g. Honestum fecit illum Dominus.

LECTIO V.

Nec dies gloriosae migrationis ejus, dies letitiae cordis ejus: exultemus, & laetemur in ea. Intuit in potentias Domini, gaudeamus: quia nunc potentior est ad salvandum. Hodie Ferdinandusposito corpore, tanto alacrior, quanto expeditior penetravit in sancta, similis factus in gloria sanctorum. Hodie despecto mun-

T

mundo, & mundi principe triumphato, supra mundum victor ascendit, accipiens de manu Domini coronam victorie. Ascendit autem cum imensa supellectili meritorum, clarus triumphis, miraculis gloriosus. Sedet veteranus miles, debita jam suavitate, & securitate quietus, securus quidem sibi, sed nostri sollicitus. O venerandam etiam ipsis Angelis sanctitatem, quam pari studio, etsi dispari voluntate, & malignitatem, & frequentant boni! Nec facile dixerim, quid virum astruat sanctiorem, horum favor, aut pavor illorum.

✠ Amavit eum Dominus.

LECTIO VII.

Miles emerite, qui christianæ militiæ duris laboribus Angelicæ felicitatis requiem commutasti! Respice ad imbelles, & imbeciles commilitones tuos, qui inter hostiles gladios, & spirituales nequitas tuis laudibus occupamur. Quam pium, quam dulce, quam suave, ô Ferdinandæ, in hoc loco afflictionis, & in hoc corpore mortis te canere, te colere, te precari! Nomen tuum, & memoriale tuum, favus distilans in labiis captivorum, mel & lac sub lingua eorum, qui tui

memoria delectantur. Eja ergo fortis athleta, dulcis patronus, advocate fidelis, exurge in adiutorium nobis; ut & nos de nostra erectione gaudeamus, & tu de plena victoria glories.

✠ Iste homo perfectus.

IN III. NOCTURNO.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam. Cap. 12.

LECTIO VII.

IN illo tempore: Dixit Jesus ad Discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Et reliqua.

De Homilia Sancti Petri Chrysologi.

Ex Sermone 27. initio.

Y Odie Dominus evangelizavit: et ceteris gregis pusilla, & tenera primordia, quam blanda exhortatione sit consolatus, audistis. Aufert spes anxias, duobus tollit eventus, omnemque propellit, & excludit timorem, quando in exordio ipso regnum nascentibus pollicetur. Quis de victu, quis de vestitu, quis de plebeio censu, & vernalis cespitis vilitate suspirat, de regno certus, de dominio securus? Satis sibi invidet, qui elevatus ad summa, ipse se ad humilia dejicit, ad ege-
na deponit.

✠

✠ Iste est qui ante Deum.

LECTIO VIII.

SED scire convenit Pater iste, qui est, vel qualis est, vel quod regnum suis filiis repromittit. Quis sit iste Pater, quotidie te consistente cognoscis, cum clamas: Pater noster, qui es in caelis. Qualis autem sit, ipsa operum magnitudine pervidisti. Ex nihilo fecit caelum, terram solidavit ex liquido; montes statuit ad scatem, maria intra legitimos terminos sola præcepti auctoritate conclusit. Verum si regni, quod promittit pusillis, desideras nosse qualitatem, ipse aperit, sic dicendo: Sinite parvulos venire ad me; talium est enim regnum caelorum. Esse in caelo, mirum est: in caelo vivere, est majestatis.

✠ Sint lumbi vestri.

LECTIO IX.

Quid ergo cum terra illi, qui possidet caelum? Quid ille cum humanis, qui indeptus est jam divina? Nisi forte placent gemitus, eliguntur labores, amantur pericula, pessima mors delectat, & illata mala bonis sunt gratiora collatis. Sed videamus, quod dat Pater tantus consilium regnaturis. Vendite, quæ

possidetis, & date eleemosynam. Si victuros vos, si regnatos, si vos jam divites esse creditis in supernis, ubi futuri, quod migraturi, ubi regnaturi estis: vos illa, quæ vestra sunt, jam præcedat: opes miseræ misericordia compute; quæ humana sunt, in divina convertite. Te Deum.

DIE X. JUNII.

In Festo S. Primitivi Martyr. Cujus Corpus asservatur in hac Metropolitana Ecclesia. Duplex.

Omnia de Communi unius Martyris, extra tempus Paschale.

Oratio, & Lectiones, ut in die Beati Philippi à Jesu, V. Februarii, pag. 10.

Intra Cathedrali dicit. Creed.

DIE XII. JUNII.

In Festo S. Joannis à Sancto Facundo Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter ea quæ sequuntur.

ORATIO.

DEUS auctor pacis, & amator charitatis, qui Beatum Joannem Confessorem tuum mirifica dissidents componendi gratia decorasti; ejus meritis, & intercessione concedet

T 2

ut

ut in tua charitate divina firmati, nullis à te tentationibus separemur. Per Dominum nostrum, &c.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In Diocesis Burgensii, Legionensi, & Salmantina. Lectioes primi Nocturni. Justus si morte, de Comuni.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Joannes Sahaguni in Hispania nobili genere natus, parentes, cum dno prole caruissent, piis operibus, & orationibus à Deo impetrarunt. Ab incunite aetate egregium futuræ sanctitatis specimen dedit; nam è loco superiori ad ceteros pueros crebro verba faciebat, quibus eos ad virtutem, & Dei cultum hortabatur, eorumque dissidia componebat. In patria Monachis Sancti Facundi Ordinis Sancti Benedicti primis litterarum rudimentis imbuendus traditur; dum iis operam daret, curavit Pater, ut Parochus Ecclesiam administraret: quod munus juvenis nullis rationibus adduc potuit, ut retineret. Inter familiares Episcopi Burgensis adscriptus, ob speciatam ipsius probitatem intimus ei fuit, ab

eoque Presbyter, & Canonicus factus multis beneficiis auctus est. Sed relicta aula Episcopi, ut Pao quietius serviret, omnibus Ecclesie proventibus abdicatis, se cuidam sacello adijt, ubi sacrum quotidie faciebat, ac de rebus divinis magna cum auditorum edificatione frequenter concionabatur.

¶ Honestum fecit.

LECTIO V.

Ostea studiorum causa Salmanticam profectus, in celebre Collegium Divi Bartholomæi cooptatus Sacerdotis manus ita exercuit, ut simul optatis studiis incumberet, & in sacris etiam concionibus assidue versaretur. Cum vero in gravissimum morbum incidisset, arctioris discipline voto se obstrinxit, quod ut redderet, cum prius cuidam pauperi penè nudo ex duabus, quas tantum habebat vestes, meliorem dedisset, ad Coenobium Sancti Augustini severiori disciplina tum maxime florens se contulit; in quo admissus, obedientia, animi demissione, vigiliis, ac oratione provectores antehabundata esset, vini dololum ipso attingente, omnibus

Mô-

Monachis per annum abunde sufficit. Exacto tyrocini anno, Præfedi jussu munus concionandi suscepit. Salmantica id temporis adeo cruentis factionibus divinis, humanaque omnia per mixta erant, ut singulis propè modum horis cardes fierent, & omnium ordinum, ac præsertim nobilium sanguine non vix solum, & fora, sed templa etiam redundarent.

¶ Amavit eum Dominus, & ornavit eum, &c.

LECTIO VI.

At Joannes tum concionibus, tum privatis colloquiis civium animos demulcens, ad tranquillitatem urbem reduxit. Virum Principem graviter offendit, quod illius in subditos savitiam increpasset. Qua de causa equites duos immisi, qui eum in itinere confoderent. Jamque ad ipsum appropinquaverant, cum stupore divinitus immisso, simul cum equis immobiles steterunt, donec ad pedes sancti viri provoluti, scelestis veniam precarentur. Ipse queque Princeps repentino terrore percussus jam de salute desperaverat, cum revocato Joanne, facti poenitens incolumitati redditus est. Fac-

tiosi etiam homines, cum eum sustibus peterent, brachiis diringere, nec antè reddite vires, quam delicti veniam precarentur. Christum Dominum, dum sacrum faceret, presentem conuerti, atque ex ipso divinitatis fonte celestia mysteria haurire solirus. Abditis cordis inspicere, ac futura raro eventu præ sagire frequens illi fuit. Fratrisque filiam septennem mortuam excitavit. Denique mortis die prænuntiato, & Ecclesie Sacramentis devotissime susceptis, extremum diem clausit, multis ante, & post obitum miraculis gloriosus. Quibus ritè probatis, Alexander Octavus Sanctorum numero eum adscripsit.

¶ Iste homo perfecit omnia, &c.

Lectioes tertii Nocturni Homilia Sancti Gregorii Papæ, super Evangel. Sint lumbi vestri præscindi, de Comuni Confessoris, non Pontif. primo loco.

Missa: O justi, de eodem Comuni.

DIE XV. JUNII.

In Fæsto S. Viti, & Sociorum Martyrum, Cujus Reliquia asservatur in hac Metropolit. Ecclesia.

Du-

Duplex.

Omnia de Communi plurimorum Martyrum, extra tempus Paschale.

ORATIO.

DA Ecclesia tua, quesumus Domine, sanctis martyribus tuis Vito, Modesto, atque Crescentia, intercedentibus, superbe non sapere, sed tibi placita humilitate profiteri: ut prava despiciens, quaecumque recta sunt, libera exerceat charitate. Per Dominum.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno Lectio quarta, & quinta ut in Breuiario, sexta Sermo Sancti Augustini Episcopi Quotiescumque Fratres Charissimi, ut in Communi plurimorum Martyrum.

Missa: Laxabitur, ut in Communi unius Martyris. Et dicitur Credo intra Cathedrali.

IN III. NOCTURNO.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam. Cap. 10.

LECTIO VII.

In illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis: Qui vos audit, me audit; qui vos spernit, me spernit. Et reliqua.

Homilia Venerabilis Bedae Presbyteri.

Lib. 3. in Luc. 10. cap. 42. paulo ante finem.

UT in audiendo quisque vel spernendo evangelium predicatore, non viles quisque personas, sed Dominum Salvatorem, imò ipsum Patrem spernere se, vel audire disceret, ait: Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum, qui me misit. Qui proculdubio in discipulo magister auditur, & in filio pater honoratur. Potest & ita intelligi: qui non facit misericordiam uni de fratribus meis minimis, nec mihi facit; quia & ipse pro his formam servit, & pauperis habitum suscepit.

¶ Propter testamentum.

LECTIO VIII.

Eversi sunt autem septuaginta duo cum gaudio, dicentes: Domine, etiam dormita subiciuntur nobis in nomine tuo. Bene quidem confessi sunt, deferentes honorem nomini Christi; sed quia infirma adhuc fide gaudebant in virtutibus, vide quid audiunt. Et ait illis: Videbam satanam, sicut fulgur de caelo cadentem.

Non

Te Deum.

DIE XVI. JUNII.

In Festo S. Joannis Francisci Regis Confessoris.

Oratio Semiduplex.
Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, prater ea, quae sequuntur.

ORATIO.

DEUS, qui ad plurimos pro salute animarum perferendos labores Beatum Joannem Franciscum Confessorem tum mirabili charitate, & invicta patientia decorasti: concede propitius; ut ejus exemplis instructi, & intercessionibus adjuvi aeternae vitae praemia consequamur. Per Dominum nostrum.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Joannes Franciscus Regis nobili genere natus in Opidulo Narbonensis Galliae, cui nomen Fonscoepertus eximia sanctitatis à teneris annis indicia praebuit. In eo jam tum elusere mira morum innocentia, flagrans orationis studium, pudor, & modestia singularis. Societatem Jesu ingressus Tolose anno aetatis decimo nono, humilitate, obe-

dien-

Non modò video, sed prius videbam, quando corrui. Quod autem ait: Sicut fulgur, vel praecipitem de supernis ad ima lapsum significat; vel quia dejectus, adhuc transfiguratur se in Angelum lucis.

¶ Sancti mei.

LECTIO IX.

ECCE dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones. Hoc est, omne genus immundorum spirituum de obsessis corporibus ejiciendi. Quamvis & ad literam rectissime possit accipi: siquidem & Paulus à vipera invasus, nihil adversi patitur. Hoc sanè inter serpentes, qui dente; & scorpiones, qui cauda nocent, distare arbitror: quod serpentes aperte savientes, scorpiones clanculo insidiantes, vel homines, vel demones significant. Serpentes, qui inchoandis virtutibus venena pravae persuasionis objiciunt: scorpiones, qui consummatas virtutes ad finem vitiae contendunt. Verumtamen in hoc nolite gaudere: quia spiritus ejicere, sicut & virtutes alias facere, interdum non est ejus meriti, qui operatur, sed invocatio nominis Christi hoc agit.

dientia, charitate, odio sui, ca-
terisque vite religioſe virtu-
tibus excellunt. Absolūtis stu-
diis, totum se procuranda ani-
marum ſaluti pēnitens devo-
vit. Aſpetos Vivariensium, Ve-
launorum, & Forensium mon-
tes, & ingentes Helviorum
tractus, glacie, nivibusque fe-
rē perpetuis horridos, eorum-
que colonos inſcitia, ruſticitate,
barbaria intractabiles sus-
cepit excolendos, eo ſucceſſu,
ut innumerabiles homines, aut
calviniana lue infectos, aut
perditis moribus corruptos ad
catholicam fidem, & ad chris-
tianam pietatem traduxerit.

¶ Honestum fecit illum
Dominus, & custodivit eum
ab inimicis, & a ſeducoribus
tutavit illum: * Et dedit illi
claritatem aeternam.

¶ Justum deduxit Domi-
nus per vias rectas, & ostendit
illi regnum Dei. Et dedit illi.

LECTIO VI.

Campeſtribus Miſionibus
hyberno tempore per
functus, aſtivo revertebatur
Anicium, ibique in Noſocomiis,
& in carceribus, in pri-
vatis adibus in compitis, ac
templis omne hominum ge-
nus, omnibus omnia factus ſu-
blevabat. Pauperum greges,

corrogatis undique ſubſidiis,
praesertim cum ſaxiret fames,
multiplicato etiam non ſemel
per miraculum frumento, sus-
tentabat. Unde illi Patris
pauperum cognomen inditum
fuit. In flagitiosis hominibus,
& perditis praesertim mulier-
culis ē vitiorum coeno educen-
dis, vix credibile est quot pro-
bra, ludibriaque pertulerit.
erecto ſemper, & alacri vultu
imperterritus, licet gladiis ju-
gulo saepe admonitis, alapis
ori impactis, & fustibus corpo-
ri. Grassante peste, infirmos
eo morbo laborantes ſedulō
inviſens, ardenti reficiebat
charitate. Erga alios blandus,
ac beneficus, in se ipse ſaxie-
bat acerrimē, aſpetis cilicis,
ferreis catenis, oruentis flage-
llationibus, ſomnum breviser
in nuda tabula, aut humi car-
pens, ſemper abſtemius, viliſ-
ſimoque ſemper vitans ci-
bo, & adeo tenui, ut ardeatē
morti potius, quam ſuſtentan-
de vite ſufficeret.

¶ Amavit eum Dominus,
& ornavit eum: ſtolam gloriae
induit eum: * Et ad portas Pa-
radisi coronavit eum.

¶ Induit eum Dominus lo-
ricam fidei, & ornavit eum.
Et ad portas.

Lec-

LECTIO VI.

Divino amore sic erat in-
census, ut illum unum
spirare, loqui, cogitare videret.
Plures noctis horas oratio-
ni dabat coelestibus affluens de-
licis, & extrā se saepe raptus.
Rem divinam ea animi atten-
tione, eo vultus ardore facie-
bat, ut ſacrum, quo efferveſce-
bat, ignem etiam in adſtantes
diffunderet. Miraculis, aliisque
donis ſupernaturalibus mira-
claruit. Tandem vocatus ad
praemia laborum, in Viennens-
is Dioceſis Pago, cui nomen
est Laloveſcus, correptus lethali
morbo ex laboribus con-
tracto, cum ſaxiret hiems tri-
gidissima, coelestibus recreatus
illustrationibus ad aeterna gau-
dia invitatus, ſpiritum Crea-
tori reddidit anno millesimo
ſexcentesimo quadragesimo,
die trigesima prima Decem-
bris, vite suae quadragesimo
quarto. Ejus ſepulchrum incre-
dibili populorum per aſper-
rimos montes undique con-
fluentium concursu, ob ſanc-
tissimae, & miraculorum famam,
quae maxime percrebrescebat,
ſumma devotione est frequen-
tatum. Quibus omnibus per-
motus Clemens Undecimus
Pontifex Maximus, Joannem

Franciscum anno millesimo
ſeptingentesimo decimo ſexto
Beatorum Fastis adſcripsit.
Clemens verō Duodecimus an-
no millesimo ſeptingentesimo
trigesimo septimo novis indies
fulgentem Miraculis in Sanc-
torum album ritu ſolemni re-
tulit decima ſexta Junii die,
quam ejusdem poſtea celebra-
da Feſtivityti Benediclus De-
cimus quartus assignavit.

¶ Iste homo perfecit om-
nia quae locutus est ei Deus, &
dixit ad eum: Ingredere in re-
quiem meam: * Quia te vidi
justum coram me ex omnibus
Gentibus.

¶ Iste est qui contempſit
vitam mundi, & pervenit ad
coelestia regna. Quia te. Glo-
ria Patri. Quia te.

In tertio Nocturno Homilia
in Evangel. Sint lumbi vestri
praesincti.

Missae: Os justis, de Communi
Confessoris non Pontif.

DIE XIX. JUNII.

In Feſto S. Gaudentii Martyr.
Cujus Reliquia aſſervatur in
Ecclesia Cathed. Angelop.

FESTA
Duplex.

Omnia de Communi unius
Martyris.

Oratio: Praesta, quaesumus,
prim. loco.

U

Lec-

Lectiones primi Nocturni de
Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno Sermo
Sancti Augustini Episc. Triumphalis.

In tertio Nocturno Homilia
in Evangelium: Si quis vult.
Nona Lectio S. Gervasii, &
Protasii, & commemoratio in
Laudibus, & in Missa, quae est:
In virtute, cum dicto Evangel.
& in Mattheo dicitur Credo.

DIE XX. JUNII.

In Festo S. Juliane Virginis.
Duplex.

Omnia de Communi Virgini-
um, exceptis his, quae hic pro-
pria ponuntur.

Ad Vesper. & ad Matut.

HYMNI.

Celestis Agni nuptias,
O Juliana, dum peris,
Domum paternam deseris:
Chorumque ducis Virginum.
Sponsumque sultum Crucis
Noctes, diesque dum gemis,
Doloris icta cuspide,
Sponsi refers imaginem.
Quin septiformi vulnere
Fles ad gena Deiparæ:
Sed crescit infussa fletu,
Flammaeque tollit charitas.
Hinc morte fessam proxima
Non usitato te modo
Solatur, & misit Deus,
Dapei supernam porrigens.

Eterne rerum Conditor,
Eterne Fili par Patris,
Et par utriusque Spiritus
Soli tibi sit gloria. Amen.
ORATIO.

DEUS, qui Beatam Julia-
nam Virginem tuam ex-
tremo morbo laborantem pre-
tiosio Filii tui corpore mirabili-
ter recreare dignatus es: con-
cede quaesumus, ut ejus inter-
cedentibus meritis, nos quoque
eodem in mortis agone refe-
ti, ac roborati ad coelestem pa-
triam perducamur. Per eum-
dem Dominum nostrum Je-
sum Christum. &c.

Lectiones primi Nocturni de
Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Juliana ex nobili Falconeria
familia, clarissimo Patre,
qui templum Deiparæ ab An-
gelo salutata ere suo magnifi-
cè à fundamentis Florentia,
ut nunc visitur, erexit. Matræ
Reguardata, ambobus jam se-
nescentibus, ac ad id tempus
sterilibus, nata est anno millesimo
ducesimo septuagesimo.
Ab incunabulis non exi-
guum futuræ sanctitatis speci-
men dedit; vagientibus quip-
pe labris, suavissima Jesu, &
Mariæ nomina ultrò proferre
au-

audita est. Pueritiam postmo-
dum ingressa totam se chris-
tianis virtutibus mancipavit,
in quibus aded excelluit; ut
Beatus Alexius patrius, cujus
instituti, ac exemplis instrue-
batur, Matri dicere non dubi-
taverit, ipsam non foeminam
peperisse, sed Angelum; nam
ita modesto vultu, animoque
ab omni, vel levissima erroris
macula pura fuit, ut oculos
nunquam in toto vitæ cursu ad
hominis faciem intuemdam
crexit; audireque peccati vo-
cabulo contemnerit; imò
secleris narratione percussa,
illud propè exanimis corruerit.
Expleto nondum decimo
quinto ætatis suæ anno, re fa-
miliari, licet opulenta, ter-
renisque posthabitis nuptiis,
Deo virginitatem, in manibus
Divi Philippi Beniti sollem-
niter vovit, ab eoque om-
nium prima religiosum Man-
telatarum habitum, ut dicunt,
sumpsit.

Propter veritatem, &
mansuetudinem.

LECTIO V.

Julianæ exemplum, secuta
sunt plurimæ ex nobiliori-
bus familiis foemina ac Mater
ipsa filiae sese religiosè insti-
tuendam dedit, ita ut, aucto

paulatim numero, ordinem
Mantelatarum instituerit, ac
illi piè vivendi leges summa
prudentia, ac sanctitate tradi-
derit. Ejus virtutes cum opti-
mè perspectas Divus Benitus
haberet, morti proximus, nulli
melius, quam Julianæ, non
foeminas tantum, sed & totum
Servorum Ordinem, cujus Pro-
pagator, & Moderator exite-
rat, commendatum voluit. Ver-
um ipsa demissè semper de se
cogitabat, & cum ceterarum
esset magistra, in re quaque
domestica, licet vili, sororibus
famulabatur. Assiduitate oran-
di integras insumebat dies, in
extasim sapissimè raptæ, & si
requiem in sedandis civium
dissidiis, criminosis à via ini-
quitate retrahendis, ac inser-
viendis impendebat ægotis,
quorum quandoque saniem ex
ulceribus manantem, admoto
ore lambens, eorum sanitati res-
tituebat. Corpus summa flagris,
nodosis funiculis, ferreis citi-
gulis, virgillis, humi nuda cu-
bando, terer solita fuit. Parcissimè
cibo, & hoc vili qua-
tuor hebdomada diebus, & re-
liquis duobus solo Angelorum
pane contenta, excepto die
sabbati, quo pane solo, & aqua
nutriebatur.

u. Dilexisti iustitiam.

LECTIO VI.

DUra huiusmodi vivendi ratione in stomachi morbum incidit, quo in gravescente, cum septuagesimum ætatis annum ageret, ad extremum vitæ spatium redacta est. Diurnæ valetudinis incommoda hilari vultu, constantique animo pertulit: de uno tantum conqueri audita est, quod cum cibum capere, ac retinere nullo modo posset, ab Eucharistica mensa, ob Sacramenti reverentiam arceretur. Verum his in angustiis constituta Sacerdotem rogavit, ut allatum divinum Panem, quem ore sumere nequibat, pectori saltem exterius admoveret. Precibus illius morem gessit Sacerdos; & mirum! Eodem temporis momento, divinus Panis disparuit, & Juliana sereno, ac ridenti vultu expiravit. Res supra fidem tandiu fuit, donec virgineum de more curaretur corpus; inventa enim est circa sinistrum pectoris latus carni veluti sigillo impressa forma Hostiæ, quæ Christi Crucifixi effigiem representabat. Hujus prodigii fama cæterorumque miraculorum, non Florentiæ tantum, sed totius Christiani

Orbis venerationem illi conciliavit, ac per quatuor propè integra sæcula aded. aucta est, ut tandem Benedictus Papa decimus tertius in ejus celebritate Officium proprium recitari ab universo Ordine Beatæ Mariæ Virginis Servorum jussit. Clemens verò duodecimus munificentissimus ejusdem Ordinis, Protector novis in dies miraculis coruscantem, Sanctarum Virginum Catalogo adscripsit.

u. Afferentur Regi.

In tertio Nocturno Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelio. Simile erit regnum celorum, &c. ut in Communi Virginitum.

Missæ de Communi Virginitum: Dilexisti.

DIE XXI. JUNII.

In Festo S. Aloysii Gonzagæ Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, quæ sequuntur.

ORATIO.

CÆlestium donorum distributor Deus, qui in Angelico Juvæne Aloysio, miram vitæ innocentiam pari cum poenitentia sociasti; ejus meritis, & precibus concede, ut in-

innocentem non secuti, poenitentem initemur. Per Dominum nostrum.

Lectiones primi Nocturni de Libro Ecclesiasticæ: Beatus vir, de eodem Communi.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO VI.

Aloysius, Ferdinandi Gonzagæ Castellionis Steverorum Marchionis filius, festinato propter vitæ periculum baptismo, prius cælo, quam terris nasci visus; primam illam gratiam tam constantè retinuit, ut in ea confirmatus crederetur. A primo rationis usu, quo se Deo statim obtulit, vitam duxit quotidie sanctiorem. Novennis Florentiæ ante aram Beatæ Virginis, quam parentis loco semper habuit, perpetuam virginitatem vovit; eamque insigni Dei beneficio, nulla mentis, aut corporis pugna tentatam servavit. Reliquis animi perturbationes cepit ætate illa tam fortiter comprimere, ut nè primo, quidem earum motu deinde incitaretur. Sensus etiam oculos præcipuè, ita cohibuit, ut non modo illos nunquam in faciem intenderit Mariæ Austriacæ, quam plures annos inter honorarios Hispaniarum

Principis ephebos serè quotidie salutavit; sed à Matris etiam vultu continere. Homo propterea sine carne, aut Angelus in carne meritò appellatus.

u. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

y. Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit illi claritatem æternam.

LECTIO VII.

ADject sensuum custodiæ corporis cruciatum. Tria singulis hebdomadis jejunia, eaque plerumque modico pane, & aqua tolerabat. Quamquam perpetuum fuisse per id tempus ipsius jejunium videri potest; cum ejus prandia ferè vix unciam æquarent. Sæpè etiam ter in die se sinitibus, aut extensis cruciabat; flagella quandoque canum loris, cilicia equorum calcaribus supplevit. Mollem lectulum clam injectis asserum fragmentis asperabat, eò etiam, ut citius ad otandum excitaretur. Magnam quippè nodis partem, summa etiam hieme, solo teclis indutis, positus humi genibus, vel præ

præ languore jacens ac pronus, in cœlestium contemplatione traducebat. Interdii quoque tres, quatuor, quinque horas in ea perstabat immotus, donec unam saltem animo nusquam distracto percussisset. Cujus constantiæ præmium fuit stabilitas mentis inter orandum aliò non vagantis; imò perpetua velut extrasi in Deo defixa. Et demum ut unicè adhæreret, victo post triennale accerrimum certamen Patre, & aviti Principatus jure in fratrem translato, Societati Jesu, ad quam cœlesti voce Matrili fuerat accitus, Romæ se adjunxit.

g. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum: Et ad portas Paradisi coronavit eum.
 f. Induit eum Dominus loriceam fidei, & ornavit eum.

LECTIO VI.

IN tyrocinio ipso virtutum omnium Magister haberi coepit. Exactissima in eo erat legum etiam minutiarum custodia, mundi contemptus singularis, implacabile odium sui; Dei verò amor tam ardens, ut corpus etiam sensim absumeret. Jussus propterea mentem à divinis rebus tantisper aver-

tere, occurrentem sibi ubique Deum irritò conatu fugiebat. Mira etiam proximos charitate amplexus, in publicis, quibus alacriter ministrabat, nosocomiis contagiosam luem traxit. Quam lentè consumptus, die quem prædixerat, undecimo Kalendas Julii, ætatis anno quarto, & vigesimo jam inchoato, cum antea flagellis caedi, atque humi stratus mori postulasset, migravit in cœlum. Ibi eum Sancta Maria Magdalena de Pazzis tantæ sui gloriæ, Deo monstrante, vidit, quantam vix esse in cœlo credidisset, ipsumque sanctorum insignem, & charitate martyre incognitum fuisse prædicavit. Multis etiam, magnisque claruit miraculis. Quibus rite probatis, Benedictus decimus tertius Sanctorum fastis Anglicum Juvonem adscripsit, atque innocentem, & castitatis exemplar simul, & patronum studiosæ præsertim juventuti dedit.

g. Iste homo...
 IN III. NOCTURNO...
 Lectio Sancti Evangelii secundum Matth. Cap. 22. v. 29.

LECTIO VII.

IN illo tempore: respondens Jesus, ait Sadduceis: Er-

ratis, nescientes Scripturas, neque virtutem Dei in resurrectione enim, neque nubent, neque nubentur; sed erunt sicut Angeli Dei in cœlo. Et reliqua.

Homilia Sancti Joannis

Chrysostomi.

Lib. de Virginitate.

Virginitas est bona: id ergo quoque fateor. Atqui nuptiis etiam melior; & istud tibi assentior: ac si liber, illud adjungam, tantò nuptiis eam præstare, quantò cœlum terre, quantò hominibus Angeli, antecellunt; ac si quid præterea audendum est, etiam magis. Nam si neque nubunt Angeli, neque uxorem ducunt; non etiam carne, & sanguine coagmentati sunt: in terris præterea non commorantur, non cupiditarum, aut libidinum perturbationibus sunt obnoxii; non cibi indigent, aut potus: non sunt ejusmodi, ut eos dulcis sonus, aut cantus mollis, aut præclara species possit allicere; nulla denique ejus generis illecebra capiuntur.

g. Iste est, qui ante Deum.

LECTIO VIII.

AT humanum genus, cum natura beatis illis men-

tibus inferius sit, omni vi, studioque contendit, ut quoad ejus fieri potest, illas æsequatur. Quomodo? Non nubunt Angeli; at neque etiam virgo. Assistentes illi semper ad Deum, eidem inserviunt; & istud ipsum virgo. Quod si virgines, quandiu corporis onere deprimentur, quemadmodum Angeli in cœlum nequeunt ascendere; illud eo vel maximo solatio compensant, quod modo spiritu, & corpore sancti sint, cœli Regem recipiunt. Videsne virginitatis præstantiam? Quomodo terrarum incolæ sic afficiant, ut qui corpore vestiti sunt, eos incorporeis mentibus exæquet?
 g. Sint lumbi vestiri præcincti.

LECTIO IX.

QUA enim, quæso, referrebant ab Angelis Elias, Eliseus, Joannes, veri illi virginitatis amatores? nulla, nisi quòd mortali natura constabant. Nam cetera si quis diligenter inquirat, hi nihilominus affecti reperientur, quam beata illæ mentes: & id ipsum, quò inferiorem conditione videntur esse, in magna est eorum laude ponendum. Ut enim terrarum incolæ, & ii, qui

qui essent mortali natura, possent ad illam virtutem vi, & contentione pervenire; vide quanta eos fortitudine, quanta vitæ ratione præditos fuisse oporteat.

Te Deum laudamus.

Missa propria.

DIE XXII. JUNII.

Pro Archiepiscopatu.

In Fæsto Sancti Paulini Episcopi, & Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis.

Oratio: Da quesumus, Omnipotens Deus, ut in ejus fæsto.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno Lectio quarta, & quinta ipsius Sancti, ut in Breviario: sexta Sermo Sancti Maximi, ut in eodem Communi.

In tertio Nocturno Homilia in Evangel. Nolite timere, de Communi Confessoris non Pontificis.

v. 7. Amavit eum.

Missa: Sacerdotes tul.

FESTA JULII.

DIE VII. JULII.

In Fæsto Sancti Firmini Episcopi, & Martyris.

Duplex.

Omnia de Communi unius Martyris, præter ea que sequuntur.

ORATIO.

DEUS, qui per fidei præconium, & passionis agonem Beatum Firminum Episcopum, & Martyrem immortalitatis laurea coronasti: concede propitius; ut cujus celebramus triumphum, assequamur, & præmium. Per Dominum nostrum

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Firminus Pompelonæ nobilibus parentibus Firmo, & Eugenia natus, una cum illis à Beato Saturnino Episcopo Tolosano baptizatus est, à quo & Honesto Presbytero, ut Christiana Religione imbueretur, traditus, tantum in ea profecit, ut regiones circumquaque Evangelicis documentis, & vitæ sanctitate illustraret. Episcopus Pompelonensis creatus, terrenis facultatibus in pauperes erogatis, ad munus Apostolicum se accingens, cum intelligeret, per universam Galliam inferri sævam Christianis persecutionem, Pompelona discedens, multas Galliarum vrbes perlustravit: atque

ab

ab Idolorum cultu innumeram multitudinem Agennensium & Andegavensium ad Christi fidem convertit, Domino ejus doctrinam multis miraculis confirmante.

v. Honestum fecit.

LECTIO V.

INDE Bellovacum petens, cum pro extirpanda Idololatriæ superstitione plurimum laboraret, à Valerio Praside comprehensus, & flagellis usque ad necem cæsus, in carcerem conjectus est. Sergio autem Valerii successori reservatum, eo loco inedum & squallorem diu patienter tulit: sed vi à Populo liberatus, in ea Civitate diutius predicavit. Ecclesiam in honorem Protomartyris Stephani, aliasque nonnullas construxit. Inde Ambianum perrexit, ubi quadraginta dierum spatio, multis editis miraculis, tria hominum millia ad Christi fidem convertit, sacroque Baptismate abluvit. Porro Sebastianus & Longinus Præsides, cum certo scirent, Firmini predicatione multas sue Provinciæ vrbes, idolis contemptis, Christum colere, Treviris Ambianum quam celerrimè advenerunt, & Firminum graviter objur-

gatum, quod contra Imperialia edicta novam Religionem induceret, in carcerem detrudunt. At Populi seditionem veriti, intempestæ noctis silentio eum capite plecti jusserunt, septimo Kalendas Octobris.

v. Desiderium animæ ejus tribuisti ei Domine.

LECTIO VI.

INDE JUS corpus Faustinianus Senator, qui ab ipso Firmino fuerat lavacro Baptismatis regeneratus, clam sepelevit. Quod ibi latebat usque ad Theodoricum Regem; quo tempore Salvius Venerabilis Ambianensium Antistes assiduè precibus à Deo impetravit (ingenti super sepulchri locum lumine radiante, & ex eodem suavissimo odore ad vicina usque Oppida fragrantem) Sancti Martyris reliquias sibi revelari. In quarum translatione elementa etiam ipsa visa sunt ei obsequium præstitisse. Nam Idibus Januarii cum hiems esse horrida; subito omnes Regionis arbores fioribus, & follis virentibus vestita; prata liliis ac rosis plena omnibus ardebant. Denique multi agroti & infirmi ob merita Sancti Firmini illa die

X

in-

qui essent mortali natura, possent ad illam virtutem vi, & contentione pervenire; vide quanta eos fortitudine, quanta vitæ ratione præditos fuisse oporteat.

Te Deum laudamus.

Missa propria.

DIE XXII. JUNII.

Pro Archiepiscopatu.

In Fæsto Sancti Paulini Episcopi, & Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis.

Oratio: Da quesumus, Omnipotens Deus, ut in ejus fæsto.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno Lectio quarta, & quinta ipsius Sancti, ut in Breviario: sexta Sermo Sancti Maximi, ut in eodem Communi.

In tertio Nocturno Homilia in Evangel. Nolite timere, de Communi Confessoris non Pontificis.

v. 7. Amavit eum.

Missa: Sacerdotes tul.

FESTA JULII.

DIE VII. JULII.

In Fæsto Sancti Firmini Episcopi, & Martyris.

Duplex.

Omnia de Communi unius Martyris, præter ea que sequuntur.

ORATIO.

DEUS, qui per fidei præconium, & passionis agonem Beatum Firminum Episcopum, & Martyrem immortalitatis laurea coronasti: concede propitius; ut cujus celebramus triumphum, assequamur, & præmium. Per Dominum nostrum

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Firminus Pompelonæ nobilibus parentibus Firmo, & Eugenia natus, una cum illis à Beato Saturnino Episcopo Tolosano baptizatus est, à quo & Honesto Presbytero, ut Christiana Religione imbueretur, traditus, tantum in ea profecit, ut regiones circumquaque Evangelicis documentis, & vitæ sanctitate illustraret. Episcopus Pompelonensis creatus, terrenis facultatibus in pauperes erogatis, ad munus Apostolicum se accingens, cum intelligeret, per universam Galliam inferri sævam Christianis persecutionem, Pompelona discedens, multas Galliarum vrbes perlustravit: atque

ab

ab Idolorum cultu innumeram multitudinem Agennensium & Andegavensium ad Christi fidem convertit, Domino ejus doctrinam multis miraculis confirmante.

v. Honestum fecit.

LECTIO V.

INDE Bellovacum petens, cum pro extirpanda Idololatriæ superstitione plurimum laboraret, à Valerio Praside comprehensus, & flagellis usque ad necem cæsus, in carcerem conjectus est. Sergio autem Valerii successori reservatum, eo loco inedum & squallorem diu patienter tulit: sed vi à Populo liberatus, in ea Civitate diutius predicavit. Ecclesiam in honorem Protomartyris Stephani, aliasque nonnullas construxit. Inde Ambianum perrexit, ubi quadraginta dierum spatio, multis editis miraculis, tria hominum millia ad Christi fidem convertit, sacroque Baptismate abluit. Porro Sebastianus & Longinus Præsides, cum certo scirent, Firmini predicatione multas suæ Provinciæ vrbes, idolis contemptis, Christum colere, Treviris Ambianum quam celerrimè advenerunt, & Firminum graviter objur-

gatum, quod contra Imperialia edicta novam Religionem induceret, in carcerem detrudunt. At Populi seditionem veriti, intempestæ noctis silentio eum capite plecti jusserunt, septimo Kalendas Octobris.

v. Desiderium animæ ejus tribuisti ei Domine.

LECTIO VI.

INDE JUS corpus Faustinianus Senator, qui ab ipso Firmino fuerat lavacro Baptismatis regeneratus, clam sepelevit. Quod ibi latebat usque ad Theodoricum Regem; quo tempore Salvius Venerabilis Ambianensium Antistes assiduè precibus à Deo impetravit (ingenti super sepulchri locum lumine radiante, & ex eodem suavissimo odore ad vicina usque Oppida fragran- te) Sancti Martyris reliquias sibi revelari. In quarum translatione elementa etiam ipsa visa sunt ei obsequium præstitisse. Nam Idibus Januarii cum hiems esse horrida; subito omnes Regionis arbores fioribus, & follis virentibus vestita; prata liliis ac rosis plena omnibus ardebant. Denique multi agroti & infirmi ob merita Sancti Firmini illa die

X

in-

integram sanitatem recuperant.

v. Stola jucunditatis.

In tertio Nocturno Homilia in Evangel. Nisi granum frumenti cadens in terram, sumatur ex Peto S. Laurentii die 10. Augusti, ut in Breviario.

Re. vii. Corona aurea.

v. viii. Hic est verè martyr. De Communi unius Martyris.

FERIA IV.

Post Octavam Ss. Apostolorum Petri, & Pauli.

Festum Pretiosissimi Sanguinis Dñi. Nostrri Jesu Christi.

Duplex primæ classis.

AD VESPERAS.

Añã. Christum proposuit Deus, cum reliquis de Landib.

Psalmus: Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica, & leco ultimi. Psalm. Laudate Dominum omnes Gentes.

Cap. Hebr. 9. e.

Utrates, tabernaculum, & omnia vasa ministerii sanguine aspersit Moyses: & omnia penè in sanguine secundum legem mundantur, & sine sanguinis effusione non fit remissio.

HYMNUS.

M Aximus Redemptor orbis

Morte vitam contulit: Qui nec argento caduco, Sed nec auro labili, Corporis tamen sacrati Nos redemit Sanguine.

Mitis agnus immolatur Omnium pro crimine: Ne quod arte fabricatum Conditoris extitit, Dignus hostis possidoret, Qui malum suggererat.

Magna prestat immolatus Dux salutis omnium: Complect excessum, fideles Quem Propheta dixerant: Nostra tunc peccata solvit Nos tyranno liberans.

Misit infans carne scissus, Misit orans Sanguinem: Misit & flagella passus, Orbe punctus spineo: Dum manus, pedes, latusque Pandit offert Sanguinem.

Laus, honor, virtus suprema Conditori machinæ, Quam Pater summus gubernat, Natus, atque Spiritus Omnibus Deus colendus Sæculorum sæculis. Amen.

y. Redemisti nos Domine. v. In Sanguine tuo.

AD MAGNIFICAT. Añã. Sanguis Christi, qui per Spiritum Sanctum semetipsum ob-

tu-

tulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad servendum Deo viventi.

ORATIO.

Omnipotens sempiterno Deus, qui Sanguine Filii tui pacari, & nos redimi voluisti: concede nobis, quaesumus, salutis nostræ pretium ita recollere, ut & nunc veniam, & in æternam gloriam consequi valeamus. Per eundem Dominum nostrum.

AD MATUTINUM.

INVITATORIUM. Christum Dei Filium, qui suo nos Sanguine redemit: * Venite adoremus.

Psalm. Venite exultemus, HYMNUS.

Sanguis olim victimarum, Quem vetus Lex obtulit, Foederis novi sacratum Nuntiavit Sanguinem: Quo redempti, sanctitatem Assequamur spiritus. Lex amoris postulabat Differentem victimam, Offerens ubi sacerdos Esset idem victima: Sequè clemens immolaret In medellam criminum. In Crucem Redemptor actus Nostra delet crimina: Quando pro salute mundi

Ex sacro corpore Uberes rivi cruoris Copiosè profluunt. Perforatur namque clavis, Et latus dirumpitur: Undè Sacramenta manant, Labeque nos abluunt: Hinc caput nostræ salutis Confitemur Sanguinem.

Laus, honor, virtus suprema Conditori machinæ, Quam Pater summus gubernat, Natus, atque Spiritus, Omnibus Deus colendus Sæculorum sæculis. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Añã. Accipiens Sanguinem Moyses, omnem populum aspersit, dicens: Hic sanguis testamenti, quod mandavit ad vos Deus.

Psalmus 2.

Quare fremuerunt Gentes, & populi meditati sunt inania?

Quare astiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum * adversus Dominum, & adversus Christum ejus.

Dirumpamus vincula eorum: * & projiciamus à nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in caelis, iridebit eos: * & Dominus subvertet eos.

Tunc

X 2

Tunc loquetur ad eos in ira sua, * & in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, * predicans preceptum ejus.

Dominus dixit a me: * Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Postula à me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam, * & possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea, * & tamquam vas figuli confringet eos.

Et nunc reges intelligite: * erudimini qui iudicatis terram. Servite Domino in timore: * & exultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, * & pereatis de via justa.

Cum exarserit in brevi ira ejus, * beati omnes qui confidunt in eo.

Añā. Accipiens sanguinem Moyses, omnem populum aspexit, dicens: Hic sanguis testamenti, quod mandavit ad vos Deus.

Añā. Quare rubrum.

Psalmus 3.

Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me?

* multi insurgunt adversum me.

Multi dicunt animæ meæ: * Non est salus ipsi in Deo ejus. Tu autem Domine susceptor meus es, * gloria mea, & exaltans caput meum.

Voce mea ad Dominum clamavi: * & exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormivi, & soporatus sum * & exurrexi, quia Dominus suscepit me.

Non timebo millia populi circumdantis me: * exurge Domine, salvum me fac Deus meus.

Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa: * dentes peccatorum contrivisti.

Domini est salus: * & super populum tuum benedictio tua.

Añā. Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari?

Añā. In sanguine testamenti
Psalmus 15.

Conserva me Domine, quoniam speravi in te. * Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra ejus:

ejus: * mirificavit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: * postea acceleraverunt.

Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus: * nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Dominus pars hereditatis meæ & calicis mei: * tu es, qui restitues hereditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in præclaris: * etenim hereditas mea præclara est mihi.

Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum: * insuper & usque ad noctem increpauerunt me renes mei.

Providebam Dominum in conspectu meo semper: * quoniam à dextris est mihi, ne commovear.

Propter hoc latatum est cor meum, & exultavit lingua mea: * insuper & caro mea requiescet in spe.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno: * nec dabis sanctum tuum videte corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitæ adimplebis me lætitia cum vultu tuo: * delectationes in dextera tua usque in finem.

Añā. In sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua.

¶ Redemisti nos Domine. n. In sanguine tuo.

Pater noster *Absolutio.* Exaudi Domine. *Vers.* Jubæ domine. *Benedictio.* Benedictione perpetua.

De Libro Exodus.

LECTIO 1. Cap. 12. a.

Dixit Dominus ad Moysen, & Aaron in terra Egypti: Loquimini ad universum cœtum filiorum Israël, & dicite eis: Decima die mensis hujus tollat unusquisque agnum per familias & domos suas. Erit autem agnus absque macula, masculus, anniculus: juxta quem ritum tollētis & hœdum. Er servabitur eum usque ad quartam decimam diem mensis hujus: immolabitque eum universa multitudo filiorum Israël ad vesperam. Er summent de sanguine ejus, ac pōnent super utrumque postem, & in superliminaribus domorum, in quibus comedent illum.

¶ Gratificavit nos Deus in dilecto Filio suo, in quo habemus redemptionem. * Per sanguinem ejus.

¶ Remissionem peccatorum

* *Loquimini.*

secundum divitiis gratiae ejus, quae superabundavit in nobis. Per sanguinem ejus.

Bened. Unigenitus Dei filius.

LECTIO II.

Transibo per terram Aegypti nocte illa, percutiamque omne primogenitum in terra Aegypti ab homine usque ad pecus: & in cunctis diis Aegypti faciam judicia, ego Dominus. Erit autem sanguis vobis in signum in aedibus, in quibus eritis: & videbo sanguinem & transibo vos; nec erit in vobis plaga disperdens, quando percussoro terram Aegypti. Habebitis autem hunc diem in monumentum: & celebrabitis eam solemnem Domino in generationibus vestris cultu sempiterno.

Non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conversatione praeteritae traditionis: Sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati Christi.

Ex corde invicem diligite renati non ex semine corruptibili. Sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati Christi.

Benedictio. Spiritus Sancti gratia illuminet sensus, & corda nostra.

LECTIO III.

Vocavit autem Moyses omnes seniores filiorum Israel, & dixit ad eos: Ite, tollentes animal per familias vestras, & immolate phase, fasciculumque hyssopi tingite in sanguine, qui est in limine, & aspergite ex eo superliminare, & utrumque postem: nullus vestrum egredietur ostium domus suae usque mane. Transibit enim Dominus percutiens Aegyptios: cumque viderit sanguinem in superliminari, & in utroque poste, transcendet ostium domus, & non sinet percussorem ingredi domos vestras, & ledere.

Christus peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, justitiae vivamus: Cujus livore sanati estis.

Eratis enim sicut oves errantes, sed conversi estis nunc ad pastorem animarum vestrarum. Cujus livore sanati estis. Gloria Patri. Cujus livore sanati estis.

IN II. NOCTURNO.

Añ. Justificati in sanguine Christi.

Psalmus 22.

Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco

eo pascuae ibi me collocabit. Super aquam refectiois educabit me: animam meam convertit.

Deduxit me super semitas justitiae: propter nomen suum. Nam & si ambulavero in medio umbrarum mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es.

Virga tua, & baculus tuus: ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam: adversus eos qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum: & calix meus inebrians quam praeclarus est! Et misericordia tua subsequetur me: omnibus diebus vitae meae.

Et ut inhabitem in domo Domini, in longitudinem dierum.

Añ. Justificati in sanguine Christi, salvi erimus ab ira per ipsum.

Añ. Pretio empti.

Psalmus 29.

Rexaltabo te Domine, quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me.

Domine Deus meus, clama vi ad te: & sanasti me.

Domine eduxisti ab inferno animam meam: salvasti me a descendentibus in lacum.

Psallite Domino sancti ejus: & consistimini memoriae sanctitatis ejus.

Quoniam ira in indignatione ejus: & vita in voluntate ejus.

Ad vesperum demorabitur fetus: & ad matutinum latitia.

Ego autem dixi in abundantia mea: non movebor in aeternum.

Domine in voluntate tua, praestitisti decori meo virtutem.

Avertisti faciem tuam a me: & factus sum conturbatus.

Ad te Domine clamabo: & ad Deum meum deprecabor.

Quae utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?

Namquid confitebitur tibi pulvis, aut annuntiabit veritatem tuam?

Audivit Dominus, & miseratus est mei: Dominus factus est adjutor meus.

Convertisti planctum meum in gaudium mihi: & concidisti sacrum meum: & circumdediti me latitibus.

Ut canteat tibi gloria mea, &

& non compangat: * Domine Deus meus in aeternum confitebor tibi.

Añā. Pretio empti estis nolite fieri serui hominum.

Añā. Dedit semetipsum Jesus Christus.

Psalmus 65.

Exaudi deus orationem meam cum deprecor: * à timore inimici eripe animam meam.

Protexisti me à conuentu malignantium: * à multitudi-
ne operantium iniquitatem.

Quia exaceruerunt ut gladium linguas suas: * intenderunt arcum rem amaram, ut sagittent in occultis immaculatum.

Subito sagittabant eum, & non timebant: * firmauerunt sibi sermonem nequam.

Narrauerunt ut absconderent aqueos: * dixerunt: Quis videbit eos?

Scrutati sunt iniquitates: * defecerunt scrutantes scrutinio. Accedet homo ad cor aliorum: * & exaltabitur Deus.

Sagittae parvulorum factae sunt plaga eorum: * & infirmatae sunt contra eos lingue eorum.

Conturbati sunt omnes qui videbant eos: * & timuit omnis homo.

Et annuntiaverunt opera Dei: & facta ejus intellexerunt.

Latabitur justus in Domino, & sperabit in eo: * & laudabuntur omnes recti corde.

Añā. Dedit semetipsum Jesus Christus pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate.

¶ Beati, qui lavant stolas suas.

¶ In sanguine agni. Pater noster. *Absolutio.* Ipsius pietas. *Vers.* Jube domne. *Benedictio.* Deus pater omnipotens.

Sermo Sancti Joannis Chrysostomi.

Homilia ad Neophitos, antedidum tom. 5.

LECTIO IV.

Vultis sanguinis Christi audire virtutem? Redeamus ad ejus exemplum, & priorem typum recorderemur, & pristinam scripturam narremus. In Aegypto nocte media Aegyptiis Deus plagam decimam minabatur, ut eorum primogenita deperirent, quia primogenitum ejus populum detinebant. Sed ne amata plebs Judaeorum uoà cum illis periclitaretur, quia unus locus continebat universos, remedium discretionis inventum est. Pro-

in.

inde exemplum mirabile, ut discas in veritate virtutem. Ira divina indignationis sperabatur, & domos singulas mortifer circumibat. Quid igitur Moyses? Occidite, inquit, agnum anniculum, & sanguine ejus linite januas.

¶ Ipse est caput corporis Ecclesiae: * Ut sit in omnibus ipse primatum tenens.

¶ Quia complacuit per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus, sive quae in terris, sive quae in caelis sunt. Ut sit in omnibus.

Benedictio. Christus perpetua.

LECTIO V.

Quid ait Moyses? Sanguis ovis rationalem hominem liberare consuevit? Valdè, inquit, non ed quòd sanguis est; sed quia Domini sanguinis per eum demonstratur exemplum. Nam sicut regnantium statuae, quae sine causa sunt & sermone, nonnumquam ad se confugiuntibus hominibus anima, & ratione decoratis subvenire consueverunt, non quia sunt arte confectae, sed quia retinent imaginem principalem: ita & sanguis ille, qui irrationalis fuit, animos habentes homi-

nes liberavit, non quia sanguis fuit; sed quia hujus sanguinis ostendebat adventum.

¶ Cum essetis aliquando alienati, & inimici sensu in operibus malis: * Nunc reconciliavit vos Christus in corpore carnis suae per mortem.

¶ Ut exhiberet vos sanctos, & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso. Nunc reconciliabit.

Bened. Ignem sui amoris.

LECTIO VI.

Angelus igitur ille vastator cum linitos potes, atque aditus pervideret, transiit gressus, & non est ausus intrare. Nunc ergo si viderit inimicus non postibus impositum sanguinem typi, sed fideiorem ore lucentem sanguinem veritatis, Christi templi postibus dedicatum, multò magis se subtrahet. Si enim Angelus cessit exemplo, quantum magis terribitur inimicus, si ipsam perspexerit veritatem?

¶ Dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula ejus: quoniam occisus es, & redemisti nos Deo * In sanguine tuo.

¶ Et fecisti nos Deo nostro regnum, & regnabimus super

per

per terram. In sanguine tuo,
Gloria Patri. In sanguine tuo.

IN III. NOCTURNO.

Añã. Vos qui aliquandò.

Psalms 73.

UT quid Deus repulisti in
finem: * iratus est furor
tuus super oves pascue tue?

Memor esto congregatio-
nis tuæ, * quam possedisti ab
initio.

Redemisti virgam heredi-
tatis tuæ: * mons Sion, in quo
habitasti in eo.

Leva manus tuas in super-
bias eorum in finem; * quan-
ta malignatus est inimicus in
sancto!

Et gloriati sunt qui oderunt
te, * in medio solemnitate tuæ.

Posuerunt signa sua, signa
* & non cognoverunt sicut in
exitu super summum.

Quasi in silva lignorum se-
curibus, exciderunt janus ejus
in idipsum: * in securi & ascia
dejecerunt eam.

Incenderunt igni sanctua-
rium tuum: * in terra po-
luerunt tabernaculum nomi-
nis tui.

Dixerunt in corde suo cog-
natio eorum simul: * Quiesce-
re faciamus omnes dies festos
Dei à terra.

Signa nostra non vidimus;

jam non est Propheta: * & non
non cognosces amplius.

Usquequò Deus impropera-
bit inimicus: * irritat adversa-
rius nomen tuum in finem?

Ut quid avertis manum
tuam, & dexteram tuam, * de
medio sinu tuo in finem?

Deus autem Rex noster an-
tè secula: * operatus est salu-
tem in medio terræ.

Tu confirmasti in virtute
tua mare: * contribulasti capi-
ta draconum in aquis.

Tu confregisti capita draco-
nis: * dedisti eum escam po-
pulus Ethiopum.

Tu dirupisti fontes, & tor-
rentes: * tu siccasti fluvios
Ethan.

Tuus est dies, & tua est
nox: * tu fabricatus est auro-
ram & solem.

Tu fecisti omnes terminos
terræ: * astatem & ver tu
plantasti ea.

Memor esto hujus inimicus
improperavit Domino: * &
populus insipiens incitavit no-
men tuum.

Ne tradas bestis animas
confitentes tibi, * & animas
pauperum tuorum ne oblivis-
caris in finem.

Respice in testamentum
tuum: * quia repleti sunt, qui
obs-

obscurati sunt terræ domibus
iniquitatum.

Ne avertatur humilis factus
confusus: * pauper & inops
laudabunt nomen tuum.

Exurge Deus, judica causam
tuam: * memor esto improp-
riorum tuorum, eorum quæ ab
insipiente sunt tota die.

Ne obliviscaris voces ini-
micorum tuorum: * superbia
eorum, qui te oderunt, ascen-
dit semper.

Añã. Vos qui aliquandò
eratis longè, facti estis propè
in sanguine Christi.

Añã. Habentes fiduciam in
introitu.

Psalms 87.

Domine Deus salutis meæ,
* in die clamavi, & noc-
te coram te.

Intret in conspectu tuo or-
atio mea: * inclina aurem tuam
ad precem meam.

Quia repleta est malis ani-
ma mea: * & vita mea inferno
appropinquavit.

Estimatus sum cum descen-
dentibus in lacum: * factus
sum sicut homo sine adjutorio
inter mortuos liber.

Sicut vulnerati dormientes
in sepulchris, quorum non
memor amplius: * & ipsi de
manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu infe-
riori: * in tenebrosis, & in
umbra mortis.

Super me confirmatus est
furor tuus: * & omnes fluctus
tuos induxisti super me.

Longè fecisti me notos à
me: * posuerunt me abomina-
tionem sibi.

Traditus sum, & non egre-
diebar: * oculi mei languerunt
præ inopia.

Clamavi ad te Domine to-
ta die: * expandi ad te manus
meas.

Numquid mortuis facies mi-
rabilia: * aut medici suscita-
bunt, & confitebuntur tibi?

Numquid narrabit aliquis
in sepulchro misericordiam
tuam, * & veritatem tuam in
perditione?

Numquid cognoscetur in
tenebris mirabilia tua: * & jus-
titia tua in terra oblivionis?

Et ego ad te Domine cla-
mavi: * & manè oratio mea
præveniet te.

Ut quid Domine repellis
orationem meam: * avertis fa-
ciem tuam à me?

Pauper sum ego, & in labo-
ribus à juventute mea: * exal-
tatus autem humiliatus sum
& conturbatus.

In me transierunt iræ tuæ:

* & terrores tui conturbaverunt me.

Circumdede-
runt me sicut
aqua tota die: * circumdede-
runt me simul.

Elongasti à me amicum &
proximum: * & notos meos à
miseria.

Añs. Habentes fiduciam in
introitu sanctorum in sangui-
ne Christi, accedamus in ple-
nitudine fidei.

Añs. Vestitus erat veste.

Psalms 92.

DEUS ultionum Dominus:
* Deus ultionum libe-
rè egit.

Exaltare qui iudicas ter-
ram: * redde retributionem su-
perbis.

Usquequò peccatores Do-
mine: * usquequò peccatores
gloriantur?

Effabuntur, & loquentur
iniquitatem: * loquentur om-
nes, qui operantur iniquitatem.

Populum tuum Domine hu-
milliaverunt: * & hereditatem
tuam vexaverunt.

Vidua & advenam inter-
fecerunt: * & pupillos occide-
runt.

Et dixerunt: Non videbit
Dominus, * nec intelliget
Deus Jacob.

Intelligite insipientes in

populo: * & stulti aliquandò
sapite.

Qui plantavit aurem, non
audiet: * aut qui finxit ocu-
lum, non considerat?

Qui corripit Gentes non
arguet. * qui docet hominem
scientiam?

Dominus sit cogitationes
hominum, * quoniam vanæ
sunt.

Beatus homo, quem tu eru-
dicis Domine: * & de lege
tua docueris eum.

Ut mitiges ei à diebus ma-
lis: * donec sodiatur peccato-
ri fovea.

Quia non repellet Dominus
plebem suam: * & hereditatem
suam non derelinquet.

Quoadusque iustitia conver-
tatur in iocundum: * & qui
iuxta illam omnes qui recto
sunt corde.

Quis consurget mihi adver-
sus malignantes: * aut quis sta-
bit mecum adversus operantes
iniquitatem?

Nisi quia Dominus adjuxit
me: * paulominus habitasset
in inferno anima mea.

Si dicebam: Motus est pes
meus: * misericordia tua Do-
mine adjuvat me.

Secundùm multitudinem
dolorum meorum in corde

meo

meo, * consolationes tue lati-
ficaverunt animam meam.

Numquid adhaeret tibi se-
des iniquitatis: * qui fingis la-
borem in præcepto?

Captabunt in animam justì,
* & sanguinem innocentem
condemnabunt.

Et factus est mihi Dominus
in refugium * & Deus meus
in adiutorium spei meæ.

Et reddet illis iniquitatem
ipsorum, & in malitia eorum
disperdet eos: * disperdet illos
Dominus Deus noster.

Añs. Vestitus erat veste
aspersa sanguine, & vocabatur
nomen ejus Verbum Dei.

Deallbaverunt stolas suas
in sanguine agni.

Ideo sunt ante thronum
Dei.

Pater noster. *Absolutio.* A
vinculis. *Vers.* Jube domne.
Benedict. Evangelica lectio.

LECTIO SANCTI EVANGELII SECON-
DUM JOANNEM. Cap. 19. f.

LECTIO VII.

IN illo tempore: Sciens Je-
sus quia omnia consum-
mata sunt, ut consummaretur
scriptura, dixit: Sitio. Et reli-
qua.

HOMILIA SANCTI JOANNIS CHRY-
SOSTOMI.

*Homilia 45. & 48. in Mat-
theum ante medium.*

UBique demonstrare adni-
tatur, novam hanc mor-
tem fuisse. Siquidem in potes-
tate morientis erat, ne prius-
quam ipse vellet, & omnia im-
pleta essent, moreretur. Ideò
dicebat: Potestatem habeo po-
nendi animam meam, & po-
testatem habeo iterum sumen-
di eam. Sciens ergò omnia
consummata, ait: Sitio: etiam
hoc verbo prophetiam im-
plens. Tu autem adstantium
pravitatem intellige: nam li-
cet innumeros habeamus ini-
micos, qui nos gravissimè per-
secuti sint, cum tamen interi-
mi eos videmus, scilicet mi-
sericordia: hi verò nihil moti,
magis ebullantur, & irrident,
acetumque in spongia por-
rigunt, ut bibat tamquam reus:
nam propter hoc hyssopum
additur quo gustato, mortuus
est. Vides quam non pertur-
bare, & quam potenter omnia
transigentem.

Be. Passus es Christus se ab
iniquis comprehendendi, & im-
pias savientium in se manus
admisit. * Ut ejus Sanguis pre-
tium posset credentium fieri.

Y. Cehibuit in se poten-
tiam deitatis, ut ad gloriam per-

perueniret passionis. Ut ejus
Sanguis.

Bened. Divinum auxilium.

LECTIO VIII.

CUM omnia consummata
essent, inclinato capite
tradidit spiritum; hoc est, ex-
piravit. Atqui non post incli-
natum caput expiravit, sed
post expirationem caput in-
clinatum; hic autem contra ac-
cidit; per quod ostendit Euan-
gelista, cum esse omnium do-
minum. Judæi autem camel-
lum devorantes, & calicem ex-
colantes, tantum nefas ausi, de
die consultant. Quoniam Pa-
rasceve erat, ut non remane-
rent in cruce corpora sabbato,
rogaverunt Pilatum, ut vides-
gerentur eorum crura: frange-
rentur quanti sit veritas, per ea quæ
illi faciunt, prophetia imple-
tur: alia enim ex hoc manifes-
tata est. Venerunt ergo mili-
tes, & aliorum frugerunt cru-
ra, non Christi: sed ad Judæo-
rum gratiam conciliandam la-
tus ejus lancea aperuerunt: &
mortuo adhuc insultant. O
pessimam voluntatem! O sce-
lestissimam! Noli tamen per-
turbari dilectissimam: quæ enim
malo illi animo patrarunt, ve-
ritati consentiebant; propheta
enim hinc impleta est, di-

Festa Julii.

cens: Videbunt in quem trans-
fixerunt.

y. Invitatur ad paradisi
divitias populus Christianus:
• Igneam enim illam rom-
phæam, quæ vitæ regio erat
inclusa, sacer Christi Sanguis
extinxit.

y. Cunctis regeneratis, ad
amissam patriam patefactus est
redditus: Igneam enim. Gloria
Patri. Igneam enim.

Benedictio. Ad societatem.

LECTIO IX.

ET continuò exivit sanguis,
& aqua. Non casu & sim-
pliciter hi fontes scaturierunt:
sed quoniam ex ambobus Ec-
clesia constituta est. Sciunt
hoc initiati, per aquam rege-
nerati, sanguine & carne nu-
triti. Hinc mysteria ortum ha-
bent, ut quoties ad admiran-
dum calicem accedis tanquam
ab ipso latere hauriens, ac-
cedas. Qui ipse Christi San-
guis nostrarum animarum est
salus, quo abluitur anima, or-
natur, & inflammatur. Hic
mentem nostram igne redit
splendidiorem, hic auro cla-
riorem animam facit. Hic San-
guis effusus est, & coelum fe-
cit nobis accessibile. Hic ter-
rarum orbis est pretium, hoc
Christus emit Ecclesiam, hoc
eam

eam omnem adornavit. Hujus
Sanguinis participes, cum An-
gelis, & Archangelis, & su-
pernis manent virtutibus, ip-
sam regiam Christi stolam in-
duti, & arma spiritalia ge-
rentes. Sed nihil adhuc dixi,
ipsum enim induti sunt Re-
gem. Te Deum.

AD LAUDES, ET PER HORAS.

Añ. Christum proposuit
Deus propitiorem per fidem
in Sanguine ipsius.

Psalm. Dominus regnavit,
eum reliquis de Dominica.

Añ. Jesus ut sanctificaret
per suum Sanguinem popu-
lum, extra portam passus est.

Añ. Sanguis Jesu Christi
Filii Dei emundat nos ab om-
ni peccato.

Añ. Venit per aquam &
Sanguinem Jesus Christus,
non in aqua solum, sed in
aqua & Sanguine.

Añ. Christus dilexit nos,
& lavit nos à peccatis nostris
in Sanguine suo.

Cap. Ad Hebr. 9. e.

Patres tabernaculum, &
omnia vasa ministerii, san-
guine aspersit Moyses: & om-
nia penè in sanguine secun-
dum legem mundantur, & si-
ne sanguinis effusione non fit
remissio.

HYMNUS.

Celset rerum Conditor,
Salutis auctor omnium,
Tu nos sacro Sanguine
Omni repurgas crimini.
Nos anguis ille callidus,
Antiquus hostis straverat.
Primum nitorem mentium
Caligo culpæ demperat.

Sacro tamen de corpore
Summi valoris Sanguinem
Fundis redemptor affatim,
Omnemque labem diluis.

Repelle quidquid improbum
Interna cordis inficit:

In nos refunde, quaesumus,
Tui vigorem Sanguis.

Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,

Cum Spiritu Paráclito,
Nunc, & per omne sæculum.

Amen.

y. Empti estis pretio magnò.
y. Sanguine Christi.

AD BENEDICTUS. Añ.

Christus non per sanguinem
hircorum, aut vitulorum, sed
per proprium sanguinem in-
troivit semel in Sancta, æterna
redemptione inventa.

ORATIO.

Omnipotens sempiterno
Deus, qui Sanguine Filii
tui placari, & nos redimi vo-
luisti: concede nobis quaesu-
mus salutis nostræ pretium ita

recolere; ut & nunc veniam,
& in eternum gloriam conse-
qui valeamus. Per eundem Do-
minum nostrum.

AD TERTIAM.

Añã. Jesus, ut sanctificaret.
Capitulum. Fratres, taber-
naculum, ut *suprà* in Lau-
dibus.

ꝯ. brev. Dealbaverunt sto-
las suas * In Sanguine agni.
Dealbaverunt.

ꝯ. Ideo sunt ante Thronum
Dei. In Sanguine agni. Gloria
Patri. Dealbaverunt.

ꝯ. Empti estis pretio magno.
ꝯ. Sanguine Christi.

AD SEXTAM.

Añã. Sanguis Jesu Christi.
Capit. Hebr. 9. d.

Si sanguis hircorum, & tau-
rorum, inquinatos sanctifi-
cat ad emundationem carnis:
quanto magis sanguis Christi
emundabit conscientiam nos-
tram ab operibus mortalis ad
serviendum Deo viventi?

ꝯ. brev. Empti estis * Pre-
tio magno. Empti estis.

ꝯ. Sanguine Christi Pretio
magno. Gloria Patri. Empti
estis.

ꝯ. Justificati in Sanguine
ipsius.

ꝯ. Salvi erimus ab ira per
ipsum.

AD NONAM.

Añã. Christus dilexit.

Capit. Apoc. 12. c.

Projectus est accusator fra-
trum nostrorum, & ipsi
vicerunt eum propter sangui-
nem agni.

ꝯ. brev. Justificati. * In
Sanguine ipsius. Justificati.

ꝯ. Salvi erimus ab ira per
ipsum. In Sanguine ipsius.
Gloria Patri. Justificati.

ꝯ. Christus lavit nos à pec-
catis nostris.

ꝯ. In sanguine suo.

*In secundis Vesperis omnia
ut in primis.*

ꝯ. Christus lavit nos à pec-
catis nostris.

ꝯ. In Sanguine suo.

AD MAGNETICAT. Añã.

Accessistis ad Sion montem,
& Civitatem Dei viventis Jeru-
salem celestem, & testa-
menti novi mediatorem Jesu-
sum, & Sanguinis aspersio-
nem melius loquentem quam
Abel.

Missa propria.

DIE IX. JULII.

Secunda die infra Octavam S.

Elisabeth.

Semiduplex.

Omnia ut in die Festi.

*Lectioes primi Nocturni de
Scriptura occurrente.*

IN

IN II. NOCTERNO.

Sermo S. Gregorii Nazianzeni.

*In laudem Gorgoniae, circa
medium.*

LECTIO IV.

Hæc Elisabeth pudicitia
quidem laude adeo præstitit,
adeoque non modo omnes
ætatis suæ mulieres, sed etiam
veteres, quæ eo virtutis genere
floruisse dicuntur, antecelluit,
ut, cum in duo hæc genera vi-
ta nostra omnis divisa sit, ni-
mirum in matrimonium, &
cælibatum (quorum alterum
ut præstantius & divinius, ita
majoris quoque laboris & pe-
riculi; alterum humilium quid-
dem & adjectius, cæterum mi-
nori periculo obnoxium) vita-
tis utriusque status incommo-
dis, quidquid in utroque com-
modi erat, delegerit, in unum-
que coegerit, alterius nempe
sublimitatem, alterius securi-
tatem: fueritque citra superci-
lium pudica, cælibatus com-
moda, matrimonio temperans,
ac re ipsa ostendens, neutrum
horum suapte natura tale esse,
ut nos prorsus vel Deo, vel
mundo adstringat, vel ab his
pénitus nos separet.

ꝯ. Audi filia, & vide, & in-
clina aurem tuam, & oblivis-
cere populum tuum, & domum

patris tui: * Et concupiscet
Rex decorem tuum.

ꝯ. Specie tua, & pulchritu-
dine tua intende, prospere pro-
cede, & regna. Et concupiscet.

LECTIO V.

NON enim quia carni con-
iuncta erat, idcirco à spiri-
ritu disjuncta est: nec quia pro
capite virum habebat, ideò
primarium caput ignoravit;
sed mundo naturæque hæc
obsecuta, ut carnis legi,
vel ei potius qui hanc carni
legem indixit, satisfacere, to-
tam se postea Deo consecra-
vit. Enimverò divinus Salo-
mon in proverbiiis, femina
domi manentem, virumque
amantem laudat, quæ honestè
in domo versatur, ac mulie-
bria officia virili & strenuo
animo exequitur, semperque
ad fuscum & colum manus ob-
firmat, cæteraque omnia præ-
stat, quæ ille de honesta &
industria matrona prædicavit.
Ego verò si ab his rebus lau-
danda Elisabeth argumenta
petere, similiter facerem, ac
si ab umbra statuum lauda-
rem, aut ab unguibus leonem,
relictis majoribus & excellen-
tioribus.

ꝯ. Manum suam misit ad
fortia: * Manum suam aperuit

ino-

Z

inopi, & palmas suas extendit ad pauperem.

¶ Dispensit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi.

LECTIO VI.

Quam unquam dignior fuit, quæ in publicum se inferret? Quam tamen rarius visa est, minusque viro- rum oculis patuit? Quam oculos aque franubis? Quam risum adeo irrisit, adeo ut vel leviter subrisisse propemodum nimium ipsi videretur? Quam auribus suis januas magis imposuit? Quam rursus eas divino sermoni magis apertas habuit? Imò quam mentem lingue moderatricem magis præfecit ad pronuntiandas Dei justificationes? Quam modum ordinemque labiis suis magis constituit? Unus illi rubor placebat, quem gignit pudor: unus candor, quem parit abstinentia.

¶ Regnum mundi, & omnem ornatum sæculi contempserit propter amorem Domini mei Jesu Christi: * Quem vidi, quem amavi, in quem credidi, quem dilexi.

¶ Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi. Quem vidi. Glo-

ria Patri. Quem vidi, &c.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO Sancti Evangelii secundum Matthæum. Cap. 13.

LECTIO VII.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum coelorum thesauro abscondito in agro. Et reliqua.

De Homilia S. Gregorii Papæ. Homil. 11. in Evangelia.

Rursum cœlestis regnum negotiatori homini simile dicitur, qui bonas margaritas quærit, sed unam pretiosam invenit, quam videlicet inventam, omnia vendens emit quia qui cœlestis vitæ dulcedinem in quantum possibilitas admittit, perfectè cognoverit, ea quæ in terrenis amaverat, libenter cuncta derelinquit; in comparatione ejus vilescunt omnia, deserit habita, congregata dispergit: inardescit in cœlestibus animus, nihil in terrenis libet: deformè conspicitur quidquid de terrena rei placebat specie, quia sola pretiosa margarita claritas fulget in mente.

¶ Os suum aperuit sapientia, & lex clementia in lingua ejus, consideravit semitas domus suæ: * Et loque-

ba-

batur de testimoniis Domini.

¶ Gustavit & vidit quia bona est negotiatio ejus: non extinguetur in nocte lucerna ejus. Et loquebatur.

LECTIO VIII.

Rursum simile est regnum cœlorum sagena in mare missa dicitur, ex omni genere piscium congreganti, quæ impleta ad littus educitur, & in vasis boni pisces eliguntur, mali autem projiciuntur foras. Sancta Ecclesia sagena comparatur, quia & piscatoribus est commissa, & per eam quisque ad æternum regnum à presentis sæculi fluctibus trahitur, ne in æternæ mortis profundo mergatur. Quæ ex omni genere piscium congregat: quia ad peccatorum veniam sapientes & fatuos, liberos & servos, divites & pauperes, fortes, & infirmos vocat.

¶ Invocavi, & venit in me spiritus sapientia, & proposui illam regnis, & sedibus: * Et divitias nihil esse duxi in comparatione illius. ¶ Melior est enim sapientia cunctis opibus pretiosissimis. Et divitias Gloria Patri. Et divitias.

LECTIO IX.

Quæ sagena, scilicet Ecclesia, tunc universaliter

repletur, cum in fine suo humani generis summa concluditur. Quam educunt, & secus littus sedent: quia sicut mare sæculum, ita sæculi finem significat littus maris. In quo boni pisces in vasis eliguntur, mali autem projiciuntur foras: quia & electi quique in tabernacula æterna recipiuntur, & interni regni luce perditæ, ad exteriores tenebras reprobi pertrahuntur.

DIE XI. JULII.

Quarta die infra Octavam.

IN II. NOCTURNO.

Sermo S. Augustini Episcopi. Sermo 45. de Diversis. cap. 1.

LECTIO IV.

Prestabit nobis, qui diem istum commendavit in Sanctis suis, ut infirmitas vocis nostræ sufficiat intentioni vestræ. Et hoc quod gestamus in manibus, Scriptura scilicet quam videtis, commendat nobis inquirendam & laudandam mulierem quandam, habentem magnum virum, eum qui invenit perditam, ornavit invenit inventam. Attendite cuius membra estis, inspicite cuius filii estis. Mulierem fortem quis inveniet? Difficile est invenire eam; imò difficile est nescire eam. Nonne ipsa est

Z 2

ci-

civitas in monte, quæ abscondi non potest? Quare ergo dictum est. Quis inveniet? Cum dici debueris. Quis non inveniet? Sed tu civitatem in monte positam vides: ut autem in monte poneretur, inventa est quæ perierat.

¶ Audi filia.

LECTIO V.

Quando illustrata est, quia eam non videt? quando latebat, quis eam inveniret? Ipsa enim civitas est una illa ovis, quam perditam quasivit ille pastor, & inventam gaudens in humeris reportavit. Ipse pastor, mons est: ovis autem in humeris ejus, civitas in monte. Facile est ut videas eam collocatam in monte: quando eam invenires, cum lateret in vepribus, in spinis utique delictorum suorum? Ibi enim quasivisse magnum est, ibi invenisse mirabile est. Hæc ejus difficilis inventio commendatur, cum dicit. Mulierem fortem quis inveniet? Quis enim, quia unus non, quia nec unus.

¶ Manum suam.

LECTIO VI.

Pretiosior est autem lapidibus pretiosis, quæ ejusmodi est. Quid magnum quia

pretiosior est mulier hæc lapidibus pretiosissimis? Pretiosi lapides ideo dicti sunt, quia charitate valent. Jam ille vilis est, pretium perdidit, qui non habet charitatem. Doctrinam suam jactet licet, linguam suam jactet licet; audiat æstimatorem verorum lapidum matronæ hujus: audiat, inquam, quemdam artificem ornamentum hujus inspectum. Si linguis hominum loquar, inquit, & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum aramentum sonans, aut cymbalum tinniens. Jam non fulget, sed tinnit. Ergo discite lapides æstimare, negotiatores regni coelorum: nullus lapis nobis placeat, præter hujus mulieris ornamentum.

¶ Regnum mundi.

IN III. NOCTURNO.

Lectio Sancti Evangelii secundum Mattheum, Cap. 13.

LECTIO VII.

¶ In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hæc: Simile est regnum coelorum thesauro abscondito in agro. Et reliqua. De Hom. S. Hieronymi Presb.

Lib. 2. in Matth. Cap. 13.

¶ Hæc aurum iste, in quo sunt omnes thesauri sapientie &

& scientiæ absconditi, aut Deus Verbum est, qui in carne Christi videtur absconditus; aut sandæ Scripturæ, in quibus reposita est notitia Salvatoris: quem cum quis in eis invenerit, debet omnia istius mundi emolumenta contemnere, ut illum possit habere quem reperit. Quod autem sequitur, Quem cum invenerit homo abscondit; idcirco dicitur, non quod hoc de invidia faciat, sed quod timore servantis, & nolentis perdere, abscondat in corde suo, quem pristinis prætulit facultatibus.

¶ Os suum.

LECTIO VIII.

¶ Aliis verbis idipsum, quod supra, dicitur, Bonæ margaritæ, quas querit institor, Lex & Prophetæ sunt. Unum autem est pretiosissimum margaritum, scientia Salvatoris, & sacramentum passionis illius, & resurrectionis arcana. Quod cum invenerit homo negotiator, similis Pauli Apostoli omnia Legis Prophetarumque mysteria, & observationes pristinas, in quibus inculpate vixerat, quasi purgamenta contemnit & quisquillas, ut Christum lucrificiat. Non quod inventio novæ

margaritæ condemnatio sit veterum margaritarum; sed quod comparatione ejus omnis alia gemma vilior sit.

¶ Invocavi, & venit.

Lectio nona. S. Pii Papæ & Martyr. ut in Breviario, quæ finita. Te Deum laudamus.

DIE XI. IJUSDEM.

In toto Episcopatu Angelop. In Festo S. Pii P. Martyr. Cujus Reliquia asservatur in Ecclesia Cathedrali.

Duplex.

Omnia de Communi unius Martyris.

Oratio: Præsta, quæsumus, I.

Et sit Commemoratio Oclavæ S. Elizabeth, & S. Pii Papæ Martyris, cujus Aña in Vesperis est: Qui odit,

¶ Jusus ut palma.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno Sermo S. Augustini Episc. Triumphalis.

In tertio Noct. Homilia in Evangelium: Si quis vult. Et nona lectio de S. Pio Papa, pro cuius commemoratione in Laudibus.

Aña. Iste Sanctus.

¶ Gloria, & honore.

Missa: In virtute. Et dicitur Credo intra Mattie.

DIE

DIE XV. JULII.

*Oratione S. Elisabeth Vidue.
Lectiones primi Nocturni de
Scriptura occurrente.*

IN II. NOCTURNO.

Sermo S. Augustini Episcopi.

Unde supra, cap. 12.

LECTIO IV.

Duplicia pallia fecit viro suo. Jam acclamatis: credo, quod agnoscitis, quæ sunt duplicia pallia. Laudes sunt, laudes fidei, laudes confessionis, laudes predicationis. Quare duplicia? Christum laudas, Deum laudas, & hominem. Dupliciter lauda, simpliciter lauda. Dupliciter, quia homo est, & Deus: simpliciter, ut non sis fictus. Confitere Deum, confitere hominem: lauda Deum in homine lauda hominem in Deo. Texuit pretiosissimum illud pallium laudis: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum. Texuit & aliud pallium, propter conversationem inter homines quotidianam: Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.

y. Audi filia.

LECTIO V. Cap. 16.

Hic ergo ista laboriosa, vigilans, sollicita, severe

castigans domum suam, surgens de noctibus, intuens lucernam, ne extinguatur, in tribulatione fortis, nondum receptis promissis pavens, brachia sua in fsum confirmans, non pigrum panem manducans. Ob labores istos quasi paupertatis & necessitatis sæcularis, quid erit, qui in diebus novissimis letata est? Quid erit? propter quam spem ardeat lucerna nostra tota nocte, nunc audite. Surrexerunt filii ejus, & ditati sunt. Modo in paupertate vivimus, in paupertate vigilamus: & cum morimur in paupertate dormimus: sed surgemus, & ditabimur. Quæ illæ divitiæ sunt Angelorum? Unam vestem habent lucis: numquam teritur, numquam sordidatur. Si filius es mulieris hujus, attende, quando tibi divitiæ promittantur. Surrexerunt filii ejus & ditati sunt, parati resurrectionis divitiæ accipere. Noli has amare, ut merearis ad illas venire.

z. Manum suam.

Cap. 17. & 18.

LECTIO VI.

Et vir ejus laudavit eam. Multæ, inquit, filiæ fecerunt potentiam. Laudes sunt, quibus eam laudat vir ejus.

Quæ

Quæ filia, quibus hæc comparatur? Non comparatur. Tu autem superasti. Attendite ergo vos, jam in fine lectionis sumus. Multæ filia fecerunt potentias, multæ locutæ sunt linguis, scierunt omnia sacramenta, fecerunt virtutes, multa, demonia excluderunt, res suas pauperibus distribuerunt, corpora sua ignibus tradiderunt: inflata sunt, quia charitatem non habuerunt. Tu autem superasti, & super posuisti omnes non solum flore, sed & fructu grævida abundans. Date illi de fructibus manuum suarum. Quid date? Venite benedicti Patris mei. De quibus fructibus manuum ejus? Esurivi enim & dedistis mihi manducare. Et quod illi deinde negotium erit finitis laboribus? Et laudetur in portis vir ejus. Ipse erit portus laborum nostrorum, videre Deum, laudare Deum.

y. Regnum mundi.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO Sancti Evangelii secundum Matthæum.

Cap. 13.

LECTIO VII.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolas hæc: Simile est regnum cœ-

lorum thesauro abscondito in agro. Et reliquæ.

De Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Unde supra, quæst. 16.

Deo omnis scriba doctus in regno cœlorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova & vetera. Utrum ista conclusione exponere voluit, quem dixerit thesaurum in agro absconditum? Quoniam sanctæ scripturæ intelliguntur, quæ nomine duorum Testamentorum novi, & veteris concluduntur: quem admodum apud alium Evangelistam gladium bis acutum tali conclusione videtur exponere.

z. Os suum.

LECTIO VIII.

An qui in parabolis ista locutus est, & cum quæsisset ab eis utram intellexissent, responderunt, se intellexisse? Fortasse ista similitudine ultima patri familias profertis de thesauro suo nova, & vetera, ostendere voluit cum doctum habendum esse in Ecclesia, qui etiam scripturas veteres parabolis explicatas intellexit, ab istis nobis accipiens regulas: quia & ista Dominus per parabolas enuntiavit.

vit, quamvis ipse Christus esset finis illorum, id est, ut in eo illa vetera completerentur.

¶ *Invocavi, & venit.*

LECTIO LV.

UT si ipse, in quo illa complentur & manifestantur, per parabolas adhuc loquitur, donec ejus passio velum discindat, ut nihil sit occultum quod non reveletur, multo magis illa, quæ ad commendandam tantam ejus salutem tam longè de illo scripta sunt, parabolis operata esse noverimus: quæ cum Judæi ad litteram acciperent, noluerunt esse docti in regno coelorum, neque transire ad Christum, ut auferretur velamen, quod supra cor eorum positum est.

Te Deum laudamus.

DIE XVIII. JULII.

Festum Commemorationis B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo.

Duplex majus.

Omnia ut in festo B. M. V. ad Nives, s. Angulii, præter illa, quæ sequuntur.

Ad Magnificat. Añ.

Sancta Maria succurre miseris, juva pusillanimes, refove debiles, ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu: sen-

tiant omnes tuum juvenem, quicumque celebrant tuam solemnem Commemorationem.

ORATIO.

DEUS, qui Beatissimæ semper Virginis, & Genitricis tuæ Mariæ singulari titulo Carmeli Ordinem decorasti: concede propitius, ut cujus hodie Commemorationem solemni celebramus Officio, ejus muniti præsidii, ad gaudia sempiterna pervenire mereamur. Qui vivis, &c.

Lectioes primi Nocturni de Parabolis Salomonis: Ego sapientia, ut ad Nives.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

CUM sacra Pentecostes die Apostoli coelitus afflati, variis linguis loquerentur, & invocato augustissimo Jesu nomine mira multa patrant: viri plurimi (ut fectur) qui vestigiis Sanctorum Prophetarum Eliæ, & Elisei institerant, & Joannis Baptistæ præconio ad Christi adventum comparati fuerant, rerum veritate perspecta, atque probata, evangelicam fidem confessim amplexati sunt, ac peculiari quodam affectu, Beatissimam Virginem (cujus colloquii, ac familiaritate feliciter frui potue-

tuere) adeo venerari ceperunt, ut primi omnium in eo montis Carmeli loco, ubi Elias olim ascendente nebulam, Virginis typo insignem conspexerat, eidem purissimæ Virgini Sacellum construxerint.

¶ *Sicut Cedrus.*

LECTIO V.

AD novum ergo Sacellum sæpè quotidie convenientes, ritibus piis, precationibus, ac laudibus Beatissimam Virginem, velut singularem ordinis tutelam colebant. Quam obrem fratres Beatæ Mariæ de Monte Carmelo passim ab omnibus appellari ceperunt, eumque titulum Summi Pontificis non modò confirmarunt, sed & indulgentias peculiarias, qui eo titulo, vel ordinem, vel fratres singulos nuncuparent, concessere. Nec verò nomenclaturam tantum munificentissima Virgo tribuit, & tutelam, verum & insigne sacri Scapularis, quod Beato Simonis Anglico præbuit, ut celesti hac veste ordo ille sacer dignosceretur, & à malis ingruentibus protegeretur. Ac deum, cum olim in Europa ordo esset ignotus, & ob id apud Honorium Tertium non pauci pro illius extinctione instarent

astitit Honorio noñu piissima Virgo Maria, planèque jussit, ut institutum, & homines benignè complecteretur.

¶ *Quæ est ista.*

LECTIO VI.

NON in hoc tantum sæculo ordinem sibi tam acceptum multis prærogativis Beatissima Virgo insignivit, verum & in alio (cum ubique & potentia, & misericordia plurimum valeat) filios in Scapularis societatem relatos, qui abstinentiam modicam, præcesque paucas eis præscriptas frequentarunt, ac pro sui status ratione castitatem coluerunt, materno planè affectu, dum igne Purgatorii expiantur, solari, ac in coelestem patriam obtentu suo quantocumque pie creditur esse. Tot ergo, tantisque beneficis ordo cumulatus, solemnem Beatissimæ Virginis Commemorationem ritu perpetuo ad ejusdem Virginis gloriam quotannis celebrandam instituit.

¶ *Ornatam monilibus.*

Lectioes tert. Nocturni Honnilla Venerabilis Beatæ Presbyteri: Magnæ devotionis, ut ad Nives.

¶ *vii. Felix namque.*

¶ *viii. Beatam me dicent.*

Ad Laudes, & per Horas,
omnia ut in festo B. Mariæ
ad Nives.

AD BENEDICTUS. *Añã.*
Caput tuum ut Carmelus, &
comæ capitis tui, sicut pur-
pura Regis vincla canalibus.
Alleluia.

In secundis Vesperis Anti-
phone, Psalmi, Capitulum,
Hymnus, & Vers. ut in primis
Vesperis.

AD MAGNIFICAT. *Añã.*
Gloria Libani data est ei: dec-
or Carmeli, & Saron. Allel.

Deinde fit commemoratio
Sancti Alexii.

Missa propria.

DIE XIX. JULII.

In Festo Sanctarum Julii, &
Rufinæ Sororum Virginum,
& Martyrum.

Duplex.

Omnia ut in Communi Vir-
ginum, his exceptis, quæ hic
assignantur.

AD VESPERAS.
Añã. Hæc est virgo sapiens,
cum reliquis de Laudib., Psalmi
de Communi Virgin.

Capitulum.

Rates, qui gloriatur, in Do-
mino gloriatur. Non enim
qui se ipsum commendat, ille
probatus est; sed quem Deus
commendat.

Hymnus.

S Alvéte claræ virginis,
Tutela præsens patriæ,
Virtutis, & constantiæ,
Exemplar admirabile.
Non vos chalybs rigentibus
Dùm necit artus annulis.
Nec laminis candentibus
Catasta terret ignea.
Nec confragosa rupium
Calcata nudis plantulis
Fregare vos dispendia,
Sed hinc fides fit acrior.

Deinde visò sæculo,

Coeli sub istis atria
Rufinâ fuso sanguine,
Et Justa digna nomine.

Rosisque purpurantibus
Confessionis inclyta

Intexuistis candida
Integritatis lilia.

Ergò triumpho nobilis
Sacris revinctæ laureis,
Palmas referitis duplices.

Agnum sequentes prævinen-
Te, Dux, corona Martyrum.

Cum Patre, Christo, & Spiritu
In Trinitate simplici

Æterna laudent sæcula,
Amen.

¶ Adducentur Regi virginés
post eam.

¶ Proximæ ejus afferentur tibi.

Ad Magnificat in utrisque
Vesperis.

Añã. Prudentes virgines,
ap.

aptatè vestras lampades, ecce
sponsus venit, exite obviam ei.

ORATIO.

D EUS, qui virtutem tuam
in vasis fictilibus (etiam
fragilis sexus) re condens, san-
ctis virginibus & martyribus
tuis Justæ, & Rufinæ mirabi-
lem fidei constantiam tribuis-
ti: da nobis earum patrocinis,
in tui amorè perseverare, &
ad celestem coronam pervē-
nire. Per Dominum.

AD MATUTINUM.

INVITATORIUM.

Regem virginum Dominum:

Venire adoremus.

Psalm. Venite exultemus.
Hymnus.

Q Uid sæve tortor unguis,
Judexque fractis, virgi-
num

Plusquam virilis indolls
Miraris indolentiam?

Virtutis hoc altissima,
Agnosce munus, perfide

Fermissimam constantiam,
Qui debili dat sexui

Savire in actus fictiles,
Mercesque earum testas,

Sed non potestis conditas
In his faeces extinguere.

Quas ardor ulmi luminis
Accendit, & dulcissimus

Sponsus cadentes excipit
Christus bravium martyrum.

Et nunc precantur sedule
Pro gente Patrem & Filium,

Et Spiritum Paracletum,
Qui regnat omne in sæcu-
lum Amen.

LECTIO PRIMI NOCTURNI DE
SCRIPTURA OCCURRENTIUM.

IN II. NOCTURNO.

Ex Sancto Isidoro, & Brevia-
riis Hispaniæ.

LECTIO IV.

Usta, & Rufinæ sotes; His-
palenses virginés castissi-
mæ, facultatibus pauperes, sed
virtutibus lucupletes, cum Dio-
cletianus in Christianos sævi-
ret, fictilibus mercimonio sese
alebant, & tenuitate egēnos
sistentabant: Religiosè itaque
& in magna concordia domus
sue curam gerentes, vitam in-
culpata transigebant. Acci-
dit autem statuto quodam die
Hispani Adonia celebrari. In
quo festo muliercula qua-
dam cum solitis ejulatibus, &
clamoribus simulacrum Sa-
lambone (sic Venerem Syri
vocat) in pompa circumfe-
rebant, & ab omnibus pas-
sim in eius dæmonis cultum
aliquid erogari ellagabant.
Qui cum obiret à sanctis sor-
oribus stipem postularent, nec
quiquam extorquerent, una ex
eis, quæ idolum bajulabant,

omnes siliilium merces indig-
nabunda confregit. Sed sanctæ
virgines non friuolæ rei detri-
mento commote, sed religio-
nis zelo successæ, nefarium si-
mulacrum à se deiecerunt,
quod terræ illisum, & comi-
nitum, siliile etiam se pro-
bavit.

W. Propter veritatem, &
mansuetudinem, & justiam:
* Et deducet te mirabiliter
dextera tua.

Y. Specie tua, & pulchritudi-
ne tua intendo, prosperè pro-
cede, & regna: Et deducet.

LECTIO V.

RE autem ad Diogenianum
Provinciæ Præsidentem de-
lata, quasi impietatis reas capi,
& ad se adduci iubet. Quæ cum
coram eo consistent, de reli-
gione interrogata, se Christi
famulas, & pro ejus nomine
mori paratas esse, intrepide res-
ponderunt. Admoventur ergo
varia, & horribilia cruciaris
instrumenta, ac virgines hila-
res, & Christum invocantes,
equaleo suspensæ ferreis ungu-
lis exarantur. Sed cùm in fidei
confessione constantes, fessis
etiam tortoribus, persisterent,
in carcerem tradi, & inde ali-
quot post dies extrahi jubentur:
ut se longo itinere in loca

ad montes Marianos sita (quod
sibi juris dicendi causa eun-
dum erat) sequerentur; existi-
mans ejus itineris difficultate,
eorum constantiam vincere posse.
Sed divina virtute imbecilli
sequi vires suggerente, rapi-
dum, & montium prærupta, &
aspera nudis pedibus magna
animorum alacritate superarunt,
& incolumi fide Hispalim
redierunt: ubi cum sævis-
simis iterum cruciatibus earum
fides frustrâ tentata, est. Quo-
rum inhumanitate, & diuturno
carceris situ, & fame, Justa
enecta, Deo spiritum redens, ad
duplicem coronam evolavit.

R. Dilexisti justitiam, &
odisti iniquitatem: * Propte-
reâ unxit te Deus, Deus tuus
oleo latitiæ.

Y. Propter veritatem, &
mansuetudinem, & justitiam.
Propterea.

LECTIO VI.

RUsina verò ad alia certa-
mina sanctissimæ sorori
superstes Præsidis jussu, in are-
nam producta (ut Sanctus Isi-
dorus refert) ferocissimo leoni
objecta est. Qui quasi virtutem
coelestem agnosceret, illasam
ducta ergo in carcerem, fractis
in lictore cervicibus gloriosum

mar-

martyrium in vinculis con-
summavit. Cujus corpus à car-
nificibus in eandem arenam
tractum combustum est. Ossa
autem à Sabino Hispalensi
Episcopo collecta, & in sub-
urbano cæmeterio honorificè
sepulta sunt cum sororis Juste
corpore, quod è profundo pu-
teo, in quem jussu Diogeniani
præcipitatum fuerat, idem San-
ctus Episcopus extraxit.

R. Afferentur Regi virgines
post eam, proxima, ejus, * Af-
ferentur tibi in latitiâ, &
exultatione.

Y. Specie tua, & pulchri-
tudine tua intendo, prosperè
procede, & regna. Afferentur.
Gloria Patri. Afferentur.

*Lectiones tertii Nocturni Ho-
milia in Evangelium:* Simile
erit regnum coelorum decem
virginibus.

AD LAUDES, ET PER HORAS.
Añ: Hæc est virgo sapiens,
& una de numero prudentum.

Psalm. Dominus regnavit,
cum reliquis de Laudibus.

Añ: Hæc est virgo sapiens,
quam Dominus vigilantem
invenit.

Añ: Hæc est, quæ nesci-
vit rorem in delicto: habebit
fructum in respectione anima-
rum sanctarum.

Añ: Veni electa mea, &
ponam in te thronum meum.
Alleluia.

Añ: Ista est speciosa inter
filias Jerusalem.

Capitulum 2. Cor. 10. d.

R. Rates, qui gloriatur, in
Domino gloriatur. Non
enim qui se ipsum commen-
dat, ille probatus est; sed
quem Deus commendat.

HYMNUS.

ADeste sacra virgines,
Quas cura fecit pervigil,
Sponso vocante ad nuptias,
Claras referre lampades.
Jam nigra, noctis orbita
Ad manè clarum vertitur,
Vincant timores turbidos
Æterna lucis gaudia.

Aperta vobis janua,
Sponsium vocat, succedite,
Sparsasque nostris fletibus
Offerte palmas nobiles.

Offerte fenum sanguinem
Christo immolate victimæ,
Quo martyres sanctissimæ
Vestram beatis Hispalim.

Ut ipse nostræ Ecclesiæ
Preces benignos audiat,
Et donet indulgentiam
Vestris rogatus civibus.

Virtus, honor, laus, gloria
Deo Patri, cum Filio,
Et Spiritu Paraclito,
In sæculorum sæcula, Amen.

Adducuntur Regi virgines post eam.

Proximæ ejus afferentur tibi.

AD BENEDICTUS. Añã.
Prudentes virgines, aptæ vestras lampades: ecce sponsus venit, exite obviam ei.

Oratio ut supra.

Missa. Loquebat: Epistolæ: De Virginibus; Oratio propria; Secreta. & Postcommunio pro pluribus Virginibus, & Martyribus, sine Credo.

DIE XIX. EJUSDEM,
vel alia die non impedita.

In Festo Sancti Vincentii à Paulo Confessoris.

Semiduplex.

Omnia de Communione Confessoris non Pont. præter seq.

In Hymno: Iste Confessor, mutatur tertius-versus.

ORATIO.

DEUS, qui ad evangelizandum pauperibus, & ecclesiastici ordinis, decorem promovendum, Beatum Vincentium Apostolica virtute roborasti: præsta, quasumus, ut ejus pia merita veneramur, virtutum quoque instruamur exemplis. Per Dominum nostrum.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrunt.

ISI. II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Vincentius à Paulo, nomine Gallus, Podii non procul ab Aquis Tarbellis in Aquitania natus; jam tum, à puero, eximiam in pauperes charitatem præ se tulit. A custodia paterni gregis ad litteras evocatus, humanas Aquis, divinas cum Tolosa, tum Cæsarsaugusta didicit. Sacerdotio initiatus, ac Theologiæ laurea insignitus, in Turcas incidit, qui captivum in Africam adduxerunt: sed in captivitate positus herum ipsum Christorursus lucrificavit. Cum eo igitur ex barbaris oris, opitulante Apostolica limina iter instituit: unde in Galliam reversus, Clippiaci primum, mox Castellionis Paroecias sanctissimè rexit. Renuntiatus à Rege primarius Sacrorum minister in Gallia Triemibus, mirum quo zelo, & ducum, & remigum saluti operam posuerit. Monialibus Visitationis à Sancto Francisco Salesio: Prepositus, tanta prudentia per annos circiter quadraginta eam curam sustinuit, ut maximè comprobaverit judicium sanctissimi Præsulis, qui Sacerdotem

tem Vincentio digniorem nullum se nosse fatebatur.

¶. Honestum fecit.

LECTIO V.

Vangelizandis pauperibus, præsertim rusticis, ad decrepitam usque ætatem indefessus incubuit, eique Apostolico operi tum se, tum alumnos Congregationis, quam sub nomine Presbyterorum secularium Missionis instituit, perpetuo voto à Sancta Sede confirmato, speciatim, obstrinxit. Quantum autem augendæ Clerici disciplinæ allaboraverit restantur erecta majorum Clericorum Seminaria: collationum de divinis inter Sacerdotes frequentia, & sacræ Ordinationi præmittendæ exercitia; ad quæ sicut, & ad pios laicorum secessus, instituti sui domicilia libenter patere voluit. Insuper ac amplificandam Fidem, & pietatem, Evangelicos missi operarios, non in solas Gallia Provincias, sed & in Italiam, Poloniam, Scotiam, Hyberniam, atque ab Barbaros, & Indos. Ipse vero, vita sancto Ludovico Decimotertio, cui morienti hortator astitit, à Regina Anna Austriaca matre Ludovici Decimiquarti, in Sanctius Concilium accitus, studio

sisimè egit, ut non nisi digniores Ecclesiis, ac Monasteriis præferentur; civiles discordiæ, singularia certamina serpentes errores, quos simul sensit, & exhorruit, amputarentur; debitaque judicii Apostolici obedientia præstaretur ad omnibus.

¶. Amavit eum Dominus,

LECTIO VI.

Nullum fuit calamitatis genus, cui paterne non occurreret. Fideles sub Turcarum iugo gementes: infantes expositos: juvenes discolors: virgines periclitantes: Moniales dispersas: mulieres lapsas: ad trirames damnatos: peregrinos infirmos: artifices invalidos: ipsosque mente captos, ac innumeros mendicos subsidis, & hospitii, etiam nunc superstitibus exceptit, ac pie fovit. Lotharingiam, Campaniam, Piccardiam, aliasque regiones peste, fame, belloque vastatas, prolixe refecit. Plurima ad perquirendos, & sublevandos miseros sodalitia fundavit; inter quæ celebris Matronarum cœtus, & laudè diffusa sub nomine charitatis Puellarum Societas: Puellas quoque tum de Cruce, tum de Providentia, ac Sanctæ Genovevæ ad sequoribus

sexus educationem, erigendas curavit. Hæc inter, & alia gravissima negotta Deo jugiter intentus, cunctis affabilis, ac sibi semper constans, simplex, rectus, humilis, ab honoribus, divitiis, ac deliciis semper abhorruit, auditus dicere; præ nullam sibi placere, præterquam in Christo Jesu, quem in omnibus studebat imitari. Corporis demum afflictatione, laboribus, senioque attritus, die vigesima septima Septembris, anno salutis supra millesimum sexcentesimo sexagesimo, ætatis suæ octogesimo quinto Parisiis in domo Sancti Lazarii, quæ caput est Congregationis Missionis, placide obdormivit, quem virtutibus, meritis, ac miraculis clarum Clemens Duodecimus inter Sanctos retulit, ipsius celebrati die decima nona mensis Julii quottannis assignata.

ix. Iste homo perfecit.

IN III. NOCTURNO.

Homilia S. Gregorii Pap. in Evangel. Designavit Dominus, ut in Communi Evangel. Istan.

x. vii. Iste est qui ante Deum.
y. viii. Sint Iambi, de Comm. Confessor. non Pontif.

Missa: Justus, ut palma, de

eadem Communi a. loco Evang. Designavit Dominus, ut in festo S. Marci xxv. Aprilis.

In secundis Vesperis fit Commemoratio S. Margaritæ, ut in Breviario.

DIE XXI. JULII.

Pro Archiepiscopatu.

In Festo Sancti Camilli de Lellis Confessoris.

Duplex.

DIE XV. EJUSDEM.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, quæ sequuntur.

ORATIO.

DEUS, qui Beatum Camillum ad animarum in extremo agone luctantium subsidium singulari charitatis prærogativa decorasti: ejus, quæsumus, meritis Spiritum nobis tuæ dilectionis infunde, ut in hora exitus nostri hostem vincere, & ad caelestem mereamur coronam pervenire. Per Dominum, in unitate ejusdem.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Camillus Buccalanci Theatinæ Diocesis Oppido ex nobili Lelliorum familia natus est, Matre sexagenaria,

cui

LECTIO V.

cui gravidæ visum est per quietem, puerulum Crucis signo in pectore munitum, & agmini puerorum idem signum gestantium præcentem, se peperisse. Adolescens rem militarem sequutus, sæculi vitiiis aliquandiu indulisit; donec vigesimum quintum ætatis annum, tanto supernæ gratiæ lumine, divinæque offensæ dolore correptus fuit, ut uberrimo lacrymarum imbri illic perfusus, anteaclæ vitæ sordes indesinenter abstergere, novumque induere hominem firmiter decreverit. Quare ipso, quo id contigit, Purificationis Beatissimæ Virginis festo die, ad Fratres Minores, quos Cappuccinos vocant, convolans, ut eorum numero adscriberetur, summis precibus exoravit. Voti semel atque iterum compos factus est; sed foedo ulcere, quo aliquandò laboraverat, in ejus tibia iterato recrudescente, divinæ Providentiæ majora de eo disponentis consilio humiliter se subject, sui que victor, illius Religionis bis expetitum, & susceptum habitum bis dimisit.

ix. Honestum fecit illum Dominus, &c.

Omam profectus, in Nosocomium, quod Insanabilem dicitur, receptus est; cujus etiam administrationem, ob perspectas ejus virtutes sibi demandatam, summa integritate, ac sollicitudine verè paternæ peregit. Omnium ægrotum Servum se reputans, eorum sternere lætulos, sordes tergere, ulceribus mederi, ægonique extremo piis precibus, & cohortationibus opem ferre solemne habuit; quibus in muneribus præclara præbuit admirabilis patientiæ, invictæ fortitudinis, & heroicæ charitatis exempla. Verum cum animarum in extremis periclitantium, quod unicè intendebat, levamini subsidium literarum plurimum conferre intelligeret, triginta duos annos natus, in primis Grammaticæ elementis tyrocinium inter pueros iterum subire non erubuit. Sacerdotio postea ritè initiatus, nonnullis sibi adiunctis sociis, prima fecit Congregationis Clericorum Regularium Infirmis Ministrantium fundamenta; irrito coratu obnitente humani generis hoste: Nam Camillus celesti voce è Christi crucifixi, manus etiam

Bb

de

de ligno avulsas admirando prodigio protendentis, Simulacro emissa, mirabiliter confirmatis, Ordinem suum à Sede Apostolica approbati obtinuit, Sodalibus quarto obstrictis maxime arduo voto, Infirmis, quos etiam pestis infece- rit, ministrandi. Quod institutum, quam foret Deo acceptum, & animarum salutis proficuum, Sanctus Philippus Neri, qui Camillo à sacris Confessionibus erat comprobavit; dum ejus alumnis decedentium agoni opem ferentibus Angelos suggerentes verba sapientius se vidisse testatus est.

¶ Amavit eum Dominus.

LECTIO VI.

A Retioribus hisce vinculis ægrotantium ministerio mancipatus, mirum est, qua alacritate, nullis fractus laboribus, nullis deteritis vitæ periculis, diu nocturne ad supremum usque spiritum, eorum commodis vigilaverit. Omnibus omnia factus, vilissima quaque Officia demississimo obsequio, flexisque plenum ipse genibus, veluti Christum ipsum cernebat in infirmis, hilari promptoque animo arripiebat; utque omnium indigentis prætor esset, genera-

lem Ordinis Præfecturam, cœlique delicias, quibus in contemplatione delixus affuebar, spontè dimisit. Paternus verò illius ergà miseros amor tum maxime effulsit, cum & Urbs contagioso morbo primum, deinde extrema annonæ laboraret inopia, & Nolæ in Campania dira pestis grassaretur. Tanta denique in Deum, & proximum charitate exarsit, ut Angelus nuncupari, & Angelorum opem in vario itinere discrimine experiri promeretur. Prophetiæ dono, & gratia sanitarum præditus, arcana quoque cordium inspexit; ejusque precibus nunc cibaria multiplicata sunt, nunc aqua in vinum conversa. Tandem vigiliis, jejuniis, & assiduis attritus laboribus, cum pelle tantum & ossibus constare videretur, quinque molestis aequè ac diutinis morbis quos Misericordias Domini appellabat, fortiter toleratis, Sacramentis munitus, Romæ inter suavissima Jesu & Mariæ nomina, ad ea verba, mitis, atque festivus Christi Jesu tibi aspectus appareat, qua prædixerat hora, obdormivit in Domino pridie Idus Julii anno salutis millesimo sexcentesimo decimo quarto.

quarto, ætatis suæ sexagesimo quinto, quem pluribus illustrem miraculis Benedictus decimus quartus, Beatis adscriptis.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO Sancti Evangelii secundum Joannem. Cap. 15.

LECTIO VII.

In illo tempore: Dixit Jesus à discipulis suis: Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexit vos. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Tract. 83. in Joan. Evang.

Quid putamus, Fratres mei, numquidnam solum ejus de ista dilectione mandatum est, qua diligimus invicem? Nonne est, & aliud majus, ut diligamus Deum? Aut verò de sola Deo nobis dilectione mandavit, ut aliam non requiramus? Tria certè commendat Apostolus, dicens: Manent autem Fides, Spes, & Charitas, tria hæc: major autem horum Charitas. Et si in charitate, hoc est in dilectione concluduntur duo illa præcepta major tamen dicta est esse, non sola. De fide igitur nobis quam multa mandata sunt, quam multa de spe: Quis po-

test cuncta colligere, quis enumerando sufficere? Sed intuemur quod ait idem Apostolus: Plenitudo legis charitas.

¶ Iste est, qui ante Deum.

LECTIO VIII.

Ubi egrè Charitas est, quid est, quod possit deesse? Ubi autem non est, quid est, quod possit prodesse? Dæmon credit, nec diligit: nemo diligit, qui non credit. Frustrà quidem, sed tamen potest sperare veniam qui non diligit: nemo autem potest desperare qui diligit. Itaque ubi dilectio est, ibi necessariò Fides, & Spes; & ubi dilectio proximi, ibi necessariò etiam dilectio Dei. Qui enim non diligit Deum, quomodo diligit proximum tamquam se ipsum quandoquidem non diligit, & se ipsum? Est quippè impius, & iniquus: Qui autem diligit iniquitatem, non planè diligit, sed odit animam suam.

¶ Sint lumbi vestri.

LECTIO IX.

HOC ergò præceptum Domini mini tenemus, ut nos invicem diligamus: & quidquid aliud præcepit, faciemus: quoniam quidquid est aliud, hic habemus. Discernitur quippè ista dilectio ab illa dilec-

tionem, qua se invicem diligunt homines: nam ut discernetur, ad junctum est, sicut dilexi vos. Ut quid enim diligit nos Christus, nisi ut regnare possimus cum Christo? Ad hoc ergo & nos invicem diligamus, ut dilectionem nostram discernamus à ceteris, qui non ad hoc se invicem diligunt, quia nec diligunt. Qui autem se propter habendum Deum diligunt, ipsi se diligunt: ergo ut se diligant, Deum diligunt. Non est hæc dilectio in omnibus hominibus: Pauci se propterea diligunt, ut sit Deus omnia in omnibus.

Te Deum laudamus.

Nona Lect. S. Praxedis.

Miss. cum prædicto Evang. Pro Angelopol. Ecclesia fit de S. Camillo, duplex, die xxv. ejusdem, & dicitur nona lect. de Vigil. & de ea fit commemor. & de S. Christina V. & M. in Laudib. & Missa, cum ult. Evang. Vigillie.

Si autem occurrerit in Dominica fit nona lectio, & commemorat. de Dominica in Laudibus, & in Missa, ult. Evang. Dominica.

DIE XXIV. JULII.

In Festo Sanctæ Candidæ Virginis, & Martyris.

Duplex.

Cujus Reliquia asservatur in hac Metropolit. Eccles.

Omnia de Comuni Virginis, & Mart.

Orat. Deus, qui inter cetera.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno, ex libro Sancti Cypriani: Nunc nobis ad Virgines.

In tertio Nocturno, Homilia in Evang. Simile est Regnum Cælorum decem Virginibus.

Nona lectio Vigillie, ut in prop. Hispaniar. & fit de ea commemorat. ac Sanctæ Christiane V. & M. in Laudibus, & Missa, que est: Loquebar, cum ultim. Evangel. Vigillie, & dicitur Credo, intra Cathedral.

Si autem hoc festum occurrerit in Dominica fit de ea nona lectio, ac commemor. & S. Christiane in Laudib. & Missa, in qua Credo, & ultim. Evangel. Dominica.

DIE XXVII. JULII.

In Festo S. Pantaleonis Mart.

Duplex.

Omnia de Comuni unius Mart. præ. sequentia.

AD VESPERAS.

Añ. In tormentis, cum reliquis de Laudib.

Psal.

Psal. Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica, & loco ultim. Psalm. Laudate Dominum omnes Gentes.

AD MAGNIFICAT. Añ.

Gloriosus Pantaleon Cælestem Medicum toto dilexit corde, & moriens pro Christo, vivit in Cælo coronatus.

ORATIO.

DEUS, qui Pantaleonem Martyrem tuum varia tormenta superare fecisti, & pro persecutoribus exorare: concede propitius; ut qui ejus imploramus auxilium, misericordie tue santiamus effectum. Per Dominum.

Lectioes primi Nocturni de libro Ecclesiast.

LECTIO I. Cap. 51.

Confitebor tibi Domine Rex, & collaudabo te Deum Salvatorem meum. Confitebor nomini tuo: quoniam adjutor, & protector factus es mihi, & liberasti corpus meum à perditione, à laqueo lingue intus, & à labiis operantium mendacium, & in conspectu adstantium factus est mihi adjutor. Et liberasti me secundum multitudinem misericordie nominis tui, à rugientibus, preparatis ad escam, de manibus quærentium

animam meam, & de portis tribulationum, quæ circumderunt me: à pressura flammæ, quæ circumdedit me, & in medio ignis non sum æstuat: de altitudine ventris inferi, & à lingua coinquinata, & à verbo mendacii, à rege iniquo, & à lingua injusta.

ꝫ. Iste Sanctus.

LECTIO II.

Laudabit usque ad mortem anima mea Dominum, & vita mea appropinquans erat in inferno deorsum. Circumderunt me undique, & non erat qui adjuvaret. Respiciens eram ad adjutorium hominum, & non erat. Memoratus sum misericordie tue, & operationis tue, quæ à sæculo sunt: quoniam crucis sustentens te, Domine, & liberas eos de manibus Gentium. Exaltasti super terram habitationem meam, & pro morte defluente deprecatus sum.

ꝫ. Justus germinavit.

LECTIO III.

Invocavi Dominum Patrem Domini mei, ut non derelinquat me in die tribulationis meæ, & in tempore superborum sine adjutorio. Laudabo nomen tuum assidue, & collaudabo illud in confessione, & exau-

exaudita est oratio mea. Et liberasti me de perditione, & eripuisti me de tempore ini-quo. Propterea confitebor, & laudem dicam tibi; & benedictam nomini Domini.

R. Iste cognovit.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Pantaleon Nicomediensis, filius Eustorgii Gentilis, & Eubolæ Christianæ, medicam artem ab Euprosino didicit: cum autem Hermolaus Presbyter ex modestia vultus, incessu, & serenitate oculorum altè de illo iudicasset, illum accersivit, & cepit in cor fluente diviñe Fidei infundere. Crede mihi, dixit, Esculapii, & Hyppocratis medicamenta parva sunt, & parum prodesse possunt; quinimò ipsi Dii, quos colit Maximianus sunt vana omnino fabula. Unus autem solus, verus Deus est Christus, in quem si credideris, ejus sola invocatione omnes morbos fugabis; quæ verba servabat in corde, jugiter meditabatur, & suaviter allec-tus ad Hermolaum, ut ad Magistrum hilaris quotidie ventitabat. Cum autem quadam die videret puerum mortuum, & propè eum viperam quasi os-

tendentem, quod mortem de-disset; intra se dixit: si vera sunt dicta Hermolai, invocato nomine Christi, puer iste vi-vet, & bellua morietur; quod, uti cogitavit, accidit, & statim infusa luce securitatis, omnis caligo discessit, & benedicens Deum, æstuansque desiderio sacri Baptismi, ab Hermolaio gaudens suscepit.

R. Honestum fecit.

LECTIO V.

NON multò post, Cæco visum restituit, & Patri Eustorgio tenebras impietatis solvit, qui Idola calcans, & verum Deum confessus baptizatur. Mortuo Patre, egenis opem, & languentibus sanitatem largiebatur; quare, ad Maximianum deferunt, qui primum honore, & blanditiis attrahere studet deinde minatur mortem & dura supplicia, si Diis non offerat sacrificium; sed cum omnia invicto animo respuerit, in ligno suspenditur, ferreis laniatur unguis, & lampades ignis lateribus ejus admoventur: At illo orante apparuit Christus dulcibus verbis illum recreans, & illic lassatæ sunt manus licetorum, & extinctæ lampades, & plumbum liquatum, in quod, postmo-

modum, Tyranno juvente, injectus fuit, in naturalem muratur frigiditatem: sed quid non tentat ingeniosa crudelitas? Mandat ingentem lapidem collo alligari, sicque in Mare demitti: sed lapis non secus, ac folium leve supernatat, & Pantaleon firmiter super undas graditur; non cessit tantis prodigiis Tyranni obcoacta mens, sed feris insanior, jubet ad feras produci. Crudele spectaculum! Sed spectabili Coelo, confluit tota Civitas, congregiuntur cum Athleta fera, at illa tamquam ratione utentes, & induta humanitatem, quam exuerat Imperator, reverentè ad Martyrem accedunt, blandiuntur, pedesque illius lingua tangentes, veluti contendebant, quænam prima ad eum accederet, & non prius recederet, quam Martyr ei manum imposuisset, ac benedixisset.

R. Desiderium animæ.

LECTIO VI.

QUO viso, clamabant multi; dimitatur justus; magnus est Deus Christianorum, qui quidem solus, & verus, est; sed Maximianus nec edoctus à feris pietatem, nec tanto lumini cedens, imperat

Pantaleonem in locum editum ferri, & rotæ alligatum in præceps per declive demitti. At rota ultrice, & plures Deorum opprimente cultores, illæsus evasit, quare gladio occidi justis, accessit licetor, oleæ plantæ illum alligat, sed cum exqueretur idem, conversa fuit ferri acies ceræ similis, quò miraculo stupefacti licetores, ad pedes Martyris provoluti, veniam precantur, Christum aperte confitentes; sed tandem ne periret gloria Martyrii caput absconditur, & statim lac pro sanguine floxit, & planta oleæ, cui alligatus fuerat, fructibus onusta apparuit; cum autem quidam fideles convenissent, sacrum corpus in Suburbano cujusdam scholastici reverentè reponunt, & quem in vita tantis prodigiis, Dominus illustraverat, post obitum innumeris decoravit: Inter quæ præclarum illud, quod sacer ejus erior, qui ampulla servatur Ravelli in Regno Neapolitano, & Romæ à primis vestiperis Festi, usque ad diem sequentem, in quo Ecclesia celebrat ejus Martyrium; cum coagulatus antea existat, mirum in modum liquefieri, & undæquæ fluidum moveri, cunc-

cunctis cernentibus, quotannis conspicitur. Quod etiam accidit in portione sanguinis, qui Monasterio Regali Incarnationis Monialium Sancti Augustini Matriti inter pretiosiora pignora asservatur.

¶ Stola iocunditatis.

IN III. NOCTURNO.

Lectio Sancti Evangelii secundum Mattheum. *Cap. 10. f.*

LECTIO VII.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nihil est opertum, quod non revelabitur; & occultum, quod non scietur. Et reliqua.

Homilia S. Hilarii Episcopi. *Comment. in Matth. cant. 10. post med.*

Dominus diem iudicii ostendit, quæ abstrusam voluntatis nostræ conscientiam prode: & ea quæ nunc occulta existimantur, luce cognitionis publicæ deteget. Igitur non minas, non consilia, non potestates insectantium monet esse metuendas, quia dies iudicii nulla hac fuisse, atque inania revelabit. Et quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta. Non legimus Dominum solum fuisse noctibus sermoci-

nari, & doctrinam in tenebris tradidisse: sed quia omnis sermo ejus carnalibus tenebræ sunt, & verbum ejus infidelibus nox est.

¶ Corona aurea.

LECTIO VIII.

Taque id quod à se dictum est, cum libertate fidei, & confessionis vult esse loquendum. Idcirco, quæ in tenebris dicta sunt, prædicari jussit in lumine: ut quæ secreto aurium commissa sunt super tecta, id est, excelso loquentium præconio audiantur. Constantè enim Dei ingerenda cognitio est, & profundum doctrinæ evangelicæ secretum in lumine prædicationis Apostolicæ revelandum; non timente eos, quibus cum sit licentia in corpora, tamen in animam jus nullum est: sed timescentes potius Deum, cui pendende in gehenna, & animæ, & corporis sit potestas.

¶ Hic est verè.

LECTIO IX.

Nolite timere eos, qui occidunt corpus. Nullus igitur corporum nostrorum casus est pertimescendus, neque ullus interimendæ carnis admittendus est dolor: quando pro naturæ suæ, atque originis con-

conditione resoluta, in substantiam spiritualis animæ refundatur. Et quia doctrinis talibus confirmatos oportet liberam confitendi Dei habere constantiam, etiam conditionem, quæ teneremur, adjecit; negaturum se cum Patri in cœli, qui se hominibus in terra negasset: eum porrò, qui confessus coram hominibus se fuisset, à se in cœlis confitendum: qualesque nos nominis sui testes hominibus fuisset, tali nos apud Deum Patrem testimonio ejus usus: Te Deum laudamus.

AD LAUDES, ET PER HORAS.

Añã. In tormentis apparuit Christus Pantaleonem miræ dulcedine perfundens.

Psalm. Dominus regnavit, cum reliquis de Dominica.

Añã. Ego enim ait Christus, in habitu Hermolai tecum sum in omnibus, quæ propter me pateris.

Añã. Cum pro lictoribus exoraret, audivit de cœlo: ultra non vocaberis Pantaleon, sed Pantaleemon, id est, misericors, quia multi pro te misericordiam consequuntur.

Añã. Lacte, & cruore martyris collum fuit, pro quo

cruorem, & aquam Christus fuderat.

Añã. Pantaleon varie cruciatus jugiter canebat: sæpè expugnaverunt me à juventute mea, etenim non potuerunt mihi.

Capitul. Hymn. Vers. de Communi unius Martyris.

AD BENEDICTUS. Añã:

Dixit Maximianus Pantaleoni: Quznam est ars præstigiariam, quæ tibi extinxit lampades, & satellitibus vires abstulit? Ad quæ respondit: meæ præstigitæ Christus est.

Oratio ut suprã.

In secundis Vesperis Antiphona de Laudib. Psalm. ut in secundis Vesper. unius Mart.

AD MAGNIFICAT. Añã.

Recordatus fuit misericordiæ Domini & in conspectu adstantium factus est illi adjutor.

Missa: Latabitur. Evang. ut in die S. Callisti 14. Octobris.

DIE XXX. JULII.

In Festo S. Chrystopori Mart. Duplex.

Omnia de Communi unius Martyris.

Oratio: Præsta, quasumus omnipotens Deus, ut qui, &c. de eodem Communi.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturn. Triumphalis. In tertio Noct. Homilia in Evangelium: Si quis vult. cum commemoratione occurrente.

Missa: In virtute tua: Credo, ratione Orlavae S. Jacobi Apost.

DOMINICA III. JULII.

Festum SS. Domini N. Jesu Christi Redemptoris.

Duplex secundae classis. AD VESPESAS.

Añā. Virga virtutis.

Psalmus 109.

Dixit Dominus Domino meo: * Sede à dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos: * scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuae emitte Dominus ex Sion: * dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuae in splendoribus sanctorum: * ex utero ante luciferum genui te.

Juravit Dominus & non poenitebit eum: * Tu es sanctos in aeternum secundum ordinem Melchisedec.

Dominus à dextris tuis: confregit in die itae suae reges.

Judicabit in nationibus implebit ruinas. * conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet: * propterea exaltabit caput.

Añā. Virgam virtutis suae emitte Dominus ex Sion, & regnabit in saeculum saeculi.

Añā. Redemptionem misit.

Psalmus 110.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo: * in consilio justorum, & congregatione.

Magna opera Domini: * exquisita in omnes voluntates ejus.

Confessio, & magnificentia opus ejus: * & justitia ejus manet in saeculum aeculi.

Memoriam fecit mirabilium suorum misericors, & miserator Dominus: * escam dedit timentibus se.

Memor erit in saeculum testamenti sui: * virtutem operum suorum annuntiabit populo suo.

Ut det illis hereditatem Gentium: * opera manum ejus veritas, & judicium.

Fidelia omnia mandata ejus: confirmata in saeculum saeculi: * facta in veritate, & aequitate.

Redemptionem misit populo suo. * mandavit in aeternum testamentum suum.

Sanctum, & terribile nomen ejus

ejus: * initium sapientiae timor Domini.

Intellectus bonus omnibus facientibus eum: * laudatio ejus manet in saeculum saeculi.

Añā. Redemptionem misit Dominus populo suo: mandavit in aeternum testamentum suum.

Añā. Misericordia mea.

Psalmus 115.

Credidi, propter quod locutus sum: * ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: * Omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino, * pro omnibus, quae retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam: & nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus: * pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.

O Domine, quia ego servus tuus, & filius ancillae tuae.

Dirupisti vincula mea: * tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus: * in atriis domus Domini in medio tui Jerusalem.

Añā. Misericordia mea, & refugium meum Dominus susceptor meus, & liberator meus.

Añā. Apud Dominum.

Psalmus 129.

DE profundis clamavi ad te Domine: * Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuae intendentes, * in vocem deprecationis meae. Si iniquitates observaveris Domine: * Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: * & propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinui anima mea in verbo ejus: * speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem: * speret Israël in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: * & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël: * ex omnibus iniquitatibus ejus.

Añā. Apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio.

Añā. In quacumque.

Psalmus 137.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo: * quoniam audisti verba oris mei.

In conspectu Angelorum psallam tibi: * adorabo ad

templum sanctum tuum, & conlitor nomini tuo.

Super misericordia tua, & veritate tua: * quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum.

In quacumque die invocavero te exaudi me: * multiplicabis in anima mea virtutem.

Constitute tibi Domine omnes reges terræ: * quia audierunt omnia verba oris tui.

Et cantent in visis Domini: * quoniam magna est gloria Domini.

Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit: * & alta à longè cognoscit.

Si ambulavero in medio tribulationis vivificabis me: & super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, & salvum me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me: * Domine misericordia tua in sæculum: opera manuum tuarum ne despicias.

Añã. In quacumque die invocavero te, exaudies me: multiplicabis in anima mea virtutem.

Capitulum Tob. 3.

Benedictum nomen tuum Deus Patrum nostrorum: qui cum iratus fueris, miseri-

cordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis his, qui invocant te. Deo gratias.

HYMNUS.

Creator alme siderum,
Æterna lux credentium,
Jesu Redemptor omnium,
Intende votis supplicum.
Commune qui mundi nefas,
Ut expires ad Crucem
E virginis sacrario
Intacta prodixisti vittima.
Cujus potestas gloriæ,
Nomenque cum primùm
sonat.

Et Cœlites, & inferi
Tremante curvantur genu.
Qui demonis ne fraudibus
Periret orbis impetu,
Amoris actus languidi
Mundi medela factus est.
Te deprecamur ultima
Magnum diei Judicem:
Armis supernæ gratiæ
Defende nos ab hostibus.

Jesu tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine
Cum Patre, & almo Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.
Sic terminantur Hymni ad omnes Horas.

¶ Redemisti nos Domine in sanguine tuo.

¶ Et fecisti nos Deo nostro regnum.

Ad

AD MAGNIFICAT. Añã.

Salus autem mea in sempiternum erit, & justitia mea in generationes generationum. Alleluia.

ORATIO.

DEUS, qui nos in tantis periculis constitutos, pro humana hinc fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mentis, & corporis: ut ea quæ pro peccatis nostris patimur, te adjuvante vincamus. Per Dominum nostrum.

Alia Orat. Venetis, & ubi à S. Sede fuerit concessa.

Deinde sit commemoratio Dominicæ occurrentis.

AD MATUTINUM.

INVITATORIUM.

Redemptorem seculorum, ipsum Regem Angelorum: * Adoremus Dominum.

Psalm. Venite exultemus Domino.

HYMNUS.

Erum Creator optime,
Redorque noster aspice,
Nos à quiete noxia
Morsos sopore libera.
Te Sancte Christe poscimus,
Ignosce culpis omnibus.
Ad confitendum surgimus,
Morasque noctis rumpimus.
Mentes, manusque tollimus
Propheta sicut noctibus

Nobis gerendam præcipis,
Paulusque gestis censuit.
Vides malum, quod fecimus:
Occulta nostra pandimus:
Preces gementes fundimus,
Dimitte, quod peccavimus.
Jesu tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & almo Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Añã. Voce mea ad Dominum clamavi.

Psalmus 3.

Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me? * Multi insurgunt adversum me. Multi dicunt anime meæ: * Non est salus ipsi in Deo ejus. Tu autem Domine susceptor meus es, * gloria mea, & exaltans caput meum.

Voce mea ad Dominum clamavi: * & exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormivi, & soporatus sum: * & exurrexi, quia Dominus suscepit me.

Non timebo millia populi circumdantis me: * exurge Domine, salvum me fac Deus meus.

Quoniam tu percussisti omnes adversantes inhi sine causa: * dentes peccatorum contrivisti.

Do-

Domini est salus: * & super
populum tuum benedictio tua.

Añs. Voce mea ad Domi-
num clamavi, & exaudivit me
de monte sancto suo.

Añs. Domine Dominus
noster.

Psalm. Domine Dominus
noster, incipit. à secundo vers.

Psalmus 8.

Quoniam elevata est mag-
nificientia tua: super
caelos.

Ex ore infantium, & lac-
tentium perfecisti laudem pro-
pter inimicos tuos: * ut des-
truas inimicum, & ultorem.

Quoniam video caelos
tuos, opera digitorum tuo-
rum: * lunam & stellas, quæ
tu fundasti.

Quid est homo, quod me-
mor es ejus? * aut filius homi-
nis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulo minus
ab Angelis, gloria, & honore
coronasti eum: * & constituisti
eum super opera manuum
tuarum.

Omnia subiecisti sub pedi-
bus ejus: * oves, & boves uni-
versas, insuper & pecora campi.

Volucres caeli, & pisces ma-
ris: * qui perambulant semi-
tas maris.

Domine Dominus noster,

quàm admirabile est nomen
tuum in universa terra.

Añs. Domine Dominus nos-
ter, quàm admirabile est no-
men tuum in universa terra.

Añs. Dominus in templo
sancto suo.

Psalmus 10.

YN Domino confido: quo-
modo dicitis anime meæ:
* Transmiga in montem si-
cut passer?

Quoniam esse peccatores in-
tenderunt arcum paraverunt
sagittas suas in phœtra: * ut
sagittent in obscuro rectos
corde.

Quoniam quæ perfecisti,
destruxerunt: * justus autem
quid fecit?

Dominus in templo sancto
suo: * Dominus in caelo se-
des ejus.

Oculi ejus in pauperem res-
piciunt: * palpebræ ejus inter-
rogant filios hominum.

Dominus interrogat justum,
& impium: * qui autem diligit
iniquitatem odit animam suam.

Pluet super peccatores la-
queos: * ignis, & sulphur, &
spiritus procellarum pars cali-
cis eorum.

Quoniam justus Dominus,
& justitias dilexit: * aquita-
tem vidit vultus ejus.

Añs.

Añs. Dominus in templo
sancto suo: Dominus in caelo
sedes ejus.

¶ Redime me Domine, &
misere mei.

¶ In Ecclesiis benedicam
te Domine.

Absolut. Exaudi Domine.

Benedictio. Benedictione per-
petua, &c.

De Isaiâ Propheta.

LECTIO I. Cap. 51.

AUdite me, qui sequimini,
quod justum est, & qua-
ritis Dominum: attendite ad
petram unde excisi estis, & ad
cavernam lac, de qua præsci-
si estis: Consolabitur ergo Do-
minus Sion, & consolabitur
omnes ruinas ejus: & ponet
desertum ejus quasi delicias,
& solitudinem ejus quasi hor-
tum Domini. Gaudium, & læ-
titia inveniatur in ea, gratia-
rum actio, & vox laudis. At-
tendite ad me popule meus, &
tribus mea me audite, quia
lex à me exiit: & judicium
meum in lucem populorum
requiescet. Propè est justus
meus, egressus est Salvator
meus, & brachia mea populos
judicabunt: me insulæ expect-
abunt, & brachium meum
sustinebunt.

¶ Vidi Dominum seden-

populorum.

tem super solum excelsum,
& elevatum: & plena erat om-
nis terra majestate ejus. * Et
ea, quæ sub ipso erant, reple-
bant templum.

¶ Seraphim stabant super
illud: sex alæ uni, & sex alæ
alteri. Et ea.

Benedictio. Unigenitus Dei
Filius, &c.

LECTIO II.

LEuate in caeli m oculos ve-
stros, & videte sub terra
deorum: quia caeli sicut fa-
num liquecent, & terra sicut
vestimentum atteretur, & ha-
bitatores ejus sicut hæc: inter-
ibunt. Salus autem mea in sem-
piternum erit, & justitia mea
non deficiet. Audite me, qui
scitis justum: populus meus,
lex mea in corde eorum: nolite
timere opprobrium homi-
num, & blasphemias eorum
ne metuatis. Sicut enim vesti-
mentum, sic comedet eos ver-
mis: & sicut lanam, sic devor-
avit eos tinea: Salus autem
mea in sempiternum erit, &
justitia mea in generationes
generationum.

¶ Aspice Domine de sede
sancta tua, & cogita de nobis:
inclina Deus meus aurem tuam,
& audi: * Aperi oculos tuos, &
vide tribulationem nostram.

ŷ. Qui regis Israël, intende, qui deducis velut ovem Joseph. Aperi oculos.

Benedictio. Spiritus Sancti gratia.

LECTIO III.

Consurge, consurge, induere fortitudinem brachium Domini: Consurge sicut in diebus antiquis, in generationibus sæculorum. Numquid non tu percussisti superbum, vulnerasti draconem? Numquid non tu siccasti mare, aquam abyssi vehementis: qui posuisti profundum maris viam, ut transiret liberati? Et nunc, qui redempti sunt à Domino revertentur, & venient in Sion laudantes, & lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium, & lætitiã tenebunt, fugiet dolor, & gemitus. Ego, ego ipse consolabor vos: quis tu, ut timeres ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fœnum ita arescet? Et oblitus es Domini factoris tui, qui tetendit cœlos, & fundavit terram; & formidasti jugiter tota die à facie furoris ejus, qui te tribulabat, & paraverat ad perdendum: ubi nunc est furor tribulantis? Cito veniet gradiens ad aperiendum, & non interficiet us-

que ad intermedionem, nec deficiet panis ejus. Ego autem sum Dominus Deus tuus.

ŷ. Deus, qui sedes super thronum, & judicas æquitatem, esto refugium pauperum in tribulatione. * Quia tu solus laborem, & dolorem consideras.

ŷ. Tibi enim derelictus est pauper, pupillo tu eris adjutor. Quia tu solus. Gloria Patri. Quia tu solus.

Añã. Suscepimus Deus misericordiam.

Psalmus 19.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis: * protegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxilium de sancto: * & de Sion tueatur te.

Memor sit omnis sacrificii tui, * & holocaustum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi secundum cor tuum: * & omne consilium tuum confirmet.

Lætabor in salutare tuo: * & in nomine Dei nostri magnificabimur.

Impleat Dominus omnes petitiones tuas: * nunc cognovi quoniam salvum fecit Dominus Christum suum.

Exaudiet illum de cœlo sancto suo: * in potentibus salus dexteræ ejus.

Hi

Hi in curribus, & hi in equis: * nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus.

Ipsi obligati sunt, & ceciderunt: * nos autem surreximus, & erecti sumus.

Domine salvum fac regem: * & exaudi nos in die, qua invocaverimus te.

Añã. Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui.

Añã. Tu es ipse rex meus, qui mandas.

Psalmus 22.

Domini est terra, & plenitudo ejus. * orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum: * & super flumina preparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus, & mundo corde: * qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem à Domino, * & misericordiam à Deo salutari suo.

Hæc est generatio querentium eum: * querentium faciem Dei Jacob.

Attolite portas principes

vestras, & elevamini portæ æternales: * & introibit Rex gloriae.

Quis est iste Rex gloriae? * Dominus fortis, & potens, Dominus potens in pralio.

Attolite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales: * & introibit Rex gloriae.

Quis est iste Rex gloriae? * Dominus virtutum ipse est Rex gloriae.

Añã. Tu es ipse Rex meus, qui mandas salutes in Jacob.

Añã. Immola Deo sacrificium laudis.

Psalmus 45.

Deus noster refugium, & virtus: * adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra: * & transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt, & turbatae sunt aquæ eorum: * conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus lætificat civitatem Dei: * sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Deus in medio ejus, non commovebitur: * adjuvabit eam Deus manû diluculo.

Dd

Con-

Conturbatæ sunt Gentes & inclinata sunt regna: * dedit vocem suam mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum: * susceptor noster Deus Jacob.

Venite, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram: * auferens bella usque ad finem terræ.

Arcum conteret, & confringet arma: * & scuta comburentur igni.

Vacate, & videte quoniam ego sum Deus: * exaltabor in Gentibus, & exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum: * susceptor noster Deus Jacob.

Ant. Immola Deo sacrificium laudis, & redde Altissimo vota tua.

¶ Memento nostri Domine in beneficiis populi tui. Pater noster.

¶ Visita nos in salutari tuo. *Absolutio.* Ipsius pietas.

Benedictio. Deus Pater. Sermo Sancti Leonis Papæ.

LECTIO LV.

Si fideliter, dilectissimi, atque sapienter creationis nostræ intelligamus exordium, inueniemus hominem ideo ad imaginem Dei conditum, ut imitator sui esset auctoris: &

hanc esse naturalem nostri generis dignitatem, si in nobis quasi in quodam speculo, Diuine benignitatis forma resplendeat: ad quam quotidie nos utique reparat gratia Salvatoris, dum quod cecidit in Adam primo, erigitur in secundo. Causa autem reparationis nostræ non est nisi misericordia Dei: quem non diligemus, nisi prius nos ipse diligeret, & tenebras ignorantie nostræ suæ veritatis luce discederet.

¶ A dextris est mihi Dominus, ne commovear: * Propter hoc dilatatum est cor meum, & exultavit lingua mea. ¶ Dominus pars hereditatis meæ, & calicis mei. Propter.

Benedictio. Christus perpetuus.

LECTIO V.

Diligendo itaque nos Deus, ad imaginem suam nos reparat: & ut in nobis formam suæ bonitatis inueniat, dat unde ipsi quoque, quod operatur, operemur; accendens scilicet mentium nostrarum lucernas, & igne nos suæ charitatis inflammans, ut non solum ipsum, sed etiam quicquid diligit, diligamus. Nam si inter homines ea demum firma amicitia est, quam morum simili-

tudo sociarit; cum tamen paritas voluntatum sæpe in reprobos tendat affectus: quantum nobis optandum, atque nitendum est, ut in nullo ab iis quæ Deo sunt placita, discrepemus. De quo dicit Propheta: Quoniam ira in indignatione ejus, & vita in voluntate ejus, quia non aliter nobis erit dignitas Diuine Majestatis, nisi imitatio fuerit voluntatis.

¶ Intuere Domine, quia facta est desolata Civitas plena diuitiis: sedet in tristitia domina gentium: * Non est qui consoletur eam, nisi tu Deus noster.

¶ Plorans ploravit in nocte, & lacrymæ ejus in maxillis ejus. Non est.

Benedictio. Ignem sui amoris.

LECTIO VI.

Dicente itaque Domino: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & diliges proximum tuum sicut te ipsum; suscipiat fidelis Anima autoris sui, atque rectoris immarcescibilem charitatem, totamque se etiam ejus subiciat voluntati, in cujus operibus, atque judiciis nihil vacat à veritate justitiæ, nihil à miseratio-

ne clementiæ. Quoniam, & si magis quis laboribus, & multis fatigetur incommodis, bona est illi causa tolerandi, qui se adversus vel corrigi intelligit, vel probari.

Agitatis clementiam ostendere dignatus est Deus erga populum Venetiarum dira tunc temporis pestilentia vexatum; sed volo facto inviscendæ quotannis Templum in honorem SS. Redemptoris à fundamentis publicæ magnificentia pietatis extructum, non multo post extincto morbo summa totius civitatis lætitia, pristina incolunitati se vidit restitutum. Ut autem accepti beneficii recordatio, & cultus erga Servatorem nostrum augeretur in dies, Officium proprium, & Missam sub titulo SS. Redemptoris, quæ Innocentius XIII. Romanus Pontifex omnibus utriusque sexus Christi fidelibus Venetiis existentibus qui ad Horas Canonicas tenentur, singulis annis Dominica tertia Julii recurrente recitanda concessit, Benedictus XIII. iidem Romanus Pontifex ad totum Statum, & Dominium Venetum extendit.

ny. Ornauerunt faciem templi coronis aureis, & dedicauerunt altare Domino: * Et facta est letitia magna in populo.

y. In Hymnis, & confessionibus benedicebant Dominum. Et facta est. Gloria Patri. Et facta est.

IS III. NOCTURNO.

Añã. Ego autem ad Deum.

Psalmus 60.

Audi Deus deprecationem meam: * intende orationem meam.

A sinibus terræ ad te clamavi: * dum anxietaretur cor meum, in petra exaltasti me.

Deduxisti me quia factus es spes mea: * turris fortitudinis à facie inimici.

Inhabitabo in tabernaculo tuo in sæcula: * protegar in velamento alarum tuarum.

Quoniam tu Deus meus exaudisti orationem meam: * dedisti hereditatem timentibus nomen tuum.

Dies super dies regis adficiens: * annos ejus usque in diem generationis, & generationis.

Permanet in æternum in conspectu Dei: * misericordiam, & veritatem ejus, quis requirit?

Sic psalmum dicam nomi-

ni tuo in sæculum sæculi: * ut reddam vota mea de die in diem.

Añã. Ego autem ad Deum clamavi, & Dominus saluabit me.

Añã. Deus meus Salvator.

Psalmus 74.

Confitebimur tibi Deus: * confitebimur, & invocabimus nomen tuum.

Narrabimus mirabilia tua: * cum accepero tempus, ego justitias judicabo.

Liquet facta est terra, & omnes qui habitant in ea: * ego confirmavi columnas ejus.

Dixi iniquis: Nolite inique agere: * & delinquentibus: Nolite exaltare cornu.

Nolite extollere in altum cornu vestrum: * nolite loqui adversus Deum iniquitatem.

Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à desertis montibus: * quoniam Deus iudex est.

Hunc humiliat, & hunc exaltat: * quia calix in manu Domini vini meri plenus mixto.

Et inclinavit ex hoc in hoc: veritatem autem fax ejus non est exinanita: * bibent omnes peccatores terræ.

Ego autem annuntiabo in sæculum: * cantabo Deo Jacob. Et

Et omnia cornua peccatorum confringiam: * & exaltabuntur cornua iusti.

Añã. Deus meus, Salvator meus, salutare meum: & spes mea in æternum.

Añã. Protector noster.

Psalmus 83.

Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum! * concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum, & caro mea: * exultaverunt in Deum vivum.

Etenim passer invenit sibi domum: * & turtum nidum sibi ubi ponat pullos suos.

Altaria tua Domine virtutum: * Rex meus, & Deus meus.

Beati qui habitant in domo tua Domine: * in sæcula sæculorum laudabunt te.

Beatus vir, cujus est auxilium abs te: * ascensiones in corde suo disposuit, in valle lacrymarum, in loco quem posuit.

Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: * videbitur Deus deorum in Sion.

Domine Deus virtutum exaudi orationem meam: * aurius percipe Deus Jacob.

Protector noster aspicere Deus: * & respice in faciem Christi tui.

Quia melior est dies una in atriiis tuis: * super millia.

Elegi abjectus esse in domo Dei mei: * magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam, & veritatem diligit Deus: * gratiam & gloriam dabit Dominus.

Non privabit bonis eos, qui ambulat in innocentia: * Domine virtutum beatus homo qui sperat in te.

Añã. Protector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui.

y. Notam fecisti in gentibus virtutem tuam.

ny. Redemisti in brachio tuo populum tuum.

Pater noster.

Absolut. A vinculis peccatorum. *Benedictio* Evangelica lectio.

Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem. Cap. 3.

LECTIO VII.
IN illo tempore: Dixit Jesus à Nicomedeo: Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis, qui est in cælo. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Ex Tractatu in cap. 3. Sancti Joann.

Nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit. Descendit, enim, & mortuus est, & ipsa morte liberavit nos à morte. Morte occisus, mortem occidit. Et nōstis Fratres, quia mors ista per diaboli invidiam intravit in mundum. Deus mortem non fecit, Scriptura loquitur. Nec letatur, inquit, in perditione vivorum: creavit enim ut essent omnia. Sed quid ibi ait: Invidia autem diaboli mors intravit in orbem terrarum. Ad mortem à diabolo propinatam non veniret homo vi ad actus; non enim cogendi potentiam diabolus habebat, sed persuadendi versutiam. Si non consentiret, nihil invexerat diabolus: consentio tua, o homo, te perduxit ad mortem. A mortali mortales nati, & ex immortalibus mortales facti. Ab Adam omnes homines mortales. Jesus autem Filius Dei Verbum Dei, per quod facta sunt omnia, unicus equalis Patri, mortalis factus est, quia Verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Si ergo mortem suscepit, & mortem suspendit in Cruce, de ipsa morte liberantur mortales. Quod in figura factum est apud

antiquos, commemoravit illud Dominus.

⁊. Laudabilis populus, quem Dominus exercituum benedixit, dicens: Opus manuum mearum tu es: hereditas mea Israël.

⁊. Beata gens, cujus est Dominus Deus populus electus in hereditatem. Quem.

Bened. Divinum auxilium.

LECTIO VIII.

Et sicut, inquit, Moyses exaltavit serpentem in Eremo, ita exaltari oportet Filium hominis: Quis est serpens exaltatus? Mors Domini in Cruce. Quia enim à serpente mors, per serpentis elugiem figurata est mors. Morsus serpentum lethalis, mors Domini vitalis. Attenditur serpens, ut nihil valeat serpens. Quid est hoc? Attenditur mors, ut nihil valeat mors. Sed cujus mors? Mors vite. Nonne Vita Christus? Et tamen mortuus est Christus. Interim modò, fratres, ut à peccato sanemur, Christum Crucifixum intueamur: quia sicut Moyses, inquit, exaltavit serpentem in Eremo, ita exaltari oportet Filium hominis; ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. Quomodo qui

in-

intuebantur illum serpentem, non peribant morsibus serpentum: sic, qui intuentur fide mortem Christi, sanantur à morsibus peccatorum. Sed illi sanabantur à morte ad vitam temporalem: hic autem ait, ut habeant vitam aeternam. Hoc enim interest inter figuratam imaginem, & rem ipsam: figura praestabat vitam temporalem: res ipsa, cujus illa figura erat, praestat vitam aeternam.

⁊. Duo Seraphim clamabant alter ad alterum: * Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth: * Plena est omnis terra gloria eius.

⁊. Tres sunt, qui testimonium dant in Caelo Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus: & hi tres unum sunt. Sanctus. Gloria Patri. Plena.

Benedict. Per Evangelica.

LECTIO nona legitur de Homilla Dominica occurr.

AD LAUDES, ET PER HORAS.

Añã. Cantate Domino, quoniam magnificè fecit annuntiate hoc in universa terra.

Psal. Dominus regnavit, cum reliquis de Laudib. Dom.

Añã. Ecce Deus Salvator meus fiducialiter agam: quia factus est mihi in salutem, alleluia.

Añã. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris, & dicetis: Confitemini Domino, & invocate nomen eius.

Añã. Et facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius.

Añã. Exulta, & lauda habitatio Sion: quia magnus in medio tui Sanctus Israel.

Capitul. Tob. 3.

Benedictum nomen tuum Deus Patrum nostrorum, qui cum iratus fueris, misericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis, his, qui invocant te.

HYMNUS.

Salutis humanae Sator, Jesu voluptas cordium, Orbis Redempti Conditor, Et casta lux amantium.

Qua victus es clementia, Ut nostra ferres crimina? Mortem subires innocens, A morte nos ut tolleres?

Perrumpis infernum chaos: Vincis catenas detrahis, Victor triumpho nobili Ad dexteram Patris sedes.

Te cogat indulgentia, Ut damna nostra sarcias, Tuique vultus compotes Dites beato lumine.

Jesu tibi sit gloria, Qui natus es de Virgine

Cum

Cum Patre, & almo Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.
† Domine refugium factus
es nobis.

⁊. A generatione, & pro-
genie.

AD BENEDICTUS. *Añã.*

Ecce Deus noster iste, ex-
pedavimus eum; & salva-
bit nos, sustinimus eum, &
exultabimus, & letabimur in
salutari ejus, alleluia.

Oratio: Deus, qui nos in
tantis, ut in *Vesperis.*

*Deinde fit commemoratio Do-
minicæ occurrentis.*

AD PRIMAM.

⁊. Christe Fili.

†. Qui natus es de Maria
Virgine.

AD TERTIAM.

Añã. Ecce Deus Salvator
meus, fiducialiter agam: quia
factus est mihi in salutem,
alleluia.

Capitul. Benedictum no-
men tuum.

⁊. Redime me Domine:
Et miserere mei. Redime me.

†. In Ecclesiis benedicam
te Domine. Et miserere mei.
Gloria Patri Redime.

†. Memento nostri Domi-
ne in beneplacito populi tui.

⁊. Visita nos in salutari
tuo.

AD SEXTAM.

Añã. Haurietis aquas in
gaudio de fontibus.

Capitul. 1. Corinth. 1.

EX ipso autem vos estis in
Christo Jesu, qui factus est
nobis sapientia à Deo, & jus-
titiã, & sanctificatio, & Re-
demptio.

⁊. Memento nostri Domi-
ne in beneplacito populi tui.
Memento.

†. Visita nos in salutari tuo.
In beneplacito. Gloria Patri.

Memento.

†. Redemisti nos Domine in
sanguine tuo.

⁊. Et fecisti nos Deo nos-
tro regnum.

AD NONAM.

Añã. Exulta, & lauda ha-
bitatio Sion.

Capitul. Apocal. 4.

Dignus es Domine Deus
noster accipere gloriam,
& honorem, & virtutem: quo-
niam occisus es, & redemisti
nos Deo in Sanguine tuo ex
omni tribu, & lingua, & po-
pulo, & natione, & fecisti nos
Deo nostro regnum.

⁊. Notam fecisti in popu-
lis, Virtutem tuam. Notam.

†. Redemisti in brachio
tuo populum tuum. Virtotem
tuam. Gloria Patri. Notam.

Da.

†. Domine refugium factus
es nobis.

⁊. A generatione, & pro-
genie.

*In secundis Vesperis, omnia
dicunt. ut in primis.*

AD MAGNIFICAT. *Añã.*

Regnum tuum, regnum om-
nium sæculorum, & do-
minatio tua in omni generatio-
ne, & generationem. Alleluia.

Oratio: Deus, qui nos in
tantis, ut *suprà.*

*Deinde fit commemoratio Do-
minicæ occurrentis.*

✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠

FESTA AUGUSTI.

DIE VI. AUGUSTI.

*In Feslo Transfigurationis
Domini.*

Fit ut in Breviario.

*In Angelopolit. verò Ecclesia
omittitur ix. lect. de S. Nyño,
& ejus loco dicitur sequens.*

LECTIO IX.

Desumpta ex Olibarvio

Romano.

U verò Matthæi philoso-
phiam considera, qui non
celavit nomina eorum, qui
propositi fuerant: Quod &
Joannes sapius facit, cum ex-
imias Petri laudes verissimè,
ac diligentissimè describat.

⁊.

Nullum enim in hoc Aposto-
lorum consortio, livor, aut ina-
nis gloria locum habebat. Pri-
mos igitur Apostolorum seor-
sum assumpsit. Quamobrem
eos solos accepit? Quia exce-
llentiores cæteris, videlicet,
erant: Cùm autem non illicet,
sed post sex dies hoc fecit? Ne
cæteri, scilicet, discipuli, seu
homines moverentur: quia de
re nec eos nominavit, quos ac-
cepturus erat.

Tu autem, &c.

DIE XIII. AUGUSTI.

Pro Metropolitana Ecclesia,
& ejus Archiepiscopatu.

*In Feslo Ss. Mm. Hippolyti,
& Cassiani.*

Patron. hujus Civitat. Mexic.
Duplex prima classis cum
Octava.

*Omnia de Comuni pluri-
morum Martyrum.*

Oratio: Da, quæsumus om-
nipotens Deus, &c.

*Lectioes primi Nocturni
Frates debitores.*

*In secundo Nocturno lectio
quarta Ss. Hippolyti, & Cas-
siani Mart. ut in Brev. quin-
ta & sexta Quotiescumque, de
eodem Communi.*

*In tertio Nocturno Homi-
lia in Evangelium: Cùm au-
dieritis.*

Et

Mis-

Cum Patre, & almo Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.
† Domine refugium factus
es nobis.

⁊. A generatione, & pro-
genie.

AD BENEDICTUS. *Añã.*

Ecce Deus noster iste, ex-
pedavimus eum & salva-
bit nos, sustinimus eum, &
exultabimus, & letabimur in
salutari ejus, alleluia.

Oratio: Deus, qui nos in
tantis, ut in *Vesperis.*

*Deinde fit commemoratio Do-
minicæ occurrentis.*

AD PRIMAM.

⁊. Christe Fili.

†. Qui natus es de Maria
Virgine.

AD TERTIAM.

Añã. Ecce Deus Salyator
meus, fiducialiter agam: quia
factus est mihi in salutem,
alleluia.

Capitul. Benedictum no-
men tuum.

⁊. Redime me Domine:
Et miserere mei. Redime me.

†. In Ecclesiis benedicam
te Domine. Et miserere mei.
Gloria Patri Redime.

†. Memento nostri Domi-
ne in beneplacito populi tui.

⁊. Visita nos in salutari
tuo.

AD SEXTAM.

Añã. Haurietis aquas in
gaudio de fontibus.

Capitul. 1. Corinth. 1.

EX ipso autem vos estis in
Christo Jesu, qui factus est
nobis sapientia à Deo, & jus-
titiã, & sanctificatio, & Re-
demptio.

⁊. Memento nostri Domi-
ne in beneplacito populi tui.
Memento.

†. Visita nos in salutari tuo.
In beneplacito. Gloria Patri.

Memento.

†. Redemisti nos Domine in
sanguine tuo.

⁊. Et fecisti nos Deo nos-
tro regnum.

AD NONAM.

Añã. Exulta, & lauda ha-
bitatio Sion.

Capitul. Apocal. 4.

Dignus es Domine Deus
noster accipere gloriam,
& honorem, & virtutem: quo-
niam occisus es, & redemisti
nos Deo in Sanguine tuo ex
omni tribu, & lingua, & po-
pulo, & natione, & fecisti nos
Deo nostro regnum.

⁊. Notam fecisti in popu-
lis, Virtutem tuam. Notam.

†. Redemisti in brachio
tuo populum tuum. Virtutem
tuum. Gloria Patri. Notam.

Da.

†. Domine refugium factus
es nobis.

⁊. A generatione, & pro-
genie.

*In secundis Vesperis, omnia
dicunt. ut in primis.*

AD MAGNIFICAT. *Añã.*

Regnum tuum, regnum om-
nium sæculorum, & do-
minatio tua in omni generatio-
ne, & generationem. Alleluia.

Oratio: Deus, qui nos in
tantis, ut *suprà.*

*Deinde fit commemoratio Do-
minicæ occurrentis.*

✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠

FESTA AUGUSTI.

DIE VI. AUGUSTI.

*In Feslo Transfigurationis
Domini.*

Fit ut in Breviario.

*In Angelopolit. verò Ecclesia
omittitur ix. lect. de S. Nyño,
& ejus loco dicitur sequens.*

LECTIO IX.

Desumpta ex Olibarvio

Romano.

U verò Matthæi philoso-
phiam considera, qui non
celavit nomina eorum, qui
propositi fuerant: Quod &
Joannes sapius facit, cum ex-
imias Petri laudes verissimè,
ac diligentissimè describat.

⁊

Nullum enim in hoc Aposto-
lorum consortio, livor, aut ina-
nis gloria locum habebat. Pri-
mos igitur Apostolorum seor-
sum assumpsit. Quamobrem
eos solos accepit? Quia exce-
llentiores cæteris, videlicet,
erant: Cùm autem non illicet,
sed post sex dies hoc fecit? Ne
cæteri, scilicet, discipuli, seu
homines moverentur: quia de
re nec eos nominavit, quos ac-
cepturus erat.

Tu autem, &c.

DIE XIII. AUGUSTI.

Pro Metropolitana Ecclesia,
& ejus Archiepiscopatu.

*In Feslo Ss. Mm. Hippolyti,
& Cassiani.*

Patron. hujus Civitat. Mexic.
Duplex prima classis cum
Octava.

*Omnia de Comuni pluri-
morum Martyrum.*

Oratio: Da, quæsumus om-
nipotens Deus, &c.

*Lectioes primi Nocturni
Frates debitores.*

*In secundo Nocturno lectio
quarta Ss. Hippolyti, & Cas-
siani Mart. ut in Brev. quin-
ta & sexta Quotiescumque, de
eodem Communi.*

*In tertio Nocturno Homi-
lia in Evangelium: Cùm au-
dieritis.*

⁊

Et

Mis-

Missa: Intret; dicitur Credo,
& per Orationem.

DIE XIII. EJUSDEM.

In toto Episcopatu Angelo-
politano.

In Festo Sancti Xysti Pape
& Martyris.

Cujus Reliquia asservatur in
Ecclesia Cathedrali.

Duplex.

Omnia de Communi unius
Martyris.

Oratio: Infirmis, de eo-
dem Communi.

Lectiones primi Nocturni de
Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Xystus Secundus, &c. ut in
Breviario die vi. hujus.

LECTIO V.

Sermo S. Augustini Episcopi:
Triumphalis, de Communi.

LECTIO VI.

Coronata itaque.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium: Si
quis venit, de eodem Communi.

Missa: Statuit. Et in Matrice
dicitur Credo.

DIE XIV. AUGUSTI.

Secunda die infra Orationem S.
Martyrum Hippolyti, & Cas-
siani.

Lectiones primi Nocturni de
Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Ex Epistola Sancti Cypriani
Episcopi, & Martyris, ad Mar-
tyres. Epist. 25.

LECTIO IV.

Imposuerunt compedes pedi-
bus vestris, & membra felici-
tatis, ac Dei templa infami-
bus vinculis ligaverunt, quasi
cum corpore ligetur, & spiri-
tus, aut aurum vestrum ferri
contagione maculetur. Dicatis
Deo, hominibus, & fidem
suam religiosa virtute testanti-
bus: ornamenta sunt ista, non
vincula: nec christianorum pe-
des ad infamiam copulant, sed
clarificant ad coronam. O pe-
des feliciter vinciti, qui non à
fabro, sed à Domino resolvun-
tur! O pedes feliciter vinciti, qui
itinere salutari ad paradisum
diriguntur! O pedes in sæculo
ad præsentem ligati, ut sint sem-
per ad Dominum liberi!

ꝫ. Sancti tui.

Paulo post.

LECTIO V.

Quis non libenter, & prom-
ptè calicem, salutis ac-
cipiat? Quis non appetat
gaudibundus, & lætus, in quo
aliquid & ipse Domino suo
retribuatur? Quis non pretiosam
in conspectu Dei mortem for-
titer, & constantè excipiat, pla-

IN III. NOCTURNO.

LECTIO Sancti Evangelii secun-
dum Lucam. Cap. 21.

LECTIO VII.

IN illo tempore: Dixit Jesus
discipulis suis: Cum audie-
ritis prælia, & seditiones, no-
lite terri: oportet primùm
hæc fieri, sed nondum statim
finis. Et reliqua.

De Homilia Sancti Gregorii
Pape.

Ex Homilia 25. in Evang.

Omnia, quæ ad usum vite
acceptimus, ad usum con-
vertimus culpæ: per cuncta,
quæ ad usum prævitatis inflex-
imus, ad usum nobis vertuntur
ultionis. Tranquillitatem
quippè humane pacis ad usum
vertimus vanæ securitatis: pe-
nitationem terræ pro habi-
tatione dileximus patriæ: salu-
tem corporum redegit in usum
vitiorum: ipsa serena
blandimenta aëris ad amorem
nobis servire cõegimus terre-
næ delectationis. Jure igitur
restat, ut simul nos omnia fer-
riant, quæ simul omnia vitis
nostris malè subacta servie-
bant: ut quod prius in mundo
incolumes habuimus gaudia,
tot de ipso postmodum cogamur
sentire tormenta.

ꝫ. Propter testamentum.

placiturus ejus oculis, qui nos
in congressione nominis sui
desuper spectans volantes,
comprobat, adjuvat dimican-
tes, vincentes coronat, retribu-
tione bonitatis, ac pietatis
paternæ remunerans in nobis,
quidquid ipse præstitit, & ho-
norans, quod ipse perfecit?

ꝫ. Verba carnicum.

Circa fin. LECTIO VI.

Quis nunc vobis, dilectis-
simi fratres, conscientia
victoris vigor? Quæ su-
blimitas animi? Quæ in sensu
exultantia? Qui triumphus in
pectore? Unumquemque ves-
trum stare ad promissum Dei
præmium, de judicii die esse se-
curum? Ambulare captivo qui-
dem corpore, sed corde reg-
nante scire Christum secum
esse præsentem, gaudentem
tolerantia servorum suorum,
per vestigia, & vias suas ad
regna æterna gradientium?
Planè quia nunc vobis in præ-
cibus efficacior sermo est, &
ad impetrandum, quod peti-
tur facilius oratio est: petite
impensus, & rogate, ut qui
hic charitatis, & pacis vincu-
lo copulati stetimus, pariter
in regnis coelestibus gaudea-
mus.

ꝫ. Tamquam aurum.

Ec 2

Paul

Paulo post. *LECTIO VII.*

Quia autem cuncta hæc non de iniustitia ferientis sunt, sed de meritò mundi patientis, facta pravorum hominum præmittuntur, cum dicitur: Sed antè hæc omnia injicient vobis manus suas. Ac si aperte dicat: Prius corda hominum, & post elementa turbantur: ut cum rerum ordo confunditur, ex qua jam retributione veniat, demonstretur. Nam quamvis finis mundi ex ipso suo ordine pendeat; per-versiores tamen quosque inveniens, quia dignè ruinis illius opprimantur, innotescit.

v. Sancti mei.

Lectio nona Vigiliæ Assumptionis, in Laudibus fit commemoratio Orlavæ S. Laurentii, Vigiliæ, & S. Eusebii Confessoris.

Missa dicitur de Vigilia, cum commemorat Orlavæ, &c.

DIE XIV. AUGUSTI.

In Festo S. Hieronymi Emiliani, Congregationis Somaschæ Fundatoris.

Duplex.

Vespere de Sancto Vincentio à Paulo, à Capitulo de sequenti.

Omnia de Communi Confessoris, non Pontificis, præter sequent.

ORATIO.

DEUS misericordiarum Pater, per merita, & intercessionem Beati Hieronymi, quem Orphanis adiutorem & patrem esse voluisti, concede: ut spiritum adoptionis, quo Filii tui nominamur, & summus, fidelitèr custodiamus. Per Dominum nostrum.

IN I. NOCTURNO.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Hieronymus è gente Patricia Emilia Venetiis ortus, à prima adolescentia militiæ addictus, difficilimis Reipublicæ temporibus Castro novo ad Quarum in montibus Tarvisinis præficitur. Arcè ab hostibus capta, ipse in teterimum carcerem detruditur, manibus, ac pedibus vincus; cui omni humana ope destituito Beatissima Virgo, ejus precibus exorata, clemens adest, vincula solvit, & per medios hostes, qui vias omnes obsederant, in Tarvisii conspectum incolumen ducit. Urbem ingressus, ad Deiparæ aram, cui-

se venerat, manicas, compedes, catenas, quas secum detulerat, in accepti beneficii testimonium suspendit. Reversus Venetias, coepit pietatis studia impensius colere, in paupere mirè effusus, sed puerorum præsertim misertus, qui parentibus orbat, egeni, & sordidi per urbem vagabantur, quos in ædes à se conductas recepit de suo alendos, & Christianis moribus imbuendos.

v. Honestum fecit.

LECTIO V.

PER eos dies Venetias apulerant Beatus Cojeranus, & Petrus Carafa postmodum Paulus Quartus, qui Hieronymi spiritu, novoque instituto colligendi Orphanos probatos, illum in incurabili Hospitali adduxerunt, in quo Orphanos, simul educaret, atque ægrotis pari charitate inserviret. Mox eorumdem hortatu in proximam continentem profectus, Brixie primum, deinde, Bergomi, atque Novocomi Orphanotrophia erexit, Bergomi præsertim, ubi præter duo, pro pueris unum, & pro puellis alterum, domum excipiendis, novo in illis regionibus exemplo, Mulieribus à turpi vita ad poenitentiam cor-

versis, aperuit. Somaschæ de-mum subsistens, in humili pagogo Agri Bergomensis ad Venetæ ditionis fines, sibi, ac suis ibi sedem constituit, formamque induxit Congregationis, cui propterea à Somascha nomen factum, quam subinde auctam, & propagatam nedum Orphanorum regimini, & Ecclesiarum cultui, sed ad majorem Christianæ Reipublicæ utilitatem, adolescentium in litteris, & bonis moribus institutioni in Collegiis, Academicis, Seminariis additam Sanctus Pius Quintus inter Religiosos Ordines adscripsit, cæterique Pontifices privilegiis ornarunt.

v. Amavit eum Dominos.

LECTIO VI.

Orphanis, colligendis intentus Mediolanum proficiscitur, atque Ticinum, & utrobique collectis agminibus puerorum, tectum, victum, vestem, magistros, nobilibus Viris faventibus, providè constituit. Inde Somascham redux, omnibus omnia factus, à nullo abhorrebat opere, quod in proximi bonum cedere pervideret. Agricolis inmixtus per agros sparsis, dum se illis adiutorem in metendis fregibus

præbet, mysteria fidei explicabat, puerorum capita porrigente fœda abstergens, & patienter tractans curabat, putridis rusticorum vulneribus medebatur eo successu, ut gratia curationum donatus censeretur. In monte, qui Somaschæ imminet, reperta specus, in illam se abdidit: ubi se flagellis cadens, dies integros jejunijs transigens, oratione in plurimam noctem protraxit, super nudo saxo breuem somnum carpens, sui, aliorumque noxarum poenas luebat. In hujus specus interiori recessu ex arido silice extillat aqua precibus Servi Dei, ut constans traditio est, impetrata, quæ usque in hodiernam diem jugiter manans, & in varias regiones delata, agris sanitatem plerumque conciliat. Tandem ex contagione, quæ per omnem vallem serpebat, dum ægrotantibus inservit, & vita functos proprijs humeris ad sepulturam defert, contracto morbo, annos natus sex, & quinquaginta, quam paulo ante prædixerat, pretiosam mortem obit anno millesimo quingentesimo trigesimo septimo: quem pluribus in vita, & post mortem miraculis illustrem Bene-

dictus Decimus Quartus Beatorum, Clemens verò Decimus tertius Sanctorum fastis solentur adscripsit.

¶ Iste homo perfecit.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATTHÆUM.

LECTIO VII. Cap. 19. b.

¶ In illo tempore: Oblati sunt ei parvuli, ut manus eis imponeret, & oraret. Et reliquit.

Homilia Sancti Joannis Chrysostomi.

Homilia 62. in Mattheum.

CUR discipuli pueros abiegebant? Dignitatis causa. Quid ergo ille? Ut doceat illos modestè sapere, fastumque mundanum conculcare, & suscipit, & ulnis complectitur, talibusque regnum coelorum pollicetur, id quod etiam dixit superius. Et nos igitur, si volumus heredes esse coelorum, hanc virtutem cum diligentia magna sectemur. Hoc est enim Philosophiæ culmen, simplicem esse cum prudentia: hæc vita est Angelica. Anima enim pueruli omnibus animi morbis vacua est: non memoriam retinet injuriarum, sed eas inferentes adit, ut amicos, ac si nihil factum esset. Et quamvis à matre verberibus

cadatur, eam semper querit, & omnibus anteponit.

¶ Iste est qui ante Deum.

LECTIO VIII.

SI Reginam ipsi ostendas diademate ornatam, non præfert eam matri pannis detritis vestitæ, mallique illam incultam videre, quam Reginam mirificè amictam. Nam quod suum, quod alienum est, non est paupertate, vel divitijs, sed ex amore existimare solet, & nihil plus requirit, quam necessaria, atque ut lacte repletus est, statim à mamma abscedit. Non eisdem, quibus nos, arumnis premitur, nec pecuniarum jactura, rebusque similibus, nec iisdem, quibus nos fluxis rebus lætatur, neque corporum pulchritudinem miratur. Ideò dicebat: Talius est enim regnum coelorum, ut ex proposito voluntatis illa operemur, quæ ex natura sua pueri faciunt.

¶ Sint lumbi vestri.

LECTIO IX.

Quia enim Pharisei non aliunde, quam à nequitia, & arrogantia agenda ferebantur, ideò ubique discipulos suos simplices esse jubet, illosque subindicat, dum hos instituit. Nihil enim

ita superbiam parit, ut principatus, & primi consessus. Quoniam igitur discipuli per totum terrarum orbem multum honoris consecuturi erant ipsorum animos prævenit, nec sinit eos humanum quid pati, nec honorem à vulgò expetere, vel ante alios sese efferre. Nam etiam si hæc parva videntur esse, at malis ingentibus causam præbent: sic enim instituti Pharisei in malorum culmen ascenderunt; salutationes primos consessus, & medios requirentes, hinc in ardentem gloriæ cupiditatem, inde verò in impietatem lapsi sunt.

Te Deum laudamus.

In Laudibus fit commemoratio. Octavarum, Vigilia, & S. Eusebii.

In secundis Vesperæ Assumpt. sine commemorat.

DIE XX. AUGUSTI.

Octava Ss. Mm. Hippolyti, & Cassiani.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Sermo S. Fulgentii Episcopi.

Sermo 10. LECTIO VI.

D Electat videte campos, setigetum auris maturatis

calamis aristarum delectabilis libet attendere campos Ecclesie martyrum micantes, plantatos de uno cruore per Agni sanguinem innocentem. Segetes etenim sunt passionis martyrum, juxta cursus aquarum, rigati fontibus lacrymarum. Nam sic modo beatus David martyrum purpurata germina, & ante messores gaudiorum tamquam maniceps secanti messoria cythara decantabat: Qui seminant, inquit, in lacrymis, in gaudio metent. Ubi seminant in lacrymis, nisi juxta arborem crucis, ubi est fons proximus Salvatoris?

¶ Sancti tui.

LECTIO V.

¶ Unde de latere ejus sanguinis gutte stillarunt, & pluvia cruoris, & aqua seminata est tolerantia confessorum. De ipso ligno virentis crucis juxta fontem sanguinis plantata virginitas floruit castitatis: inde plantata martyrum tolerantia coepit seminis sui germina colligere purpurata. Nam unde martyres tolerant, nisi per Dominicam crucem? Unde martyres, in quorum cordibus Iex Dei est, maledictiones non timent hominum, nisi quia Christus Dominus pertulit pa-

tienterimproperia Judaeorum? Ista ergo seminatio sanguinis Christi fecit semina martyrum pullulare in campo matris Ecclesie, & dicit David: Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent: euntes ibant, & flebant.

¶ Verba carnificum.

Circa fin. LECTIO VI.

¶ Revertuntur? Non flentes, sed gaudentes: non adhuc seminantes, sed manipulos suos leta cervice portantes. O germina, quae non urit flamma, quia juxta flumen sunt vitreum in Jerusalem; & perpetuo virescunt flore immortalitatis vitae aeternae. Nesciunt marcescere, quia non timebunt pro justitia flammis arderi: quia Agnus deducet eos ad vitae fontes aquarum, & delebit omnem lacrymam ab oculis eorum, & florebit sicut lilium in medio Angelorum.

¶ Tamquam aurum.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO Sancti Evangelii secundum Lucam. Cap. 21.

LECTIO VII.

¶ In illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis: Cum audieritis praedia, & seditiones,

no-

nolite terri: oportet primum haec fieri, sed nondum statim finis. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Serm. 14. lib. 50. Homil.

¶ Dominus noster Jesus Christus testibus, id est, martyribus suis, pro humana fragilitate sollicitis, ne forte eum consistendo, atque moriendo perirent, magnam securitatem dedit, dicens: Capillus de capite vestro non peribit. Times ergo ne pereas, cujus capillus non peribit? Si sic custodieris superflua tua, in quanta securitate est anima tua? Non perit capillus, qui cum tondetur, non sentis; & perit anima, per quam sentis? Sane multa dura eos passuros esse praedixit, ut praedicando faceret paratiores, dicerentque illi: Paratum cor meum.

¶ Propter testamentum.

LECTIO VIII.

¶ Quid est, Paratum cor meum, nisi, Parata voluntas mea? Paratam ergo habent martyres voluntatem in martyrio, sed preparatur voluntas a Domino. Illis autem in malis duris, atque asperis futuris commemorans adjecit. In patientia vestra pos-

siderabitur animas vestras. In vestra patientia, inquit, non enim esset patientia tua, si non ibi esset, & voluntas tua. In vestra patientia: sed unde vestra? Nostrum est, quod a nobis habetur, nostrum est & quod nobis donatur.

¶ Sancti mei.

LECTIO IX.

¶ Quomodo enim aliquid donas, nisi ut ejus sit cui donas? Aperta est enim illa confessio: Nonne Deo subicietur anima mea, ab ipso enim est patientia mea? Dicit nobis ipse, in vestra patientia dicamus illi: & nos, patientia mea ab ipso est. Tuum fecit donando, non ingratus esse tibi assignando. Nonne in Oratione Dominica dicimus, & nostrum est quod a Deo est? Quotidie dicimus, Panem nostrum quotidianum. Jam dixisti, Nostrum; & dicit, Da nobis: ecce nostrum, ecce da nobis? Illo dante sit nostrum.

Te Deum laudamus.

DIE XXVI. AUGUSTI.

In Falso S. Constantii Mart. Cujus Reliquia asseruatur in Angelopolitana Ecclesia.

Duplex.

Omnia ut in die xi. Julii, cum commemoratione S. Zephy-

Fi

ri.

rini in Vesperis, Laudibus, & in Missa; & in Matutinis legitur ejus ix. lectio.

DIE XXVII. AUGUSTI.

In Festo Sanctæ Teresie Virginis, Secundo.

Duplex.

Omnia ut in Communi Virginis, ut in die xvi. Octobris.

In utrisque Vesperis, & Laudibus.

HYMNUS.

Regis superni nuntia
Domum paternam deseris
Terris Teresa barbaris
Christum datura, aut sanguinem.

Sed te manet suavior
Mors, poena poscit dulcior,
Divini amoris cuspide
In vulnus ista concides.

O charitatis vclima!
Tu corda nostra concrema,
Tibique Gentes creditas
Averni ab igne libera.

Sit laus Patri cum Filio,
Et Spiritu Paraclito,
Tibique, Sancta Trinitas,
Nunc, & per omne sæculum.
Amen.

ŷ. Specie tua, & pulchritudine tua.
ŷ. Intende, prosperè, procede, & regna.

AD MAGNIFICAT. ANA.
Veni Sponsa Christi, accipe

coronam, quam tibi Dominus præparavit in æternum.

ORATIO.

DEUS, qui illibata præcordia Beatæ Virginis Teresie Sponse tuæ, ignito jaculo transfixisti, & charitatis victimam consecrasti: ipsa interveniente, concede, ut corda nostra ardore Sancti Spiritus ferveant, & te in omnibus super omnia diligant. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre, &c.

AD MATUTINUM.

INVITATORIUM.

Regem Virginum Domium:
Venite adoremus.

Psalm. Venite exultemus.

HYMNUS.

Felix dies, qui candida
Instar columbæ, cœlitum,
Ad sacra templa spiritus
Se transtulit Teresie.

Sponsique voces audit:
Veni soror de verrice
Carmeli ad Agni nuptia:
Veni ad coronam gloriæ.

Te, Sponse Jesu Virginum,
Beati adorem Ordines,
Et nuptiali cantico
Laudent per omne sæculum.
Amen.

Lectioes primi Nocturni:
Scriptura.

Do-

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Inter cæteras Teresie virtutes præcipuè emicuit dilectio Dei, quæ ad eam in corde ejus exarsit, ut confessarii ipsius Teresie tamquam non hominis, sed Cherubim propriam admirarentur, & celebrarent. Quam etiam Dominus noster Jesus Christus multis visionibus, & revelationibus mirabiliter auxit: quandoque enim data dextera, clavoque extenso, illam in Sponsam suam adoptavit: atque his verbis alloqui dignatus est: deinceps ut vera sponsa meum zelabis honorem jam ipse sum totus tuus, & tu tota mea.

ŷ. Propter veritatem.

LECTIO V.

Liquando etiam Angelum vidit ignito jaculo sibi præcordia transverberantem: Quod ipsa enarrat his verbis: videbam ad sinistram meam Angelum astantem corporali specie; non erat magnus, sed parvus, formaque pulcherrima, ac vultu sic accenso, & flagrante, ut videretur ex supremis, qui penitus exarcent, sive ex iis, qui Seraphim dicuntur. Aspiciebam eum in manibus gestare longum jacu-

lum aureum, & in extremo cuspidis parum ignis: jaculo autem non semel cor meum transverberabat usque ad viscera: hæc verò mihi videbatur secum asportare, cum jaculum educeret, exindeque me prorius relinquere Dei amore assuantem. Erat quidem tam vehemens dolor vulneris, ut me compelleret in gemitu iteratos prorumpere, & ad eum excellens suavitas, quam in me hic dolor intensissimus elicuit, quod desiderabile non sit, ut auferatur, nec animæ quidem quam placeat, nisi Deus ipse.

ŷ. Dilexisti justitiam.

LECTIO VI.

Ex quibus celestibus donis divini amoris flamma in ejus corde ad eum exstabat, ut maximè arduum votum à Deo edocta emisisset, efficiendi semper quidquid perfectius esse, & ad majorem Dei gloriæ pertinere, intelligeret. Quin etiam post mortem cuidam moniali per visum manifestavit, se non vi morbi, sed ex intolerabili divini amoris incendio vita excessisse.

ŷ. Asserentur Regi virginis, &c.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Pape in

Ff 2

Evangelio

*Evangel. Simile erit regnum
Cœlorum decem Virginibus,
ut in Communi Virginum.*



FESTA SEPTEMBRIS.

DIE II. SEPTEMBERIS.

*In Festo S. Antonini Martyr.
Duplex.*

*Omnia de Communi unius
Martyris.*

ORATIO.

OMnipotens sempiternæ
Deus, qui hunc diem Bea-
ti Antonini Martyris tui so-
lemnitate clarificas: exaudi
preces populi tui, & præsta; ut
quæ fideliter expetit, eo suffra-
gante, consequi mereamur.
Per Dominum nostrum.

*Lectiones primi Nocturni:
Fratres debitores, ut in Com-
muni plurim. Mart.*

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Antoninus regali genere
ortus, cum à prima æta-
te Christianam Religionem
coleret, parentibus orbatu, à
Theodorico patruo Tolosæ Re-
ge infideli, Pamie (quod est
Galliæ Narbonensis Oppi-
dum) educatus est. Delato au-
tem: ad Regem, quod Chris-
tianus esset, inde discedens,

Romam venit: postea Saler-
num profectus, ibi duodevigi-
nti annos apud pios, & doc-
tos Viros in secessu eremitico
mansit. Sacris deinde ordini-
bus initiatus, Diaconatum sus-
cepit. Quo ex tempore cepit
quam plurimis clarere miracu-
lis, ita ut cæcis visum, sur-
dis auditum, mutis loquelam
restitueret, variis languoribus
oppressos sanaret, inmundos
etiam spiritus ex hominum
corporibus eieceret. Hujusmo-
di verò miracula, vitæ inno-
centiæ, & puritatis comitaban-
tur, nec à verbi Dei prædica-
tione etiam cum vitæ discrim-
ine, quando se ei præbebat
ocasio (cum martyrii cupidis-
simus esset) cessabat. In eò
munere cum aliquando siti la-
boraret, elevatis ad Cœlum
oculis, Deum præcatus, bacu-
lo, cui innitebatur, terram per-
cussit, ex qua illicò fons ema-
navit, quo ipse, & alii multi
sitim extinxerunt.

¶. Honestum fecit.

LECTIO V.

Aliquot post annos, ad na-
tale solum reversus, &
à patruo susceptus, aliquandiu
cum eo vixit, sed iterum quod
Christianus, & Regiæ Majes-
tatis reus esset accusatus, in te-
ne-

nebricosum carcerem (qui Spe-
lunca votiua dicebatur) com-
pedibus ligatus, sine cibo, &
potu conjicit. Post septem
dies Rex carcerem adiit, existi-
mans juvenem jam inedia
mortuum fuisse, quem cum in-
columen invenisset, quinimò
puerum nobilem Almachium
pondus vinculorum ejus subs-
tantem comperisset; id Ma-
giæ Arti tribuens, puerum è
rupe præcipitari, & Beatum
Antoninum gravius vincu-
lis astringi jussit. Interim Rex
in bello periit, puer verò præ-
cipitatus, illasus repertus est,
& Beatus Antoninus ab Ange-
lo solutus compedibus (ut alter
Petros) liberatus, liberiùs cœ-
pit Christianos vincos in car-
cere, & extra in Fide Catho-
lica confirmare. Cum autem
Theodorico successisset in
Regnum Galliarum, Antonini
consanguineus, & majores in
Christianos persecutiones exci-
taret, Antoninus à piis Viris
ab ira Regis ereptus, Pamiam
in solitudinem secessit, ubi, &
Almachium puerum reperit.

¶. Desiderium animæ.

LECTIO VI.

¶ Bl in spelunca (quæ Orien-
talis dicebatur) propè fon-
tem) simul in orationibus, &

jejunii se exercentes, ab omni
hominum conversatione semo-
ti, diu commorati sunt. Illis
paullò post quidam Joannes
Presbyter Divino instinctu,
simul futurus Martyr, adjungit-
ur. Nam cum venatoris Regii
ex insperato eos reperisset,
& Antoninum cognovissent,
ad Regem deferunt, qui ad se
perductum Antoninum, sic
alloquitur: Quæ te dementia
Antonine cepit, ut tui generis
oblitus, tuis præstigiis homi-
nes dementes, & Regnum nos-
trum perturbes? Cui Antoni-
nus: Non ego, Gallati, quem-
quam demento, sed unum
Deum, cujus est Regnum &
Imperium, prædico. Tuos au-
tem, quos colis Deos, ligneos,
& lapideos, ut falsos, & ina-
nes respuo. His verbis ira in-
flammas Rex, illicò eum
cum sociis capite plecti, & in
flumen (cui nomen Aregia)
projici jubet. Eorum corpora
à Christianis inventa, honori-
ficè condita sunt: Et Sancti
Antonini dexter humerus cum
brachio, qui insimul etiam
cum capite, feroci idu, cum
feriretur, abscessus fuerat, in
Ecclesia Palentina, cujus Pa-
tronus existit, ex multò tem-
pore magna cum veneratione

*Evangel. Simile erit regnum
Cœlorum decem Virginibus,
ut in Communi Virginum.*



FESTA SEPTEMBRIS.

DIE II. SEPTEMBERIS.

*In Festo S. Antonini Martyr.
Duplex.*

*Omnia de Communi unius
Martyris.*

ORATIO.

Omnipotens sempiternæ
Deus, qui hunc diem Bea-
ti Antonini Martyris tui so-
lemnitate clarificas: exaudi
preces populi tui, & præsta; ut
quæ fideliter expetit, eo suffra-
gante, consequi mereamur.
Per Dominum nostrum.

*Lectiones primi Nocturni:
Fratres debitores, ut in Com-
muni plurim. Mart.*

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Antoninus regali genere
ortus, cum à prima æta-
te Christianam Religionem
coleret, parentibus orbatu, à
Theodorico patruo Tolosæ Re-
ge infideli, Pamie (quod est
Galliæ Narbonensis Oppi-
dum) educatus est. Delato au-
tem: ad Regem, quod Chris-
tianus esset, inde discedens,

Romam venit: postea Saler-
num profectus, ibi duodevigi-
nti annos apud pios, & doc-
tos Viros in secessu eremitico
mansit. Sacris deinde ordini-
bus initiatus, Diaconatum sus-
cepit. Quo ex tempore cepit
quam plurimis clarere miracu-
lis, ita ut cæcis visum, sur-
dis auditum, mutis loquelam
restitueret, variis languoribus
oppressos sanaret, inmundos
etiam spiritus ex hominum
corporibus eieceret. Hujusmo-
di verò miracula, vitæ inno-
centiæ, & puritatis comitaban-
tur, nec à verbi Dei prædica-
tione etiam cum vitæ discrim-
ine, quando se ei præbebat
ocasio (cum martyrii cupidis-
simus esset) cessabat. In eò
munere cum aliquando siti la-
boraret, elevatis ad Cœlum
oculis, Deum præcatus, bacu-
lo, cui innitebatur, terram per-
cussit, ex qua illicò fons ema-
navit, quo ipse, & alii multi
sitim extinxerunt.

¶. Honestum fecit.

LECTIO V.

Aliquot post annos, ad na-
tale solum reversus, &
à patruo susceptus, aliquandiu
cum eo vixit, sed iterum quod
Christianus, & Regiæ Majes-
tatis reus esset accusatus, in te-
ne-

nebricosum carcerem (qui Spe-
lunca votiya dicebatur) com-
pedibus ligatus, sine cibo, &
potu conjicitur. Post septem
dies Rex carcerem adiit, existi-
mans juvenem jam inedia
mortuum fuisse, quem cum in-
columen invenisset, quinimò
puerum nobilem Almachium
pondus vinculorum ejus subs-
tantem comperisset; id Ma-
giæ Arti tribuens, puerum è
rupe præcipitari, & Beatum
Antoninum gravius vincu-
lis astringi jussit. Interim Rex
in bello periit, puer verò præ-
cipitatus, illasus repertus est,
& Beatus Antoninus ab Ange-
lo solutus compedibus (ut alter
Petros) liberatus, liberiùs cœ-
pit Christianos vincos in car-
cere, & extra in Fide Catho-
lica confirmare. Cum autem
Theodorico successisset in
Regnum Gallatus, Antonini
consanguineus, & majores in
Christianos persecutiones exci-
taret, Antoninus à piis Viris
ab ira Regis ereptus, Pamiam
in solitudinem secessit, ubi, &
Almachium puerum reperit.

¶. Desiderium animæ.

LECTIO VI.

¶ Bl in spelunca (quæ Orien-
talis dicebatur) propè fon-
tem) simul in orationibus, &

jejunii se exercentes, ab omni
hominum conversatione semo-
ti, diu commorati sunt. Illis
paullò post quidam Joannes
Presbyter Divino instinctu,
simul futurus Martyr, adjungit-
ur. Nam cum venatoris Regii
ex insperato eos reperisset,
& Antoninum cognovissent,
ad Regem deferunt, qui ad se
perductum Antoninum, sic
alloquitur: Quæ te dementia
Antonine cepit, ut tui generis
oblitus, tuis præstigiis homi-
nes dementes, & Regnum nos-
trum perturbes? Cui Antoni-
nus: Non ego, Gallati, quem-
quam demento, sed unum
Deum, cujus est Regnum &
Imperium, prædico. Tuos au-
tem, quos colis Deos, ligneos,
& lapideos, ut falsos, & ina-
nes respuo. His verbis ira in-
flammas Rex, illicò eum
cum sociis capite plecti, & in
flumen (cui nomen Aregia)
projici jubet. Eorum corpora
à Christianis inventa, honori-
ficè condita sunt: Et Sancti
Antonini dexter humerus cum
brachio, qui insimul etiam
cum capite, feroci idu, cum
feriretur, abscessus fuerat, in
Ecclesia Palentina, cujus Pa-
tronus existit, ex multò tem-
pore magna cum veneratione

asservatur, ad cujus tadium puer mortuus, qui multitudine populi sanctas reliquias subsequens in sinu matris oppressus fuerat, statim revixit. Cum etiam Sanctus Castellæ primus Rex, dum venaretur, aprum, qui in antium confugerat, & eisdem ibidem imaginæ inharebat, ferire vellet, statimque ei brachium obri-guisset; comperito quod illa esset Sancti Antonini imago, in cujus honorem locus habebatur, poenitens facti Rex, vocavit Martyri templum ibi erigere, & illico brachium pristinae sanitati restituit. Quare eo loco magnificentissimam Ecclesiam Sancti Antonini nomine edificavit, adiculam verò antri, ut hodie visitur, sub ipsa Ecclesia intactam reliquit.

Stola iucunditatis.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO Sancti Evangelii secundum Joannem. Cap. 12. d.

LECTIO VII.

IN illo tempore: Dixit Jesus ad Discipulis suis: Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit; ipsum solum manet. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Tradatu 51. in Joanne, sub medium.

Y Pse Dominus Jesus erat gratum mortificandum, & multiplicandum: mortificandum infidelitate Judæorum; multiplicandum fide populorum. Jam verò exhortans ad passionis suæ sectanda vestigia, qui amat, inquit, animam suam, perdet eam. Quòd duobus modis intelligi potest, qui amat, perdet: id est, si amas, perdes. Si cupis vitam tenere in Christo, noli mortem timere pro Christo. Item alio modo: Qui amat animam suam, perdet eam, noli amare, ne perdas: noli amare in hac vita, ne perdas in aeterna vita.

Stola Cerona aurea.

LECTIO VIII.

Y POC autem, quod paucius dixi, magis habere videtur Evangelicus sensus. Sequitur enim: Et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. Ergò, quod supra didum est, qui amat, sub intelligitur, in hoc mundo, ipse utique perdit; qui autem odit, utique in hoc mundo, in vitam aeternam ipse custodit eam. Magna, & mira sententia, quemadmodum sit hominis in animam suam

suam amor ut percat, odium ne percat. Si malè amaveris, tunc odisti: si benè oderis, tunc amasti. Felices, qui oderunt custodiendo, ne perdat amando.

Stola. Hic est verè Martyr.

LECTIO IX.

SED vide ne tibi subrepat, ut te ipsum vellis interire, sic intelligendo, quod debes odisse in hoc mundo animam tuam. Hinc enim quidam maligni, atque perversi homines, & in se ipsis crudeliores, & sceleratiores homicida, flammis se donant, aquis se praefocant, praecipitio se collidunt, & pereunt. Hoc Christus non docuit: imò etiam Diabolo praecipitium: suggerenti respondit: Reddi retrò Sathanas; scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum. Petro autem dixit significans quia morte clarificaturus erat Deum: Cum esses junior, cingebas te, & ambulabas, quod volebas: cum autem senueris; alter te cinget, & feret, quò tu non vis. Ubi satis expressit: non à se ipso, sed ab alio debere occidi, qui vestigia sequitur Christi.

Te Deum laudamus.

Missa: Letabitur, cum Examine gel. de Offic.

DIE V. SEPTEMBRIS.
In Festo Commemorationis S. Juliani Episcopi, & Confes.
Duplex.

Omnia de Communi Confes. Pontif. prater sequent.

ORATIO.

DEUS, qui nos Beati Juliani Confessoris tui, atque Pontificis veneranda Commemoratione letificas: excita in nobis, quaesumus, ejus spirituum innocentia, & charitatis, & praxta; ut ejus ad te gradiamur exempla. Per Dominum.

Et fit Commemoratio Sanctae Rosalæ Virg. & Orlavæ.
Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Julianus, Ecclesie Conchen-sis Episcopus, Burgis piis, & honestis parentibus natus est. Ejus ortum praecleara illius sanctitatis, & Episcopalis dignitatis signa divinitus data nobilitarunt. Nam adeo formosus, & pulcher in lucem editus est, ut omnes intuentes os ejus, caelesti quodam fulgore perfusus admirarentur. Multò magis verò, cum puer grandior

dior palam super fontem Baptismalem tandiu visus est mira, & baculo Episcopaliibus insignibus ornatus, dum adstantes admonuit, ut infanti Juliani nomen imponerent. Postea pie, sancteque educatus, liberalibusque disciplinis apprime eruditus, Theologie operam dedit, in qua plurimum profecit. Itaque probatae vitae exemplo, & divini Verbi praedicatione toti Hispaniae mirandam in modum profuit. Archidiaconi dignitate in Ecclesia Toletana ornatus, ab Alphonso deinceps Nono Castellae Rege Episcopale munus suscipere coactus est, quod summa cum laude obivit.

yy. Inveni David.

LECTIO V.

Vere Pater pauperum fuit: quippe qui egentium viduarum, & pupillarum inopiam pecunia, & aliis pietatis officiis sublevavit. Redditus Ecclesiae suae tum sublevandis miseris, tum instaurandis, ornandisque templis insumpsit, ipse tenui victu contentus, quem labore manuum suarum comparabat. In oratione assiduus erat: cujus vi, paterna charitate ardens, multa, & magna pro salute populi à Deo

impetravit. Quorum illa in primis illustria: cum aliquando tota Provincia rei frumentariae laboraret inopia, nec quidquam amplius in Episcopatus horreis superesset, populi calamitatem miseratus, preces cum lacrymis ad Deum fudit. Tunc plurimum tritici ad aedes Sancti Episcopi à per multis jumentis comportatum est, quae deposito onere evanuerunt. Cumque item dira in populum lues grassaretur, Sancti Episcopi oratione sedata est. Multos quoque, variis insanabiliū morborum generibus affectos, in sanitatem restituit.

yy. Posui adjutorium.

LECTIO VI.

Super gregem suum tamquam bonus, & sedulus pastor diligentissime vigilavit: lupos arcens ab ovibus, & oves pascens verbo vitae, cibum cuique tribuens pro capra congruentem. Corpus suum jejuniis assidue castigans, se ipsum bonorum operum exemplar omnibus praebuit. Denique, cum annos fere octoginta maxima cum sanctitate vixisset, plenus dierum, atque vir-tutum in senectute bona mir-gravit ad Dominum quinto mi-

DIE I. SEPTEBRIS.

Tertia die.

IN II. NOCTURNO.

De Sermon. Sancti Ambrosii Episcopi. Lib. 1. de Virginitate, ante medium.

LECTIO IV.

EGO licet laudationem non susceperim virginitatis, sed expressionem: ad rem tamen pertinere arbitror, ut quae sit ei patria, quis auctor appareat. Ac prius ubi sit patria, definiamus. Si enim ibi est patria, ubi genitale domicilium: in Coelo profecto est patria castitatis, itaque hic advena, ibi incola est. Quid autem castitas virginalis, nisi experta contagionis integritas? Atque ejus auctorem, quem possumus existimare, nisi immaculatum Dei Filium, cujus caro non vidit corruptionem Divinitus non est experta contagionem.

yy. Propter veritatem.

LECTIO V.

VIDETE igitur quanta virginitatis merita sint. Christus ante virginem, Christus ex virgine à Patre quidem natus ante saecula, sed ex virgine natus ob saecula. Illud naturae suae, hoc nostrae utilitatis est: illud erat semper, hoc voluit expectare aliud virginitas me-

Gg

ri-

Kalendas Februarii, anno millesimo ducentesimo octavo: & honorifice in Ecclesia sua sepultus, post mortem quoque miraculorum gloria clarus magna populi veneratione colitur. Anno postmodum millesimo quingentesimo decimo octavo, Leone Decimo Pontifice Maximo, corpus ejus è sacello, ubi multos jacuerat annos, effosum, ad locum prope aram maximam magnifice exornatum, tertio Idus Aprilis solemniter pompa, ac maxima celebritate translatus est. Commemorationis ejus quoque festivitas Nonis Septembris, ex Julii Tertii Summi Pontificis concessionem recolitur.

yy. Iste est qui ante Deum.

Lectiones tertii Nocturni de Homilia Venerabilis Bedae Presbyteri, in Evangelium: Nolite timere, de Communi Confessoris non Pontificis, secundo loco.

yy. vii. Amavit.

In Festo Infraoctavam Sanctae Rosae à Sancta Maria Virginitatis.

Principalioris Patronae totius Americae, singulis diebus recitanda ex Oratorio Romano de prompta.

ritum. Christus virginis Sponsus, & si dici potest, Christus virginæ castitatis. Virginitas enim Christi, non virginitatis est Christus. Virgo est ergo, quæ nupsit, virgo, quæ nos suo utero portavit, virgo, quæ genuit, virgo, quæ proprio lacte nutritiuit, sed jam à matre, descendamus ad filias.

¶ Dilexisti iustitiam.

LECTIO VI.

DE virginibus, inquit Apostolus, præceptum Domini non habeo, consilium autem do. Si Doctor gentium non habuit, habere quis potuit? Et præceptum quidem non habuit, sed habuit exemplum. Non enim imperari potest virginitas, sed optari. Nam quæ supra nos sunt in voto magis, quam in magisterio sunt, sed volo vos, inquit, sine sollicitudine esse: nam qui sine uxore est, sollicitus est, quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo. Et virgo cogitat, quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore, & spiritu. Non ego quidem dissuadeo matrimonium, sed virginitatis atrox beneficium.

¶ Asserentur Regi.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO Sancti Evangelii secundum Matthæum.

LECTIO VII.

IN illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis parabolam hanc: Simile erit regnum Cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obviam Sponso, & Sponsæ. Et reliqua.

Homilia Sancti Hieronymi Presbyteri.

Lib. 4. in Matth. cap. 25.

¶ Anc parabolam quidam simpliciter in virginibus interpretantur: quarum alie juxta Apostolum, & corpore, & mente sunt virgines; alie virginitatem tantum corporum reservantes, vel cætera opera non habent proposito suo similia, vel parentum custodia reservata, nihilominus mente nupserunt. Sed mihi videtur ex superioribus alius sensus esse, qui dicitur, & non ad virginalia corpora; sed ad omne hominum genus comparatio pertinere.

¶ Hac est Virgo sapiens.

LECTIO VIII.

¶ Qui ideo omnes virgines appellantur, quia gloriantur in unius Dei notitia, & mens eorum idololatricæ turbine non constupratur, Oleum habent virgines, quæ juxta fidem, & operibus adorant.

nantur, non habent oleum, quæ videntur simili quidem hinc Dominum confiteri, sed virtutum opera negligunt. Possumus quinque virgines sapientes, & stultas quinque sensus interpretari, quorum alie festinant ad cœlestia, & superna desiderant: alie terrenis facibus inhiantes, fomenta non habent veritatis, quibus sua corda illuminent.

¶ Media nocte.

Nonale. S. Egid. Abb.

DIE III. SEPTEMBRIS.

Quinta die.

IN II. NOCTURNO.

Lectiones Sancti Cypriani: Nunc nobis. Ad Virgines, &c. ut in Brev. de Communi Virg.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO Sancti Evangelii secundum Matthæum.

LECTIO VII.

IN illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis parabolam hanc: Simile erit regnum Cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obviam Sponso, & Sponsæ. Et reliqua.

De Homilia Sancti Joannis Chrysostomi.

Post ingentes labores, post incredibiles sudores, & acerrimas pugnas, post trophæa,

quæ de natura rabie statuerunt, resurgunt cum dedecore, & lampadibus earum extinctis terram aspicientes recedunt. Nihil sanè tenebrosus est, quam virginitas oleo carens: unde sic vulgo multi immisericordes tenebrosos solent appellare: quid igitur ex virginitate licetæ sunt, quæ nec Sponsum quidem videntur, nec saltem ad pulsandum usque pervenerunt, sed terribile illud verbum audire: Abite, nescio vos?

¶ Hac est Virgo sapiens.

LECTIO VIII.

¶ Quod cum ipse dixerit, nihil aliud, quam gehenna, & intolerabilis cruciatus relinquatur: imo verò etiam gehenna, istud verbum gravius est: hoc verbum operantibus etiam iniquitatem dixit: Vigilate, quia nescitis diem, neque horam: crebro id repetit, ut ignorantiam exitus ab hac vita utilem esse ostendat. Ubi sunt ergo, qui per totam vitam desidia torpescent, & quando à nobis admonentur, respondere non dubitant, omnia se pauperibus moriendi tempore relicturos?

¶ Media nocte.

LECTIO IX.

Audiant hæc verba, & emendent se: multi enim abeundi tempus expectantes, ita repente rapti sunt, ut nec injungere suis quidam potuerint. Sed hæc quidem parabola ejus elemosynæ gratiæ quæ cum pecunia conficitur, dicta est. Cur autem hæc parabola Sponsum adducit: Ut videas quantum virginibus Christus afficitur iis, quæ sua pauperibus erogant: hæc enim, & vera virginitas est. Nam & Paulus huic rei hanc descriptionem attribuit, dicens: Innupta sollicita est de iis, quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore, & spiritu.

Te Deum.

DIE V. SEPTEMBRIS.

Septima die.

Fit de Commem. S. Juliani
dup. cum com. Oct. S. Rosæ.

DIE VI. SEPTEMBRIS.

Oktava die.

IN II. NOCTURNO.

De Epistola Sancti Hieronymi Presbyt. ad Eustochium.

LECTIO IV.

DE virginibus, inquit Apostolus, præceptum Domini non habeo: Cur? Quia & ipse ut esset virgo non fuit imperii, sed propriæ voluntatis,

neque enim audiendi sùnt, qui cum uxorem habuisse contingunt, cum de continentia disserens, & suadens perpetuam castitatem intulerit. Volo autem omnes esse, sicut me ipsum, & infra: Dico autem innuptis, & viduis: Bonum est illis, si sic permaneant sicut & ego. Quare ergo non habet Domini de virginitate præceptum: Quia majoris est mercedis, quod non cogitur, & offertur: quia si fuisset virginitas imperata, nuptiæ videbantur ablata, & durissimum erat contra naturam cogere, Angelorumque vitam ab hominibus extorquere.

¶ Propter veritatem.

LECTIO V.

Alia fuit in veteri lege foelicitas: ibi dicitur beatus, qui habet semen in Sion, & domesticos in Jerusalem: & maledicta sterilis, quæ non pariebat, & filii tui sicut novellæ olivarum in circuitu mensæ tuæ. Vacuus erat orbis, & ut de typicis taceam, sola erat benedictio liberorum. Propterea & Abraham jam senex Ceturæ copulatur, & Jacob mandragoris redimitur, & conclusam vulvam in Ecclesiæ figuram Rachel conqueritur. Paul-

la-

latim verò incrementum segete, messor immisus est. Virgo Elias, Elisæus virgo. Virgines multi filii Prophetarum. Jeremix dicitur: & tu ne accipias uxorem. Sanctificatus in utero captivitate propinqua, uxorem prohibetur accipere. Aliis verbis id ipsum Apostolus loquitur. Existimo hoc bonum esse propter instantem necessitatem. Quæ est ista necessitas, quæ aufert gaudia nuptiarum? Tempus brevium est. In proximo est Nabuchodonosor.

¶ Dilexisti justitiam.

LECTIO VI.

Inveniebatur ergo, ut diximus in viris tantum hoc continentia bonum, & in doloribus jugiter Eva parturiebat. Postquam vero virgo concepit in utero, & peperit nobis puerum, cujus principatus in humeros ejus, Deum fortem, patrem futuri sæculi, soluta maledictio est, mors per Evam, vita per Mariam. Ideoque & diutius virginitatis donum fluxit in foeminas, quia coepit à foemina: statim ut Filius Dei ingressus est super terram, novam sibi familiam instituit, ut qui ab Angelis adorabatur in Cœlo, haberet Angelos, & in terris. Tunc Holofernis caput

Judith continens amputavit. Tunc Aman, qui interpretatur iniquitas, suo combutus est igni. Tunc primum auditum est. Quæ non est nupta cogitat, quæ sunt Domini, ut sit sancta corpore, & spiritu.

¶ Afficeretur Regi.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO Sancti Evangelii secundum Mattheum.

LECTIO VII.

In illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis parabolam hanc: Simile erit Regnum Cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obviam Sponso, & Sponsæ. Et reliqua.

De Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Intendat itaque charitas vestra sapientium lampades ardebant de oleo æterno, de conscientia securitate, de interiori gloria, de intima charitate. Ardebant tamen, & illarum fatuarum: quare tunc ardebant? Quia non deerant laudes hominum. Postea verò quam surrexerunt, id est, in resurrectione à mortuis coeperunt aptare lampades suas, id est parare, Deo operum suorum reddere rationem. Et quia tunc nemo est qui laudet, om-

nis

nis homo causæ suæ vacat; non erant qui oleum venderent, coeperunt deficere lampades.

¶ Hæc est Virgo sapiens.

LECTIO VIII.

Clausum est ostium, & quid illis dictum est? Non novi vos. Non illas novisti, qui omnia novisti: Quid ergo est, non novi vos? Improbo vos: in arte mea non vos agnosco: ars mea nescit vitia: hoc est autem magnum, & nescit vitia, & judicat vitia: nescit faciendo, judicat arguendo. Sic ergo non novi vos, serunt, intraverunt quinque prudentes. Sint in vobis quinque prudentes ad istam prudentiam quinarum numeri pertinentes. Veniet enim hora, & quando nescimus, veniet. Sic clausit Evangelium: Vigilate, quia nescitis diem, neque horam.

¶ Media nocte.

LECTIO IX.

Corde vigila: fide vigila, spe vigila, charitate vigila, operibus vigila, & quando corpore dormieris, venit tempus, ut sargas: cum autem surrexeris, prepara lampades: tunc non extinguantur, tunc in interiore conscientia oleo vegetentur: tunc sponsus ille incorporis nexibus amplectatur,

tunc te introducat in domum, ubi numquam dormias, ubi numquam possit tua lampas extinguere. Hodie verò laboramus, & lampades nostræ inter ventos sæculi hujus, tentationesque fluctuant: sed ardeat in robore flamma nostra, ut ventus tentationis augeat ignem potius, quam extinguat.

Te Deum.

DIE IX. SEPTEBRIS.

In Festo Sanctæ Joannæ Franciscæ Fremiot de Chantal, Ordinis Sanctimonialium Visitationis S. Mariæ Fundatricis.

Duplex.

Omnia de Communi nec Virginitum, nec Martyrum, præter ea, quæ sequuntur.

ORATIO.

Omnipotens, & misericors Deus, qui Beatam Joannam Franciscam tuo amore succensam, admirabili Spiritus fortitudine per omnes vitæ semitas in via perfectionis dominasti; quique per illam illustrare Ecclesiam tuam nova prole voluisti: ejus meritis, & precibus concede, ut qui infirmitatis nostræ consilii de tua virtute confidimus, celestis gratiæ auxilio, cuncta nobis adversantia vincamus. Per Dominum.

In

IN I. NOCTURNO.
Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Joanna Franciscæ Fremiot à Chantal Divione in Burgundia clarissimè orta natalibus, ab incunte ætate eximie sanctitatis non obscuras edidit significationes. Eam enim vix quinquennem nobilem quemdam Calvinistam solida super ætatem argumentatione perstrinxisse ferunt, collatumque ab eo munusculum flammis illicò tradidisse in hæc verba: En quomodo hæretici apud inferos comburentur, qui loquenti Christo fidem detractant. Matre orbata, Deiparæ Virginis tutelæ se commendavit, & famulam, quæ ad mundi amorem eam alliciebat, ab se rejectit. Nihil puerile in moribus exprimens, à sæculi delictis abhorrens, martyriumque anhelans, religioni, ac pietati impensè studebat. Baroni de Chantal nupti à Patre tradita, virtutibus omnibus excellens operam dedit, liberis, famulos, aliosque sibi subiectos in fidei doctrina, bonisque moribus imbuere satagens. Profusa liberalitate pauperum ino-

piam sublevabat, annona divinitus non raro multiplicata: quo factum est, ut nemini se unquam Christi nomine roganti stipem abnegaturam sponderit.

¶ Propter veritatem.

LECTIO V.

Viro in venatione interempto, perfectioris vitæ consilium iniens, continentia voto se obstrinxit. Viri necem non solum æquo animo tulit, sed in publicum indulta venæ testimonium, occisoris filium è sacro fonte suscipere sui victrix, elegit. Modica familia tenui vidu, atque vestitu contenta, pretiosas vestes in pios usus convertit. Quidquid à domesticis curis supererat temporis, precibus piis orationibus, laborique impendebat. Numquam adduci potuit, ut alteras nuptias, quamvis utiles, & honorificas iniret. Ne autem à proposito castimonie servanda in posterum dimoveretur, illius voto innovato, Sanctissimum Jesu Christi nomen candenti ferro pedori inculpavit. Ardentius in dies charitate fervescens, pauperes derelictos, agros, teterrimisque morbis infectos ad se adducendos curabat: eosque non

hos.

hospitio tantum excipiebat, solabatur, fovebat; verum etiam sordidas eorumdem vestes depurgabat, laceras reficiebat, & manantibus fetido pute ulceribus labia admovere non exhorrebat.

ꝫ. Dillexisti iustitiam.

LECTIO VI.

A Sancto Francisco Salesio, quo spiritus Modestitate usa fuit, divinam voluntatem edocta, proprium Parentem, Socerum, filium denique ipsum, quem etiam vocationi assistentem, sua è domo egrediens, pedibus calcare non dubitavit, invicta constantia deseruit, & sacri Instituti Visitationis Sanctæ Mariæ fundamenta jecit. Ejus Instituti leges integerrimè custodivit, & ad eam paupertatis fuit amans, ut vel necessaria sibi deesse gauderet Christiana vero animi demissionis, & obedientiæ, Virtutum denique omnium perfectissimum exemplar se præbuit. Altiores in corde suo ascensiones disponens, arduissimo cilièndi semper id, quod perfectius esse intelligeret, voto se obstrinxit. Denique sacro Visitationis Instituto ejus potissimum opera longè, lateque diffuso, verbo,

exemplo, & scriptis etiam divini sapientia referatis ad pietatem, & charitatem Sororibus excitatis, meritis referta, & Sacramentis rite susceptis Mollini anno millesimo sexcentesimo quadragesimo primo, die decimatercia Decembris migravit ad Dominum, ejusque Animam, occurrente Sancto Francisco Salesio, in Cœlis deferri Sanctus Vincentius à Paulo procul distans aspexit. Ejus Corpus postea Annecium translatum fuit; eamque miraculis ante, & post obitum claram Benedictus XIV. Beatorum, Clemens XIII. albo Sanctorum adjecit. Festum autem ejusdem die duodecimo Kalendas Septembris ab Universa Ecclesia Clemens XIV. Pontifex Maximus celebrari præcepit.

ꝫ. Fallax gratia.

In tertio Nocturno. *Homilia in Evangel.* Simile est regnum cœlorum, ut in *Communi unius nec Virginum, nec Martyrum.*

DIE IX. SEPTEMBRIS.

In Festo S. Mariæ à Capite. Duplex.

Pro Ecclesia Toletana tantum.

Ponitur hic pro casu extensionis.

Om-

Omnia de Communi Sanctæ. nec Virg. nec Mart.

ORATIO.

EXaudi nos Deus salutaris noster, ut sicut de Beate Mariæ à Capite fervitate gaudemus, ita piè devotionis erudiamur affectu. Per Dominum nostrum.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Maria à Capite nuncupata, piis, honestisque parentibus orta, Sancto Isidoro Agricola matrimonio juncta fuit: Elucebat in ea mira humilitas, patientia, orationis studium, aliaque virtutes, quibus Domino in sæculo strenuè militabat. Tandem plena dierum, & meritorum, obdormivit in Domino. Ejus sanctitatis fama ubique vulgata, multis, atque egregiis miraculis confirmata; quem cultum à die obitus ex populorum devotione obtinuit, Innocentius Duodecimus auctoritate Apostolica ratum habuit; postremò Benedictus Decimus quartus Pontifex Maximus Missam, & Officium in ejus memoriam celebrari iudulsi.

ꝫ. Propter veritatem.

LECTIO V.
Ex Sermon. 196. S. Augustini
Episcopi. in Nativ. Dñi.

Tres vite sunt in Ecclesia memborum Christi, Conjugalis, Vidualis, Virginalis. Quia ipsæ vitæ, ipsæ pudicitie futuræ erant in sanctis membris Christi: omnes istæ vitæ tres attestatæ sunt Christum. Primò, Conjugalis: quando Maria Virgo concepit, Elisabeth uxor Zachariæ, & ipsa conceperat; hujus iudicii Preconem ferebat in utero. Venit ad eam Sancta Maria tamquam ad cognatam suam salutandam. Exultabit infans in utero Elisabeth; ille exultavit; illa prophetauit. Habes attestantem pudicitiam conjugalem. Ubi Vidualis? In Anna audistis, quod esset Sancta Prophetissa, vidua octoginta, & quatuor annorum, quæ septem annis vixerat cum viro suo frequentans Templum Domini, serviens in orationibus nocte, & die. Et ipsa vidua agnovit Christum; vidit parvum: agnovit magnum: Et ipsa attestata est. Habes, & in ista vitam vidualem; in Maria virginalem.

ꝫ. Dillexisti iustitiam.

Hh

Lec-

LECTIO VI.

ELigat sibi quisque de istis tribus, quam voluerit, qui præter istas esse voluerit, in membris Christi esse non disponit. Non dicant conjugata, nos ad Christum non pertinet. Habuerunt maritos sanctæ femina. Non se extollant virgines. Quanto magnæ sunt humilient se in omnibus. Omnia exemplo salutis proposita sunt ante oculos nostros. Nemo exorbiret: Si pudicitiam conjugalem queris, habes Susannam; si vidualem, habes Annam; si sirginalem, habes Mariam.

y. Fallax gratia.

Lectiones tertii Nocturni *Hominia S. Gregorii Papa super Evangelium*: Simile est regnum caelorum thesauro abscondito in agro.

DIE XI. SEPTEMBRIS.

In Festo S. Josephi Calasanzii à Matre Dei. Confessoris, & Fundatoris Ordinis Cleric. Regul. Paup. Matris Dei. Scholarum Piarum.

Duplex.

Omnia de Communi Confessorum Pontificum præter ea, quæ sequuntur.

In Hymn. Vesper. & Matutinum, dicatur: Hac die læ-

tus meruit supremos laudis honores.

ORATIO.

DEUS, qui per Sanctum Josephum Confessorem tuum ad erudiendam spiritum intelligentiæ, ac pietatis iuventutem, novum Ecclesiæ tuæ subsidium providere dignatus es; præsta quæsumus nos ejus exemplo, & intercessione, ita facere, & docere, ut præmia consequamur æterna. Per Dominum.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Josephus Calasanzius à Matre Dei Petralte in Aragonia nobili genere natus, à teneris annis, futuræ in pueros charitatis, & eorum institutionis indicia præbuit. Nam adhuc parvulus eos ad se convocatos in Mysteriis fidei, & saceris precibus erudiebat. Humanis, Divinisque litteris egregie doctus, cum studiis Theologicis Valentia operam daret, nobilibus, potentisque feminae illecebris fortiter superatis, virginitatem quam Deo voverat, inoffensam insigni victoria servabit. Sacerdos ex

vo-

voto factus à compluribus Episcopis in Castella novæ, Aragonia, & Cathalonie Regnis in partem laboris adscitus, expectationem omnium vicit, pravis ubique moribus emmendatis, Ecclesiastica disciplina restituta, inimicitias, cruentisque factionibus mirifice extindis. At cœlesti visione, & Dei voce frequenter admonitus, Romam profectus est.

y. Honestum fecit illum.

LECTIO V.

IN Urbe summa vitæ asperitate, viligiis, & jejuniis corpus affigens, in orationibus, & cœlestium rerum contemplatione, dies, noctesque versabatur, septem ejusdem Urbis Ecclesias singulis serè noctibus obire solitus; quem inde morem complures annos servavit. Dato piis sodalitatibus nomine, mirum, quanto ardore pauperes, infirmos potissimum, aut carceribus, detentos, eleemosynis, omnique pietatis officio sublevaret. Luce Urbem depopulante, unâ cum Sancto Camillo tanto fuit actus impetu Charitatis, ut præter subsidia ægrotis pauperibus largè collata, ipsa etiam defunctorum cadavera suis ho-

meris tumulanda transferret. Verum cum divinitus accepisset, se ad in formandos intelligentiæ, ac pietatis spiritu adolescentulos, præcipuè pauperes, destinari; Ordinem Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum piarum fundavit, qui peculiarem curam, circa puerorum eruditionem ex proprio instituto profiterentur: ipsunque Ordinem Clementi Octavo, Paulo Quinto, aliisque Summis Pontificibus magnopere probatum, brevi tempore per plurimas Europæ Provincias, & Regna mirabiliter propagavit. In hoc autem tot labores perpessus est, ac tot arumnas invictò animo toleravit, ut omnium voce, miraculum fortitudinis, & Sancti Jobi exemplum diceretur.

y. Amavit eum Dominus.

LECTIO VI.

Quamvis Ordini universo præset, totisque viribus ad animarum salutem incumberet, nunquam tamen intermisit, pueros præsertim pauperiores erudire, quorum Scholas verrere, eosque domum comitari consuevit in eo summe patientiæ, & humilitatis munere, valetudi-

Hh 2

ne

ne etiam infirma, duos & quinquaginta annos perseveravit; dignus propterea, quem crebris Deus miraculis coram discipulis illustraret, & cui Beatissima Virgo cum Puero Jesu, illis orantibus, benedicente appareret. Amplissimis interim dignitatibus repudiatis, prophetia, abdita cordium, & absentia cognoscendi donis, & miraculis clarus, Desipula Virginis, quam singulari pietate, & ipse ab infantia coluit, & suis maximè commendavit, aliorumque Coelitum frequenti apparitione dignatus, cum obitus sui diem, & Ordinis tunc prope eversi restitutionem, atque incrementum prænunciasset, secundum, & nonagesimum annum agens, Romæ obdormivit in Domino octavo Kalendas Septembris anno millesimo sexcentesimo quadragesimo octavo. Ejus Cor, & lingua post sæculum integra, & incorrupta reperta sunt. Ipse verò multis post obitum quoque signis à Deo illustratus, primum à Benedicō XIV. Beatorum cultu decoratus fuit, ac deinde à Clemente XIII. inter Sanctos solemniter est relatus.

℞. Iste homo perfecit.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATTHEUM.

LECTIO VII. Cap. 18.

IN illo tempore, accesserunt discipuli ad Jesum dicentes: Quis putas, maior est in Regno Coelorum? Et reliqua.

Homilia Sancti Joannis Chrysostomi.

In Cap. 18. Matth. Hom. 60.

Videte, ne aliquem istorum contempseritis parvulorum, quia eorum Angeli Patris mei faciem semper aspiciunt, & quis ego propter eos veni, & hæc Patris mei voluntas est. Ad tuendos, conservandosque pusillos diligentiores nos reddidit. Perspicis quam ingentia in tutelam tenuium mania crexerit, & quantum studium, curamque habeat, ne perdantur, tum quia supremas, decipientibus eos, poenas statuit, tum quia summam pollicetur mercedem iis, qui curam eorum suscipiunt, idque tam suo, quam Patris exemplo corroborat.

℞. Iste est qui.

LECTIO VIII.

DOMINUM igitur etiam nos imitemur, & nihil pro fratribus omitamus, etiam eorum, quæ humilia, villaque ni-

nimum videntur: sed si administratione nostra etiam opus fuerit, quamvis tenuis, atque abjectus quidem cui administrandum sit, fuerit quamvis ardua nobis res, atque laboris plena esse videatur, omnia hæc pro fratris salute tolerabiliora, facilioraque, oro, videantur: Tanto enim studio, tantaque cura Deus dignam esse animam ostendit, ut neque Filio suo pepercit.

℞. Sint lumbi vestri.

LECTIO IX.

SI non est nobis satis ad salutem, quod virtuosè ipsi vivamus, sed oportet aliorum salutem te ipsa desiderare; cum neque nos recte vivamus, neque alios hortemur, quid respondebimus? Quæ nobis spes salutis reliqua erit? Quid majus, quam animis moderari, quam adolescentulorum fingere mores? Omni certe pictore, omni certè statuario, cæterisque hujusmodi omnibus excellentiorem hunc duco, qui juvenum animos fingere non ignoret.

Te Deum.

DIE XVII. SEPTEMBRIS.

In Festo B. Petri Arbues

Martyr. Inquisitoris.

Duplex.

In Civitatibus ubi fuerit Tribunal Sanctæ Inquisitionis, ut in hac Civitate Mexicana, concessum à Sanctissimo Domino Nostro Innocentio Duodecimo.

Omnia de Communi unius Martyris, præter ea, quæ hic apponuntur propr.

ORATIO.

PREESTA, quæsumus, omnipotens Deus, ut Beati Petri Martyris tui fidem congrua devotione sectemur, qui pro ejusdem fidei defensione martyrii palmam meruit obtinere. Per Dominum.

LECTIONES PRIMI NOCTURNI DE SCRIPTURA OCCURRENTI.

Si autem venerit in quatuor tempor. leguntur de Epistola ad Romanos: Fratres debitorum, ut in Communi plurimorum Martyrum. v. Unius Martyr. nona lectio feria, & commemorat. in Laudib. & Missa cum ultim. Evangel. feria.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Petrus cognomento de Arbues, Episcopus in Aragonia natus, à piis, honestisque parentibus una cum sanguinis charitate hausit, & pietatem: ab ipsis enim incunabulis optimis moribus imbutus, pueritiam

tiam ita transegit, ut nihil prius etate illa sibi duxerit excolendam, quam litteras, & christianas virtutes: adolescens liberalibus disceptationibus eruditus, Bononia in Collegio Hispanorum adscriptus, doctrina, & eruditione, adeo excelluit, ut inde magistralem sacrae Theologiae lauream reportaverit. Mox in Canonicum Metropolitanae Ecclesiae Caesariensis adscitus, Regularem, quam voverat, observantiam constantissime semper retinuit: suaeque non modo, sed alienae etiam saluti pari studio, ac sollicitudine invigilans, virtutibus omnibus sic enituit, ut Ferdinandus, & Elisabetha Catholici Hispaniarum Reges, cum vellent e suis finibus Judaicam exterminare perfidiam, ipsum fidei Inquisitorem in Aragoniam primum eligendum curaverit.

¶ Honestum fecit.

LECTIO V.

CUM igitur sacrum Inquisitionis munus pari animi ardore, & fidei catholicae emolumento perageret, magnum sibi contraxit odium ab iis, qui judaicam perfidiam mordacius asserabant, in eam-

que relapsi fuerant. De quorum insidiis per amicos, & consanguineos certior factus, eisque suadentibus, ut si vitae consulere vellet, suscepto se ministerio abdicaret, constantem respondit, libenter se talem ob causam mortem subiturum, idque unice optare se ex malo Sacerdote bonum fieri martyrem: nec abfuit optatis eventus quippe nefarii illi homines habito saepe inter se conventiculo, necem in Dei servum machinati sunt, conductisque ad scelus perpetrandum Sicariis, Petrum ante chorum Metropolitanae Ecclesiae orantem in principio Nocturni Officium cum ea Psalmi verba decantarentur: Quadragesima annis proximus tui generationi huic, & dixi: Semper hi errant corde: iterato vulnere, lethaliter affecerunt.

¶ Desiderium animae.

LECTIO VI.

Iduum supervixit, Deo gratias agens quod pro fidei defensione mortem mereretur oppetere; eundemque pro intersectoribus suis deprecans, post recepta Ecclesiae Sacramenta decimo quinto Kalendas Octobris, anno à reparata salute millesimo quadringentesimo

OO-

DOMINICA TERTIA

SEPTEMBRIS.

In Festo Septem Dolorum B. Mariae Virginis.

Duplex.

Pro omnibus Regnis Hispaniarum, Regi N. Catholico subiectis, ex Concessione Sacr. Rit. Congr. sub die 17. Septembris 1735. & ex alio Decreto Sacr. Rit. Congr. sub die 8. Martii 1738. transferri potest, quando in aëta Dominica occurrat aliquod festum altioris Ritus.

AD VESPERAS.

Añã. Quò abiit dilectus tuus, ò pulcherrima mulierum? Quò declinavit dilectus tuus, & quaeremus eum tecum?

Psal. Dixit Dominus, cum relig. de Offic. B. M. V.

Añã. Recedite à me, amare flebo, nolite incumbere, ut consolemini me.

Añã. Non est ei species, neque decor, & vidimus eum, & non erat aspectus.

Añã. A planta pedis usque ad verticem capitis non est in eo sanitas.

Añã. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languo.

Capitul. Thren. 2.

CUI comparabo te? vel cui assimilabo te Filia Jerusalem?

octogesimo quinto obdormivit in Domino. Non defuerunt post mortem prodigia, quorum illud in primis memorabile, multiplicatio nimirum, & efflorescentia effusi cruoris, Apostolicae Sedis Iudicio comprobatum. Ejus corpus in eodem loco, in quo martyrium passus fuerat, Ferdinandus, & Elisabetha Regali munificencia elaborato marmore sepeliendum curarunt: in Sacellum deinde à Canonicorum ejusdem Ecclesiae Collegio magnifice constructum translatum fuit, ubi ad praesens honorifice colitur: ejusque memoria, ut in Cathalogo Beatorum Martyrum in posterum haberetur, Alexander Papa Septimus indulsit.

¶ Stola jucunditatis.

Lectiones tertii Nocturni
Homilia super Evangelium: Nihil est opertum, quod non revelabitur, ut in festo S. Callisti, die xiv. Octobris.

Missa: In virtute tua, ó Communi unius Martyr. non Pontific. cum oratione propria, ut supra in Officio; & Evang. Nihil est opertum, ut in Miss. Latabitur.

lem? cui exequibo te, & consolabor te, Virgo filia Sion? Magna est velut mare contritio tua.

HYMNUS.

Quot undis lacrymarum,
Quo dolore voluitur,
Luctuosa de cruento
Dum revulsam stipite
Cernit ulnis incubantem
Virgo Mater Filium.
Os suave, mitte pectus,
Et latus dulcissimum,
Dexteramque vulneratam,
Et sinistram sauciam,
Et rubras cruore plantas
Ægra tingit lacrymis.
Centiesque, milliesque
Stringit æctis nexibus,
Pectus illud, & lacertos,
Illa figit vulnera,
Sicque tota colliquescit
In doloris osculis.

Eja, Mater, obsecramus
Per tuas has lacrymas,
Filiique triste funus,
Vulnerumque purpuram,
Hunc tui cordis dolorem
Conde nostris cordibus.

Esto Patri, Filioque,
Et coævo Flamini,
Esto summæ Trinitati
Sempiterna gloria,
Et perennis laus, honorque,
Hoc, & omni sæculo.
Amen.

ÿ. Regina Martyrum, ora pro nobis.

Æ. Quæ juxta Crucem Jesu constitisti.

AD MAGNIFICAT. AÏA.

Nolite me considerare, quod fusca sim, quia decoloravit me Sol, Filii matris meæ pugnaverunt contra me.

ORATIO.

DEUS, in cujus Passione, secundum Simeonis Prophetiam, dulcissimam animam gloriöse Virginis, & Matris Mariæ Doloris gladius pertransiit: concede propitius, ut qui dolores ejus venerando recolimus, Passionis tuæ effectum felicem consequamur. Qui vivis &c.

AD MATUTINUM.

INVITATORIUM.

S Temus juxta Crucem cum Maria, Matre Jesu * Cujus animam doloris gladius pertransiit.

Psalm. Venite exultemus Domino.

HYMNUS.

IN toto subitis vespereat polo,
Et Sol attonitum præcipite diem.
Dum sævæ recolo ludibrium necis,
Divinamque catastrophem. Spec-

Spectat: Æ aderat supplicio Parens,

Malis uda gerens cor ad-amantium:

Natus funerea pendulus in Cruce,

Altus cum gemitus dabat.

Pendens ante oculos natus, atrocibus

Sectus verberibus; natus hi-

antibus

Fossus vulneribus; quot penetrantibus,

Te conficit aculeis?

Heu! sputa, alapa, verbera, vulnera,

Clavi, fel, aloë, sponsia, lancea,

Sitis spina, cruor, quàm varia pium

Cor pressere tyrannide!

Cunctis interea stat generosior.

Virgo Martyribus: prodigio novo,

In tantis moriens non moreris Parens

Diris fixa doloribus.

Sit Summæ Triadi gloria, laus, honor,

A qua suppliciter, sollicita prece

Posco virginæ roboris amulas

Vires rebus in asperis,
Amen.

IN I. NOCTURNO.

AÏA. Multiplicati sunt.

Psalmus 3.

Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me? * Multi insurgunt adversum me.

Multi dicunt animæ meæ: * Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem Domine susceptor meus es, * gloria mea, & exaltans caput meum.

Voce mea ad Dominum clamavi: * & exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormivi, & soporatus sum * & exurrexi, quia Dominus suscepit me.

Non timebo millia populi circumdantis me: * exurge Domine, salvum me fac Deus meus.

Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa: * dentes peccatorum contrivisti.

Domini est salus: * & super populum tuum benedictio tua.

Gloria Patri.

AÏA. Multiplicati sunt, qui tribulant me, multi insurgunt adversum me.

AÏA. Paraverat sagittas suas in phœretra.

IN Domino confido: quomodo modò dicitis anima meae: Transmigra in montem sicut passer?

Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum paraverunt sagittas suas in phœtra: * ut sagittent in obscuro rectos corde.

Quoniam quæ perfecisti, destruxerunt: * justus autem quid fecit?

Dominus in templo sancto suo: * Dominus in coelo sedes ejus.

Oculi ejus in pauperem respiciunt: * palpebræ ejus interrogant filios hominum.

Dominus interrogat justum, & impium: * qui autem diligit iniquitatem odit animam suam.

Pluet super peccatores laqueos: * ignis, & sulphur, & spiritus procellarum pars calcis eorum.

Quoniam justus Dominus, & justitias dilexit: * aequitatem vidit vultus ejus.

Añã. Paraverunt sagittas suas in phœtra, ut sagittent in obscuro rectos corde.

Añã. Defecit in dolore vitus mea.

IN te Domine speravi, non confundar in æternum: * in justitia tua libera me.

Inclina ad me aurem tuam: * accelera, ut eruas me.

Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugii, * ut saluum me facias.

Quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu: * & propter nomen tuum deduces me, & enutries me.

Educes me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi: * quoniam tu es protector meus.

In manus tuas commendo spiritum meum: * redemisti me Domine Deus veritatis.

Odisti observantes vanitates, * supervacua.

Ego autem in Domino speravi: * exultabo, & iabor in misericordia tua.

Quoniam respexisti humilitatem meam, * salvasti de necessitatibus animam meam.

Nec conclusisti me in manibus inimici: * statuisti in loco spatioso pedes meos.

Miserere mei Domine, quoniam tribulor: * conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus.

Quoniam defecit in dolore vi-

vita mea: * & anni mei in gemitibus.

Infirmata est in paupertate virtus mea: * & ossa mea conturbata sunt.

Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium, & viciniis meis valde: * & timor notis mei.

Qui videbant me, foras fugerunt à me: * oblivioni datus sum, tamquam mortus à corde.

Factus sum tamquam vas perditum: * quoniam audivi vituperationem multorum commorantium in circuitu.

In eo dum convenirent simul adversum me, * accipere animam meam consiliati sunt.

Ego autem in te speravi Domine: * dixi: Deus meus es tu, in manibus tuis sortes meae.

Eripe me de manu inimicorum meorum, * & à persecutibus me.

Illustra faciem tuam super servum tuum, salvum me fac in misericordia tua: * Domine, non confundar, quoniam invocavi te.

Erubescant impii, & deducantur in infernum: * muta fiant labia dolosa.

Quæ loquuntur adversus justum iniquitatem, * in superbia, & in abusione.

Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, * quam abscondisti timentibus te!

Perfecisti eis, qui sperant in te, * in conspectu filiorum hominum.

Abscondes eos in abscondito faciei tuæ, * à conturbatione hominum.

Proteges eos in tabernaculo tuo, * à contradictione linguarum.

Benedictus Dominus: * quoniam mirificavit misericordiam suam mihi in civitate munita.

Ego autem dixi in excessu mentis meæ: * projectus sum à facie oculorum tuorum.

Ideo exaudisti vocem orationis meæ: * dum clamarem ad te.

Diligite Dominum omnes sancti ejus: * quoniam veritatem requirit Dominus, & retribuet abundantè facientibus superbiam.

Vir liter agite, & confortetur cor vestrum, * omnes qui speratis in Domino.

Gloria Patri.

Añã. Defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus.

ÿ. Regina Martyrum ora pro nobis.

✠. Quæ juxta Crucem Jesu constitisti.

Ex Jeremia Propheta.

LECTIO I. Thren. 1.

Dlorans ploravit in nocte, & lacrymæ ejus in maxillis ejus: non est, qui consolatur eam ex omnibus charis ejus: Omnes amici ejus spreverunt eam, & facti sunt ei inimici. Vide Domine, quoniam tribulor, conturbatus est venter meus; subversum est cor meum in memetipsa, quoniam amaritudine plena sum. Foris interficit gladius, & domus mortis similis est. Audierunt quia ingemisco ego, & non est, qui consolatur me.

Simeon vir justus, & timoratus dixit ad Mariam: Tuam ipsius animam pertransibit gladius.

Ne vocetis me pulchram, sed amarum: quia amaritudine valde replevit me omnipotens. Tuam ipsius animam pertransibit gladius.

LECTIO II. Thren. 2.

Cui comparabo te? Vel cui assimilabo te filia Jerusalem? Cui exequabo te, & consolabor te, Virgo filia Sion? Magna est enim, velut mare contritio tua, quis medebitur tui? Plauserunt super te manibus omnes transcuntes per viam: sibilaverunt, & move-

runt caput suum super filiam Jerusalem: Hæcine est urbs, dicentes, perfecti decoris, gaudium universæ terræ? Aperuerunt super te os suum omnes inimici tui: sibilaverunt, & fremuerunt dentibus, & dixerunt: devorabimus.

Surge, & accipe puerum, & Matrem ejus, & fuge in Ægyptum: Et esto ibi, usque dum dicam tibi.

Vocavi filium meum ex Ægypto, ut veniat salus in Israël. Et esto.

LECTIO III.

Ecce Dominus, quæ cogitavit, complevit sermonem suum, quem præceperat à diebus antiquis: destruxit, & non pepercit, & iustificavit super te inimicum, & exaltavit cornu hostium tuorum. Clamavit cor eorum ad Dominum super muros filia Sion: Deduc quasi torrentem lacrymas per diem, & noctem, non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui.

Fili, quid fecisti nobis sic? Ego, & Pater tuus: Dolentes quærebamus te.

Quid est, quod me quærebatis? In his, quæ Patris mei sunt, oportet, me esse. Ego, & Pater tuus. Gloria Patri. Dolentes quærebamus te.

In

I. II. NOCTURNO.

Añs. Factum est cor meum.

Psalms 21.

DEUS, Deus meus respice in me: quare me dereliquisti? Longè à salute mea verba delictorum meorum.

Deus meus clamabo per diem, & non exaudies: & nocte, & non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas, Isus Israël.

In te speraverunt Patres nostri: speraverunt, & liberasti eos.

Ad te clamaverunt, & salvi facti sunt: in te speraverunt, & non sunt confusi.

Ego autem sum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abjectio plebis.

Omnes videntes me deriserunt me: locuti sunt labiis, & moverunt caput.

Speravit in Domino, eripiat eum: salvum faciat eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre: spes mea ab uberibus matris me: in te projectus sum ex utero.

De ventre matris me Deus meus es tu, ne discesseris à me.

Quoniam tribulatio proxi-

ma est: quoniam non est qui adjuvet.

Circumdede runt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me.

Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens, & rugiens.

Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt omnia ossa mea.

Factum est cor meum tamquam cera liquescens, in medio ventris mei.

Aruit tamquam testa virtus mea, & lingua mea adhesit faucibus meis: & in pulverem mortis deduxisti me.

Foderunt manus meas, & pedes meos: dinumeraverunt omnia ossa mea.

Ipsi verò consideraverunt, & inspexerunt me: divisere sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.

Tu autem Domine ne elongaveris auxilium tuum à me: ad defensionem meam conspice.

Erue à framea Deus animam meam: & de manu canis unicum meam.

Salva me ex ore leonis: & à cornibus unicornium humilitatem meam.

Narrabo nomen tuum fratri-

tribus meis: * in medio Ecclesie laudabo te.

Qui timetis Dominum, laudate eum: * universum semen Jacob glorificate eum.

Timeat eum omne semen Israël: * quoniam non sprevit, neque desepit deprecationem pauperis.

Nec avertit faciem suam à me, * & cum clamarem ad eum exaudivit me.

Apud te laus mea in Ecclesia magna: * vota mea reddam in conspectu timentium eum.

Edent pauperes, & saturabuntur: & laudabunt Dominum qui requirunt eum: * vivent corda eorum in sæculum sæculi.

Remiscentur, & convertentur ad Dominum * universi fines terre.

Et adorabunt in conspectu ejus: * universæ familie Gentium.

Quoniam Domini est regnum: * & ipse dominabitur Gentium.

Manducaverunt, & adoraverunt omnes pingues terre: * in conspectu ejus cadent omnes, qui descendunt in terram.

Et anima mea illi vivet: & semen meum serviet ipsi.

Annuntiabitur Domino ge-

neratio ventura: * & annuntiabunt cœli justitiam ejus populo, qui nascetur, quem fecit Dominus.

Gloria Patri.

Añs. Factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei.

Añs. Deus vitam meam.

Psalms 55.

Miserere mei Deus, quoniam concupiscit me homo: * tota die impugnans tribulavit me.

Conculcaverunt me inimici mei tota die: * quoniam multi bellantes adversum me.

Ah altitudine diei timebo; ego verò in te sperabo.

In Deo laudabo sermones meos, in Deo speravi: * non timebo, quid faciat mihi caro.

Tota die verba mea execrabantur: * adversum me omnes cogitationes eorum in malum.

Inhabitabunt, & abscondent: * ipsi calcaneum meum observabunt.

Sicut sustinuerunt animam meam, pro nihilo salvos facies illos: * in ira populos confringes.

Deus, vitam meam annuntiavi tibi: * posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.

Sicut & in promissione tua: tunc

* tunc convertentur inimici mei retrosum.

In quacumque die invocavero te: * ecce cognovi quoniam Deus meus es.

In Deo laudabo verbum, in Domino laudabo sermonem: * in Deo speravi non timebo, quid faciat mihi homo.

In me sunt Deus vota tua: * quæ reddam laudationes tibi.

Quoniam eripuisti animam meam de morte, & pedes meos de lapsu: * ut placeam coram Deo in lumine viventium.

Gloria Patri.

Añs. Deus vitam meam annuntiavi tibi; posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.

Añs. Fuerunt mihi lacrymæ.

Psalms 41.

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, * ita desiderat anima mea ad te Deus.

Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum: * quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lacrymæ mez panes die, ac nocte, * dum dicitur mihi quotidie: Ubi est Deus tuus?

Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam: * quoniam transibo in locum ta-

bernaculi admirabilis, usque ad domum Dei.

In voce exultationis, & confessionis, * sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea? * & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: * salutare vultus mei, & Deus meus.

Ad me ipsam anima mea conturbata est: * propterea memor ero tui de terra Jordanis, & Hermonium à monte modico.

Abyssus abyssum invocat, in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua, & fluctus tui * super me transierunt.

In die mandavit Dominus misericordiam suam: * & nocte canticum ejus.

Apud me oratio Deo vite meæ, * dicam Deo: susceptor meus es.

Quare oblitus es mei? * & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur ossa mea, * exproberunt mihi, qui tribulant me inimici mei.

Dum dicunt mihi per singulos dies: Ubi est Deus tuus? * Quare tristis es anima mea?

Et quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: * saluta-

re vultus mei, & Deus meus.
Gloria Patri.

Ant. Fuerunt mihi lacry-
mæ meæ panes die, ac nocte.

Ps. Fasciculus myrrhæ di-
lectus meus mihi.

R. Inter ubera mea com-
morabitur.

Sermo Sancti Bernardi
Abbatis.

Ex Serm. de 12. Stellis.

LECTIO IV.

Martyrium Virginis tam
in Simeonis prophetia,
quàm in ipsa Dominicæ Pas-
sionis historia commendatur.
Positus est hic (ait Sanctus Se-
nex de puero Jesu) in signum
cui contradicetur; & tuam ip-
sius animam (ad Mariam au-
tem dicebat) pertransibit gladi-
us. Verè tuam, ò Beata Ma-
ter, animam pertransiuit. Alio-
quin non nisi eam pertran-
siens, carnem filii tui penetra-
ret. Et quidem postea quam
emisit Spiritum tuus ille Je-
sus, ipsius planè non attigit
animam crudelis lancea, quæ
ipsius aperuit latus, sed tuam
utique animam pertransiuit:
ipsius nimirum anima jam ibi
non erat, sed tua planè inde
nequibat avelli.

R. Jesum bajulantem sibi
Crucem: * Sequebatur turba

mulierum, quæ plangebant, &
lamentabantur eum.

Ps. Filie Jerusalem super
vos ipsas flete, & super filios
vestros. Sequebatur.

LECTIO V.

TUAM ergò pertransiuit
animam vis doloris, ut
plusquam Martyrem non im-
meritò prædicemus, in qua ni-
mirum corporeæ sensum pas-
sionis excesserit compassionis
affectus. An non tibi plusquam
gladius fuit sermo ille revera
pertransiens animam, & per-
tingens usque ad divisionem
animæ, & spiritus: Mulier ec-
ce filius tuus? O commutatio-
nem! Joannes tibi pro Jesu
traditur. Servus pro Domino,
Discipulus pro Magistro filius
Zebedæi pro filio Dei, homo
purus pro Deo vero. Quomo-
do non tuam affectuosissimam
animam pertransiret hæc au-
ditio, quando & nostra, licet
saxea, licet ferrea pectora sola
recordatio scindit?

R. Postquam venerunt in
locum, qui dicitur Calvaria,
ibi crucifixerunt eum: * Stabat
autem juxta Crucem Jesu Ma-
ter ejus.

Ps. Tunc beatam illius ani-
mam doloris gladius pertran-
siuit. Stabat autem.

Lec-

LECTIO VI.

IN III. NOCTURNO.

NON miremini, Fratres,
quod Maria Martyr in
anima fuisse dicatur. Miretur,
qui non meminerit se audivisse
Paulum inter maxima Gentium
crimina memorantem, quòd sine
affectu fuisset. Longè id fuit à
Mariæ visceribus, longè sit à
servulis ejus. Sed fortè quis dicat:
Numquid non eum præscierat mori-
tuum? Et indubitanter. Num-
quid non sperabat continuo
resurrecturum? Et fideliter. Su-
per hæc doluit crucifixum? Et
vehementer. Alioquin quisnam
tu, frater, aut unde, tibi hæc
sapientia, ut mireris plus
Mariam patientem, quam
Mariæ filium patientem? Ille
enim mori corpore potui, ista
commoti corde non potuit?
Fecit illud charitas, qua ma-
jorem nemo habuit: fecit, &
hoc charitas, cui post illam si-
milis altera non fuit.

R. Joseph ab Arimathæa;
* Petiit Corpus Jesu, quod de
Cruce depositum; * Suo com-
plexu Mater excepit.

Ps. Dolens Sunamitis si-
nu, & genibus suis sustinuit
mortuum filium. Petiit Corpus
Jesu, quod de Cruce deposi-
tum. Gloria Patri. Suo.

Ant. Intenderunt arcum
rem amaram.

Psalmus 63.

Exaudi Deus orationem
meam cum deprecor: * à
timore inimici eripe animam
meam.

Protexisti me à conventu
malignantium: * à multitudine
operantium iniquitatem.

Quia exaceruerunt ut gladium
linguas suas: * intenderunt ar-
cum rem amaram, ut sagittent
in oculis immaculatum.

Subitò sagittabunt eum, &
non timebunt: * firmaverunt
sibi sermonem nequam.

Narraverunt ut absconderent
laqueos: * dixerunt: Quis
videbit eos?

Scrutati sunt iniquitates: *
defecerunt scrutantes scrutinio
Accedet homo ad cor altum:
* & exaltabitur Deus.

Sagitte parvulorum factæ
sunt plagæ eorum: * & infir-
mitatæ sunt contra eos lingue
eorum.

Conturbati sunt omnes qui
videbant eos: * & timuit om-
nis homo.

Et annuntiaverunt opera
Dei: * & facta ejus intellexerunt.

Latabitur justus in Domi-
no,

Rk

no, & speravit in eo, * & laudabuntur omnes recti corde.

Gloria Patri.

Añā. Intenderunt arcum rem amaram, ut sagittent in oculis immaculatum.

Añā. Anima mea turbata est valde.

Psalmus 6.

Domine, ne in furore tuo arguas me: * neque in ira tua corripas me.

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: * sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: * sed tu Domine usquequòd?

Convertere Domine, & eripe animam meam: * salvum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte, qui memor sit tui: * in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum: * lacrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est à furore oculus meus: * inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem: * quo-

niam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam, * Dominus orationem meam, suscepit.

Erubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei: * convertantur, & erubescant valde velociter.

Gloria Patri.

Añā. Anima mea turbata est valde: sed tu Domine usquequòd.

Añā. Deus adjutor.

Psalmus 45.

Deus noster refugium, & virtus: * adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra: * & transferentur montes in cor maris.

Sonnerunt, & turbatae sunt aquæ eorum: * conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus lificavit civitatem Dei: * sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Deus in medio ejus, non commovebitur: * adjuvabit eam Deus manè diluculo.

Conturbatae sunt Gentes & inclinata sunt regna: * dedit vocem suam mota est terra.

Do-

Dominus virtutum nobiscum: * susceptor noster Deus Jacob.

Venite, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram: * auferens bella usque ad finem terræ.

Arcum conteret, & confringet arma: * & scuta comburet igni.

Vacate, & videte quoniam ego sum Deus: * exaltabor in Gentibus, & exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum: * susceptor noster Deus Jacob. Gloria Patri.

Añā. Deus adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.

Per te salutem hauriamus Virgo Maria.

Ex vulneribus Christi.

Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem. Cap. 19.

LECTIO VII.

In illo tempore: Stabant juxta Crucem Jesu Mater ejus: & Soror Matris ejus Maria Cleopha, & Maria Magdalene. Et reliqua.

De Homilia Sancti Ambrosii Episcopi.

De Insi. Virg. cap. 7.

Stabat juxta Crucem Mater, & fugientibus Viris stabat intrepida. Videte, utrum pu-

dozem mutare potuerit Mater Jesu, quæ animum non mutavit. Spectabat piis oculis filii vulnera, per quæ sciebat omnibus futuram Redemptionem. Spectabat non degeneri Mater spectaculo, quæ non metuebat perempterem. Pendebat in Cruce filius, Mater se persecutoribus offerebat.

Quis tibi sensus fuit, ò Mater dolorum: * dum Joseph sindone filium tuum involvit, & posuit eum in monumento?

Considerate, & videte si est dolor, sicut dolor meus. Dum Joseph.

Ex ejusdem Episcopi. 25. ad Eccles. Vercell. propi. fin.

LECTIO VIII.

Maria Mater Domini ante Crucem Filii stabat. Nullus me hoc docuit, nisi sanctus Joannes Evangelista.

Mundum alii concussum in Passione Domini conscripserunt. Cœlum tenebris obductum, refugisse Solem, in Paradisum Latronem, sed post ipsam confessionem receptum.

Joannes docuit, quod alii non docuerunt, quemadmodum in

Cruce positus Matrem appellaverit. Pluris putatur, quod Victor suppliciorum pietatis

officia Matri exhibebat, quam quod Regnum Cœleste donabat. Nam si religiosum est, quod Latroni donatur venia, multo uberioris pietatis est, quod à filio Mater tanto affectu honoratur.

n. In toto corde tuo gemitus Matris tuæ ne obliviscaris; * Ut perficiatur propitiatio, & benedictio.

y. Ave Princeps Generosa, Martyrumque prima Rosa, Virginumque Liliū. Ut perficiatur. Gloria Patri. Ut perficiatur.

Leitio nona legitur de Homilia Dominicae occurrentis.

AD LAUDES, ET PER HORAS.

Añā. Quò abiit dilectus tuus, ò pulcherrima mulierum? Quò declinavit dilectus tuus, & quæremus eum tecum?

Psalmus. Dominus regnavit. cum reliquis de Laudibus Dominicae.

Añā. Recedite à me, amare flebo, nolite incumbere, ut consolemini me.

Añā. Non est ei species, neque decor, & vidimus eum, & non erat aspectus.

Añā. A planta pedis usque ad verticem capitis non est in eo sanitas.

Añā. Fulcite me floribus,

stipate me malis, quia amore langueo.

Capitulum. Thren. 2.

CUI comparabo te? vel cui assimilabo te Filia Jerusalem? cui exæquo te, & consolabor te, Virgo Filia Sion? Magna est velut mare contritio tua.

HYMNUS.

Summæ Deus clementiæ Septem Dolores Virginis, Plagasque Jesu Filii Fac ritè nos revolvete.

Nobis salutem conferant

Deiparæ tot lacrymæ;

Quibus lavare sufficis

Totius Orbis crimina.

Sit quinque Jesu vulnerum

Amara contemplatio,

Sint, & Dolores Virginis

Æterna cunctis gaudia.

Jesu tibi sit gloria,

Qui passus es pro servulis

Cum Patre, & almo Spiritu

In sempiterna sæcula.

Amen.

y. Maria Virgo per virtutem tot dolorum.

n. Fac nos gaudere in Regno Cœlorum.

AD BENEDICTUS. Añā.

Venite ascendamus ad Montem Domini, & videte, si est dolor, sicut dolor meus.

Ora-

ORATIO.

DEUUS, in cuius Passione, secundum Simeonis prophetiam dulcissimam animam gloriosæ Virginis, & Matris Mariæ Doloris gladius pertransivit: concede propitius, ut qui dolores ejus venerando recolimus, Passionis tuæ effectum felicem consequamur. Qui vivis, &c.

Deinde fit commemoratio Dominicae occurrentis.

AD PRIMAM.

Añā. Quò abiit, ut supra.

Ad Hym. Horar. Jesu tibi sit gloria. Qui passus es pro Servulis.

n. Christe Fili Dei vivi.

y. Qui passus es propter nostram salutem.

AD TERTIAM.

Añā. Recedite à me, amare flebo, ut supra.

Capitulum. Cui comparabo te, &c.

n. br. O vos omnes: * Qui transitis per viam.

y. Attendite, & videte si est dolor, sicut dolor meus. Qui transitis. Gloria Patri. O vos omnes.

y. Defecerunt præ lacrymis oculi mei.

n. Conturbata sunt omnia viscera mea.

AD SEXTAM.

Añā. Non est ei species, &c. ut supra.

Capitulum. Thren. 1.

Plorans ploravit, in nocte, & lacrymæ ejus in maxillis ejus: non est, qui consoletur eam ex omnibus charis ejus.

n. brev. Defecerunt: * Præ lacrymis oculi mei.

y. Conturbata sunt omnia viscera mea. Præ lacrymis. Gloria Patri. Defecerunt.

y. Fasciculus myrrhæ, Dilectus meus mihi.

n. Inter ubera mea commorabitur.

AD NONAM.

Añā. Fulcite me floribus, &c.

Capitulum. Thren. 2.

Deduc quasi torrentem lacrymas per diem, & noctem: non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui.

n. br. Fasciculus myrrhæ: * Dilectus meus mihi.

y. Inter ubera mea commorabitur. Dilectus meus mihi. Gloria Patri. Fasciculus.

y. Anima mea liquefacta est.

n. Ut dilectus locutus est.

In secundis Vesperis omnia ut in primis.

y.

Y. Regina Martyrum, ora pro nobis.
 W. Quæ juxta Crucem Jesu constitisti.

AD MAGNIFICAT. Añã.
 Oppressit me dolor, & facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligaverunt.

Oratio. Deus, qui nos conspicis
 Et fit commemoratio Dominice.

DIE XVI. SEPTEMBRIS.
 In Festo S. Cornelii Pape, & Martyris.

Cujus Reliquia asserbatur in Angelopolitana Ecclesia.
 Duplex.

Omnia de Comuni unius Martyris.

Oratio. Infirmiorem.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente. Et si venerit in aliqua de quatuor Temporibus, leguntur: De Actibus Apostolorum. A Miletio.

In secundo Nocturno, quarta, & quinta Lectio propr. ut in Breviario. sub hac die xvi.

Lectio sexta. Sermo Sancti Augustini Episcopi: Triumphalis.

In tertio Nocturno, Homilia in Evangelio. Si quis venit.

Missa: Statuit. Et dicitur Credo in Matrice.

DIE XXV. SEPTEMBRIS.
 In Festo Sancte Mariæ de Cervellione, aliàs de Subsidiio, Virginis.

Duplex.
 Omnia de Comuni Virginum, præter ea, quæ sequuntur.

ORATIO.
 DEUS, qui nos conspicis in tot periculis constitutos pro nostra fragilitate non posse subsistere: concede propitiùs, ut intercedente Beata Mariæ famula tua de presentis vitæ fluctibus educti, ad æternæ salutis portum pervenire valeamus. Per Dominum.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.
 LECTIO IV.

MARIA nobili familia de Cervellione, Barchinonæ in Hispania nata, & à parentibus in Dei timore primis ab annis enutrita, virginitatem suam cum decem & octo esset annorum, illi devovit. Ejus vivendi ratio erat, in publicum rariùs prodire, ægrotantibus domesticis sedulo adesse, & in Nosocomio ter in hebdomada pauperibus ministrare. Annum trigesimum agens de sancto Patre, habitum Ordinis Sanctæ Mariæ de Mercede, pri-

prima ex feminis suscipiens, Sanctimonialibus ejusdem Ordinis ducem, magistram, & exemplar se præbuit: ac distributo patrimonio in redemptionem Captivorum, professionem in eodem Ordine, unâ cum voto de laborando pro redimendis Captivis, emisit.
 W. Propter veritatem.

LECTIO V.
 MATRE è vivis sublata, cum aliquot honestis feminis ejusdem instituti piam, sanctamque vitam peregit: solita quotidie mulierum à suis Fratribus Redemptorum, ac Barchinonam advenientium pedes in Hospitali domo lavare, quinque in hebdomada Sacra Eucharistia refici; terque jejunaire solo pane, & aqua contenta: quotidianis flagellis, insuper & ferrea catena corpus suum affligens Silentium, quod mira observantia colebat inanimis verbis numquam infregit; ac parcius indulgens somno expetebat, ab hujusmodi necessitate liberari, ut illo solo frueretur incessanter, quo jucundantur cœli, & Angeli lætantur. Quod diurni temporis supererat ab oratione, & pietatis exercitiis, in pauperes juvandos impendebat; nullum

officii genus prætermittens, quo afflictos consolaretur, oppressos liberaret, & vinclos educeret de carceribus.
 W. Dilexisti iustitiam.

LECTIO VI.
 UTURAS maris tempestates prænantabat: illasque sæpè suis orationibus sedabat: visa aliquoties super undas incidere, quo Fratres Captivorum Redemptores, aliosque in mari periclitantes servare incolumes, unde è Mariæ Subsidiio, vulgò de Soccos, nomen est inditum. Denique post multarum virtutum insignia, Barchinonæ migravit ad Dominum decimo tertio Kalendas Octobris, anno salutis millesimo ducentesimo nonagesimo. Ejus corpus, ex quo suavissimus odor manabat, sepultum est in Ecclesia Fratrum Ordinis sui: quod nonagesimo post anno, Episcopo Barchinonensi, Petro Aragoniæ Rege, cæterisque Aule, & Civitatis Primatebus adstantibus, solemnè pompa elevatum, incorruptum repertum fuit, ac decentiori loco, ubi religiosè colitur, aservatur.

W. Afferentur Regi.
 In tertio Nocturno Homilia S. Gregorii Pape, in Evangelio. Si-

Simile erit regnum caelorum decem Virginibus, ut in *Comuni Virginum.*

DIE XXVIII. SEPTEMBRIS.

In Feslo B. Simonis de Roxas Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris, non Pontificis, prater sequentia.

ORATIO.

DEUS, cujus charitas in corde Beati Simonis diffusa, eximio in Sanctissimam Filii tui Genitricem cultu, & assiduis misericordiae operibus epuit: illius intercessionem concede, ut eodem charitatis fervore succensi, & Beatae Mariae Virginis tutela protecti, tuam misericordiam consequamur. Per eundem Dominum nostrum.

IN I. NOCTURNO.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Vallis-Oleti in vrbe Castellae veteris natus est Simon parentibus piis aequae ac nobilibus. Ab ejus ortu statim licuit videre quoddam futurae Sanctitatis indicium. Puer namque infans ubi balbutire coepit, prima fere auditus est haec

verba proferre, Ave Maria: quod ut audientibus mirum accidit, ita argumento fuit, eximium olim divinae Matris cultorem, clientemque fore. Praesagium affirmavit eventus. Magna illi vel adolescentulo pietas, mira in capessendis exequendisque Religionis officii alacritas, ac diligentia, studium verò colendae Virginis tantum, ut jam tum eas Angelicae Salutationis voces, in quas primum solverat linguam, sibi maximè familiares redderet, & tertio quoque verbo usurparet. Elucebat praesertim amor erga pauperes plane admirabilis, ut ipso eorum aspectu commoveretur, nec continere se posset, quin cibos illis clam sibi detractos, & ipsa interdum indumenta tribueret. Talis cum esset adolescens, jamque multum in literis profecisset, incensus sanctioris vitae desiderio, Christi Crucem inter Frates Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum in eadem civitate amplexus est.

¶ Honestum fecit.

LECTIO V.

Tyrocinii, ac studiorum spatium cum laude confectis, vitam deinceps reliquam Fratri-

tribus vel docendis, vel gubernandis impendit. Magister proinde appellatus, & cum pluribus Provinciae Castellanae Coenobiis, tum toti demum Provinciae Rector impositus. Suis porò ita praefuit, ut morum inter eos gravitatem, sanctitatemque ad legum normam, atque optima quaeque studia, proveheret; paternam alioqui exercens imperium, neque tam potestate, quam exemplo, singulos ad officium impellens. Quae dum agit domi, nihil interea minus proximorum salutem prospiciebat foris, idque tum Divini Verbi, tum sacramentum confessionum ministerio; artibusque aliis charitatis, quibus noviter insistens, incredibile dictum est, quam multos à vitiis ad frugem, vel etiam ad perfectionem christianae vitae perduxerit. Praeter haec famelicis, pauperibusque largè omnia subministrante providentia caelestis, cujus saepe beneficium insperatam accipiebat annonam. Eorum praecipuam sumebat curam, qui inter barbaros Mahometanos catenis onusti degunt, hisque redimendis amplè pecuniarum subsidia

corrogabat. At sibi miseripsi vacabat in primis, studebarque, ut fieret in dies sanctior. Ob id spiritum oratione assidua rerumque caelestium meditatione excolebat; corpus cilicio, flagris, cibi, potusque parcitate dirum in modum excruciebat.

¶ Amavit cum Dominis.

LECTIO VI.

Philippo III. Regi, ejusque conjugi Margaritae apprime charus ob sanctimoniam opinionem fuit. Datus Regis liberis adolescentinae Institutior, id munus gessit egregiè, sed oblatas à Rege dignitates constantissimè repulit. Isabella Reginae à confessionibus, eoque nomine magno apud Aulicos honore habitus: Nosocomia tamen, carceresque victorum frequentare, agrorum vocantibus diu, noctuque praesto esse, egenis alimenta dividere, calamitosis omnibus opitulati perrexit usque ad extremum, ut vulgò. Pater pauperum vocitaretur. Multas vitiorum pestes è populo sustulit, & augendo Beatae Virginis cultui assidue intentus, cum alia multa perfecit, tum celeberrimam Sodalitatem, quam vocant ab Ave Maria, Matrili

LI

ins-

instituit, ac latè propagandam curavit. Ejusdem cura, & industria Sanctissimum Mariæ nomen inter Trinitatis Officio proprio celebrari ceptum est. Illum vicissim Virgo Beatissima multis, maximisque ornavit beneficiis, inter quæ illud à Deo impetrare fertur, ut multas post pugnas, omnis tandem in eo, qui victor semper evaserat, prava libidinis sensus extinctus maneret. Domino tandem prophetia, curatio gratia, miraculisque pluribus clarus, qua prorsus prænuñciaverat die, subita vi morbi oppressus accubuit; annos natus duos supra septuaginta Elatus est. sonere honorificentissimo, eundemque illi honorem per dies continenter duodecim præcipui civitatis Ordines præstiterit. Cum verò crebri ad ejus sepulchrum concursus fierent, & novis subinde miraculis Venerabilis viri fama inclaresceret, illum Clemens XIII. Beatorum fastis adscripsit.

v. Iste homo perfecit.

In tertio Nocturno, Evangelium: Nolite timere pusillus ex. de Communi Confessoris, non Pontificis secundo loco.

FESTA OCTOBRIS.

DIE I. OCTOBRIS.

In toto Episcopatu Angelop. *Tertia die Infraoctavam Sancti Michaelis.*

IN II. NOCTURNO.

De Sermone Sancti Gregorii Papa.

Ex Homilia 34. in Evangel.

LECTIO IV.

QUIA Angelorum nomina interpretando perstrinximus, superest, ut ipsa officiorum vocabula breviter exequamur. Virtutes etenim vocantur illi, nimirum spiritus, per quos signa, & miracula frequentius fiunt. Potestates etiam vocantur hi, qui hoc potentius ceteris in suo ordine perceperunt, ut eorum ditioni virtutes adversæ subiectæ sint, quorum potestate refranantur, nec corda hominum tantum tentare prævaleant, quantum volunt.

v. Hic est Michael Archangelus.

LECTIO V.

Pincipatus etiam vocantur, qui ipsis quoque bonis Angelorum spiritibus præsent, qui subiectis aliis, dum quæque sunt agenda disponunt, eis

ad

ad explenda divina ministeria principantur. Dominationes autem vocantur, qui etiam Potestates Principatum dissimilitudine alta transcendunt.

Nam principari est inter reliquos priorem existere: dominari verò est etiam subiectos quosque possidere. Throni quoque illa agmina sunt vocata, quibus ad exercenda iudicia semper Deus omnipotens præsidet. Unde & per Psalmistam dicitur: Sedes super thronum, qui iudicas equitatem.

v. Venit Michael Archangelus.

LECTIO VI.

Cherubim quoque plenitudo scientiæ dicitur, & sublimiora illa agmina idcirco Cherubim vocata sunt, quia tanto perfectiori scientia plena sunt, quanto claritatem Dei vicinius contemplantur. Seraphim etiam vocantur illa spirituum sanctorum agmina, quæ ex singulari propinquitate conditoris sui incomparabili ardent amore. Seraphim namque ardentes, vel incendentes vocantur: quorum perfectio flamma amor est: quia quò subtilius claritatem divinitatis ejus aspiciunt, eò va-

Li 2

lidius in ejus amore flammescunt.

v. In tempore illo.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO Sancti Evangelii secundum Matthæum. Cap. 18.

LECTIO VII.

In illo tempore: Accesserunt discipuli ad Jesum dicentes: Quis putas major est in regno cælorum? Et reliqua.

Homilia Sancti Joannis Chrysostomi.

Ex variis in Matth. Hom. 18.

VAMARE mundo à scandalis. Mundum istum, terrenum locum dicit. Neque verò de coelo, & terra intelligere debemus mundum, sed mundum hic intelligamus terrenum: idè quod dixit Dominus regnum meum non est de isto mundo. Si essem de mundo, amaret me mundus. Et dicitur ad Apostolos: Vos non estis de mundo. Væ igitur mundo, hoc est, terreno loco, ab scandalis: necesse enim est, ut veniant scandala, non quia necesse, sed quia mundo necesse, ut veniant.

v. In conspectu Gentium.

LECTIO VIII.

Videte, quod dicimus, subtile est. Si necesse est, ut veniant scandala: ergò ab quo

cul-

instituit, ac latè propagandam curavit. Ejusdem cura, & industria Sanctissimum Mariæ nomen inter Trinitatis Officio proprio celebrari ceptum est. Illum vicissim Virgo Beatissima multis, maximisque ornavit beneficiis, inter quæ illud à Deo impetrare fertur, ut multas post pugnas, omnis tandem in eo, qui victor semper evaserat, prava libidinis sensus extinctus maneret. Domino tandem prophetia, curatio gratia, miraculisque pluribus clarus, quæ prorsus prænuñciaverat die, subita vi morbi oppressus accubuit; annos natus duos supra septuaginta Elatus est. sonere honorificentissimo, eundemque illi honorem per dies continenter duodecim præcipui civitatis Ordines præstiterit. Cum verò crebri ad ejus sepulchrum concursus fierent, & novis subinde miraculis Venerabilis viri fama inclaresceret, illum Clemens XIII. Beatorum fastis adscripsit.

v. Iste homo perfecit.

In tertio Nocturno, Evangelium: Nolite timere pusillus ex. de Communi Confessoris, non Pontificis secundo loco.

LECTIO III.
FESTA OCTOBRIS.

DIE I. OCTOBRIS.

In toto Episcopatu Angelop. *Tertia die Intraoctavam Sancti Michaelis.*

IN II. NOCTURNO.

De Sermone Sancti Gregorii Papa.

Ex Homilia 34. in Evangel.

LECTIO IV.

QUIA Angelorum nomina interpretando perstrinximus, superest, ut ipsa officiorum vocabula breviter exequamur. Virtutes etenim vocantur illi, nimirum spiritus, per quos signa, & miracula frequentius fiunt. Potestates etiam vocantur hi, qui hoc potentius ceteris in suo ordine perceperunt, ut eorum ditioni virtutes adversæ subiectæ sint, quorum potestate refranantur, ne corda hominum tantum tentare prævaleant, quantum volunt.

v. Hic est Michael Archangelus.

LECTIO V.

Pincipatus etiam vocantur, qui ipsis quoque bonis Angelorum spiritibus præsent, qui subiectis aliis, dum quæque sunt agenda disponunt, eis

ad

ad explenda divina ministeria principantur. Dominationes autem vocantur, qui etiam Potestates Principatum dissimilitudine alta transcendunt.

Nam principari est inter reliquos priorem existere: dominari verò est etiam subiectos quosque possidere. Throni quoque illa agmina sunt vocata, quibus ad exercenda iudicia semper Deus omnipotens præsidet. Unde & per Psalmistam dicitur: Sedes super thronum, qui iudicas aequitatem.

v. Venit Michael Archangelus.

LECTIO VI.

Cherubim quoque plenitudo scientiæ dicitur, & sublimiora illa agmina idcirco Cherubim vocata sunt, quia tanto perfectiori scientia plena sunt, quanto claritatem Dei vicinius contemplantur. Seraphim etiam vocantur illa spirituum sanctorum agmina, quæ ex singulari propinquitate conditoris sui incomparabili ardent amore. Seraphim namque ardentes, vel incendentes vocantur: quorum perfectio flamma amor est: quia quò subtilius claritatem divinitatis ejus aspiciunt, eò va-

Li 2

lidius in ejus amore flammescunt.

v. In tempore illo.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO Sancti Evangelii secundum Matthæum. Cap. 18.

LECTIO VII.

In illo tempore: Accesserunt discipuli ad Jesum dicentes: Quis putas major est in regno cælorum? Et reliqua.

Homilia Sancti Joannis Chrysostomi.

Ex variis in Matth. Hom. 18.

VAMARE mundo à scandalis. Mundum istum, terrenum locum dicit. Neque verò de coelo, & terra intelligere debemus mundum, sed mundum hic intelligamus terrenum: idè quod dixit Dominus regnum meum non est de isto mundo. Si essem de mundo, amaret me mundus. Et dicitur ad Apostolos: Vos non estis de mundo. Væ igitur mundo, hoc est, terreno loco, ab scandalis: necesse enim est, ut veniant scandala, non quia necesse, sed quia mundo necesse, ut veniant.

v. In conspectu Gentium.

LECTIO VIII.

Videte, quod dicimus, subtile est. Si necesse est, ut veniant scandala: ergò ab quo

cul-

culpa est ille, per quem venit scandalum. Sed nos dicimus, scandalum non venit nisi in terreno mundo. Vis non tibi venite scandalum? Noli esse terrenus. Propterea dico, mundus terrenus scandalum habet, terra ita necesse est, ut habeat scandalum. Noli portare terrenum, sed coeleste, & scandalum non habebis. Veritamen vae homini illi, per quem scandalum venit.

xx. Michael Archangelus.

Letitio nona de S. Remigio

Episcopo

DIE III. OCTOBRIS.

Quinta die infra Octavam

Sancti Michaelis.

IN II. NOCTURNO.

De Sermone Sancti Gregorii Papae.

LECTIO III.

¶ T sunt nonnulli, qui acceptis virtutibus, etiam electorum hominum merita transcendunt, cumque & bonis meliores sunt, electis quoque fratribus principantur, quod ergo isti sortem suam, nisi inter Principatum numeros accipiunt. Et sunt nonnulli, qui sic in semetipsis cum ceteris istis, omnibusque desiderijs dominantur, ut ipso jure munditiae dii inter homines

vocentur; unde & ad Moysen dicitur: Ecce constitui te Deum Pharaonis: quod ergo isti, nisi inter numeros Dominationum currunt?

xx. Hic est Michael.

LECTIO V.

¶ T sunt nonnulli, qui dum sibi metipsis vigilantia curam dominantur, dumque se sollicita intentione discutiunt, divino timori semper inhaerentes, hoc in munere virtutis accipiunt, ut judicare recte, & alios possint. quid ergo isti, nisi Throni sui conditoris sunt? Vel quod nisi ad supernarum sedium numeros adscribuntur? Per quos dum sancta Ecclesia regitur, plerumque de quibusdam suis infirmis actibus etiam electi judicantur. Et sunt nonnulli, qui tanta Dei, ac proximi dilectione pleni sunt, ut Cherubim jure nominentur. Quia enim Cherubim plenitudo scientiae dicitur, & Paulo dicente didicimus, quia plenitudo legis est charitas: omnes, qui Dei, & proximi caritate ceteris amplius pleni sunt, meritorum suorum sortem inter Cherubim numeros percipiunt.

xx. Venit Michael.

Let-

LECTIO VI.

¶ T sunt nonnulli, qui superbiae contemplationis fabricibus accensi, in solo conditionis sui desiderio abhelant, nihil jam in hoc mundo cupiunt, solo aeternitatis amore pascentur, terrena quaeque abjiciunt, cuncta temporalia mente transcendunt, amant, & ardent, atque in ipso suo ardore requiescunt, amando ardent, loquendo, & alios accendunt, & quos verbo tangunt, ardere protinus in Dei amore faciunt. Quid ergo istos nisi Seraphim dixerim, quorum cor in igne conversum lucet, & urit, quia & mentium oculos ad superna illuminant, & eos compungendo in fletibus vitiorum rubiginem purgant.

xx. In tempore illo.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO Sancti Evangelii secundum Mattheum. Cap. 18.

LECTIO VII.

¶ N illo tempore: Accesserunt Discipuli ad Jesum dicentes: Quis putas major est in regno caelorum? Et reliqua Homilia S. Augustini Episcopi.

Sermone 20. Tom. 5.

¶ I diligenter audistis evangelicam lectionem, intelligere potestis, quae minis-

tris, ac sacerdotibus Deo reverentia debeat: vel qua ipsos clericos invicem humilitatis sedulitate oporteat praevenire. Ait enim Dominus percontantibus Discipulis, quis eorum in regno caelorum major esset futurus, statuto coram puerulo: Quicumque humiliaverit se sicut puer iste, hic major erit in regno caelorum. Unde intelligimus, quod humilitate pervenitur ad regnum, simplicitate penetratur ad caelum. Quisquis ergo cupit, divinitatis tenere fastigia, humilitatis ima se detur.

xx. In conspectu Gentium.

LECTIO VIII.

¶ Quid autem ait evangelica lectio: Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, & cetera: pusillus hic non aetate pueros, sed malitia parvulus dicit: sicut Apostolus ait: Malitia parvuli escote, ut sensibus perfecti sitis. Qui sunt isti, nisi clerici idonei, & monachi religiosi, vel laici? Quisquis igitur his irriverens, aut contumeliosus extiterit, hac velut poena plectetur, ut infirmi saxo religato illi ad collum, praecipitur in mare. Sed videamus, cur scandalizantibus christianis ista poena da-

ta

ta sit, que quid sibi velit ipsa sententia; puto enim illam aliquod mysterium continere.

¶ Michael Archangelus.

LECTIO IX.

QUASI verò non sufficeret in mare homini demergendo saxum qualecumque, non magnum, aut enorme, sed mole asinaria lapis ei religetur ad collum, ut cum perituro homine, pereat res usibi necessaria. Sed puto, hoc magis esse, quòd in scripturis asini figura populus gentilium nuncupatur, qui clausis oculis circè ignorantie molant, erroris sui gyro pertrahitur; & in illa cursus directione vestigiis sæpè redeuntibus inuisus usui laborat alieno. Hic ergo gentilis populus cum persecutionem christiano intulerit, hac poena plectitur, ut cum sua sacrilega mola iudicandi saxuli fluctibus demergatur.

Te Deum laudamus.

DIE VI. OCTOBRIS.

In die Octava S. Michaelis.

IN II. NOCTURNO.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

Sermo 2. in festo S. Michaelis.

LECTIO IV.

Angelorum hodie memoria celebratur, & exigitis debitum pro tanta solemnitate sermonem. Credimus sanè, & indubitata fide tenemus, divina eos presentia, & visione beatos sine fine letari in bonis Domini; attamen, si multum est, ad nos loqui de ea charitate, & gloria, qua in semetipsis, imò in Deo suo Angeli Sancti nostris omnino supereminet cordibus: de ea loquamur, quam nobis exhibent gratia, & charitate. Neque id cuidam incredibile videatur, quandoquidem ipse quoque Creator, & Rex Angelorum venit, non ministrari, sed ministrare, & animam suam dare pro multis.

¶ Hic est Michael.

LECTIO V.

HUJUS itaque tanti ministri gratia nihil mirum, si dignantur nobis, imò & libenter Angeli Sancti ministrent: ipsi enim amant nos, quia nos Christus amavit. Et hæc dixim, fratres, ut ampliore erga beatos Angelos fiduciam habitatis, ac proinde familiaris in omni necessitate vestra eorum invocetis auxilia: sed & dignis in eorum presentia conversari, & magis ac magis eorum vobis conciliare gratiam, captare benevolentiam, exorare clementiam studeatis.

¶ Venit Michael.

LECTIO VI.

CAVENDA nobis eorum offensa, & in his maximè exercendum, quibus eos novimus oblectari. Sunt enim plurima, quæ eis placent, & quæ in nobis invenire delectat: ut est sobrietas, castitas, paupertas voluntaria, crebri in coelum gemitus, & orationes cum lacrymis, & cordis intentione. Attamen super omnia hæc upitatem & pacem à nobis exigunt Angeli pacis. Quid ni maximè delectentur in his, quæ formam quandam civitatis suæ representant in nobis, ut mirentur Jerusalem novam in terra?

¶ In tempore illo.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO Sancti Evangelii secundum Matthæum. Cap. 18.

LECTIO VII.

IN illo tempore: Accesserunt discipuli ad Jesum dicentes: Quis putas major est in regno coelorum? Et reliqua.

Homilia Sancti Joannis

Chrysostomi.

Ex Homilia 60. in Matth.

circà medium.

Videte, ne contemptis unum de parvulis istis. Parvulus hic non atate, sed

multorum estimatione appellavit: pauperes, inquam, ignotos, ceterosque hujusmodi, quos multi contemunt, qui revera parvuli non sunt, cum Creatoris omnium amici sint: quos ipse multò magis venerabiliores facit, dicens: Quia Angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in coelis est.

¶ In conspectu Gentium.

LECTIO VIII.

HINC manifestum est, quia omnes Sancti Angelos habent. Apostolus etiam ait de muliere, quoniam velamen debet habere in capite propter Angelos. & Moyses statuit fines gentium secundum numerum Angelorum Dei. Hic verò non de Angelis simpliciter dicitur, sed de Angelis excellentibus, atque supremis. Nihil enim aliud designatur, cum faciem, dicit, Patris mei aspiciunt, quam summa fiducia eorum, & honor præcipuus.

¶ Michael Archangelus.

LECTIO IX.

Vides, quot quibusque rationibus ad modestiam, & ad curam tenuiorum fratrum nos revocat Infantem in medio statuit, & dixit: Elthimini sicut parvuli: & quicumque

que talem susceperit parvulum, me suscipiet, & quicumque hunc scandalizaverit, extrema loet supplicia: & scandalizantes homines, etiam si loco manuum, atque oculorum nobis essent, abscindere jussit: Angelorum quoque auctoritate, qui hoc tenues fratres turantur, ut eos veneremur, impellit.

Te Deum laudamus.
DOMINICA I. OCTOBRIS.
Festum SS. Rosarii B. Mariae Virginis.

Duplex secundae classis.

ORATIO.

DEUS, cujus Unigenitus, per vitam, mortem, & resurrectionem suam nobis salutis aeternae praemia comparavit: concede, quae sumus, ut haec mysteria Sanctissimo Beatae Mariae Virginis Rosario recedentes, & imitemur, quod continent; & quod promittunt, assequamur. Per eundem.

Lectiones primi Nocturni de Parabolis Solomonis: Ego Sapientia, ut in festo SS. Nominis B. M. V.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

CUM Albigentium haeresis per Tolosatium regionem impie grassaretur, atque

aliis in dies radices ageret, Sanctus Dominicus, qui nuper Praedicatorum Ordinis fundamenta jecerat, ad eam convellendam totos incubuit. Id ut praestaret validius, auxilium Beatae Virginis, cujus dignitas illis erroribus impudentissime petebatur, cuique datum est cunctas haereses interimere in universo mundo, enixis precibus imploravit; à qua (ut memoriae proditum est) cum monitus esset, ut Rosarium populis praedicaret; velut singulare adversus haereses, ac vitia praesidium; mirum est, quanto mentis fervore, & quam felici successu injunctum sibi munus sit executus. Est autem Rosarium certa praecandi formula, qua quindecim Angelicarum salutationum decades, oratione Dominica interjecta, distinguimus, & ad earum singulas totidem nostrae reparationis mysteria pia meditatione recolimus. Ex eo ergo tempore pius hic orandi modus mirabiliter per Sanctum Dominicum promulgari, augeri que coepit; quem ejusdem Institutorem, Auctoremque fuisse Summi Pontificis, Apostolicis litteris passim asfirmarunt.

v. Sicut Cedrus, &c. ut in festo SS. Nominis B. Mariae Virginis.

LECTIO V.

Innumerabiles porro fructus à ex hac tam salutari institutione in Christianam Rempubliam dimanarunt, inter quos victoria illa merito numeratur, quam Sanctissimus Pontifex Pius Quintus, & ab eo inflammati Christiani Principes apud Echinadas Insulas de Turcarum Tyranno potentissimo reportarunt. Nam cum illa ipsa die ea victoria relata sit, qua die Sanctissimi Rosarii sodalitates per universum orbem consuetas supplicationes peragerent, statutasque preces de more funderent; iis precibus haud immerito refertur accepta. Quod quidem cum etiam Gregorius Tertius decimus testatus esset; ut pro tam singulari beneficio Beatae Virginis sub appellatione Rosarii perennes gratiae ubique Terrarum haberentur; in Ecclesiis omnibus, in quibus Altare Rosarii foret, prima quoque Octobris Dominica Officium ritu duplici majori perpetuo celebrandum indixit: aliique Pontifices, Rosarium recitantibus, ejusdemque Rosarii Sodalitibus

Indulgentias penè innumeras concessere. 94. Quae est ista.

LECTIO VI.

Nuper verò Clemens Undecimus animo reputans insignem pariter Victoriam anno millesimo septingentesimo decimo sexto in Hungariae Regno à Carolo Sexto in Imperatorem Romanorum electo, de innumeris Turcarum copiis relata, eo die contigisse, quo Festum Dedicationis Sanctae Mariae ad Nives celebraretur, atque eodem ferme tempore, quo Sanctissimi Rosarii Confratres publicam, solemnemque supplicationem in Alma Urbe ingenti Populi concursu, magnaue religione peragentes, fervidas ad Deum preces pro Turcarum depressione funderent, ac potentem opem Deiparae Virginis in auxilium Christianorum humiliter implorarent; eam ob rem, Victoriam illam, nec non liberatam paulò post eorundem Turcarum obsidione Corcyrensem Insulam, ejusdem Beatae Virginis patrocinio più sensu adscribendam. Quamobrem ut hujus quoque tam insignis beneficii perennis semper, & memoria extaret, & gratia; Sanctissimi Rosarii Festum eadem

dem die, eodemque ritu celebrandum ad Ecclesiam universam extendit. Hæc autem omnia Benedictus Decimus tertius in Breviario Romano novissimè apponi jussit. Sanctissimam ergo Deigenitioem cultu hoc eadem gratissimo jugiter veneremur, ut qua toties, Christi fidelibus Rosarii precibus exorata, terrenos hostes profligare dedit, ac perdere, infernos pariter superare concedat. *ꝛ. Orantam &c.*

Missa: Salve Sancta Parens, à Pentecosten usque ad Adventum, cum Credo, Prefatione: Et te in Solemnitate, & Orationibus propriis.

Et fit commemor. Dominica de qua legitur ult. Evang.

DIE V. OCTOBRIS.

In Fello Sancti Froylani Episcopi, & Confess. Patroni Ecclesie, & Diocesis Legionensis.

Duplex secunda clas.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, præter ea, quæ hic habentur propria.

ORATIO.

DEUS, qui Beatum Froylanum Monastici instituti propagandi studio decorasti, & ex eremo ad Episcopale munus coelesti indicio vocatum miraculis clarum effecisti: concen-

de propitiis, ut cujus patrocinio gloriamur, ejus instruamur exemplis Per Dominum.

Non fit commemor. Ss. Placidi, & Socior. Mart. sed in Laud. tant.

Lectioes primi Nocturni: Fidelis sermo, de eodem Communi primo loco.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Froylanus Luxæ, quæ Regni Galleciæ nobilis est civitas piis, aequè ac nobilibus parentibus decimo nostræ Redemptionis sæculo natus; à primæ ætate futuræ sanctitatis specimen dedit. Nam pie matris opera educatus, adhuc adolescens, mundi illecebris contemptis, majorisque perfectionis desiderio illectus, vis octodecim annos natus monasticam vitam professus est. Quare primum in quemdam Diocesis Legionensis abditorem locum sese recipiens, deinde ad Sutrinæ montis radices ædiculam sibi extruens, ibique orationi, jejuniis, jugique corporis castigationi vacans, in coelestium contemplatione rerum dies, noctesque suavissimè præteribat. Brevi tanta ejus sanctitatis fama percurrebat, ut multis ad eum concurre-

rentibus, sub Regula Sancti Benedicti monasterium ædificare compulsus fuerit. Quos inter discipulos Attilanum monasterii à se ædificati Priorum instituit, qui postea Zamorensis factus Episcopus eam Diocesis sanctissimè gubernavit, eumque post mortem Urbanus Secundus in Sanctorum numerum retulit.

ꝛ. Inveni David.

LECTIO V.

NEC mirum, Froylani sanctitatem ab omnibus agnoscere, & ubique prædicari, quam vel bruta animalia quodammodo pensensisse videbantur. Savum siquidem lupum multis spectantibus coegisse fertur, jumentum loco substitui, ut libros prædicationi necessarios deferret, siquæ poenas daret, quod asellum eidem servientem ministerio, ferocem dilanasset. Idcirco Ramirus Tertius, qui difficillimis illis temporibus Legionensæ Regnum administrabat, res suas penè accisas agnoscens, Froylanum accessit, eique ingentem vim pecuniarum largitus, potestatem dedit erigendi ubicumque vellet Monasteria in suo Regno, ut inde Monachi pro ejusdem Regni libera-

tione ab armis Saracenorum ferventes ad Deum preces effunderent. Tot, tantisque opibus tam piè oblati, Froylanus Tabarcuse monasterium ædificavit, aliisque permultis circa Æstolæ fluvium instauratis, demum celebre illud apud Moretolam excitavit, ubi, ducentis circiter Monachis congregatis, ipse præfuit, plimque Ramiri Regis desiderium explevit.

ꝛ. Posui adjutorium.

LECTIO VI.

Veremundo Secundo regnante, qui Ramiro Tertio successerat, Froylanus ex Monacho, renuens licet, & invitus Legionensis Episcopus renuntiavit, dum consecraretur, sub columbæ à coelo venientis specie Spiritum Sanctum accipere visus est. Postquam autem sexdecim circiter annis conceditas sibi oves prædicatione, & exemplo sanctissimè gubernasset, prænuntiatio sui obitus die, ad coelestem patriam quinto Nonas Octobris anno sexto post milesimum evolavit. Multa ejus Sacri Corporis translationes ob temporum difficultatem fieri debuerunt: quarum postrema, cum è Moretolæ conobio

maxima ejusdem Sacri Corporis pars ad Legionensem Ecclesiam, cui præfuerat, transferretur, insigni fuit miraculo illustrata: nam per totam viam homines, animantes, ipsaque arbores melleo liquore maduerunt. Itaque tam in Moreiola Monasterio, quam in Legionensi Ecclesia usque ad nostram ætatem magna cum veneratione dictum sacrum Corpus sic divisum colitur: Ecclesia verò Legionensis tantum Pastorem, à quo innumera accepit beneficia, ut præcipuum Patronum veneratur.

✠. Iste est, qui ante Deum.

In tertio Nocturno Homilia S. Gregorii Pap. in Evangel. Homo peregrè, de Comuni Confess. Pontif. primò loco.

Novæ Lect. de Ss. Placido, & Socior. Martyr. ut in Breviar. comm. eorumdem in Laudibus.

Missa: Statuit, de Comuni non dicitur Credo.

Officium S. Laurentii Justiniani, semid. de præcept. à Ss. Domino Nostro Clement. XIII. pro Univers. Eccles. transfertur.

DIE VII. OCTOBRIS.

In Fæsto Sancti Josephi à Cypertino Confessoris.

Duplex.

Omnia de Comuni Confessoris non Pontificis, præter sequentia.

In primis Vesperis, quæ dicuntur de hoc fæsto, ad Magnific. Antiphon. Mortuus sum, & vita mea est abscondita cum Christo in Deo.

ORATIO.

DEUS, qui ad Unigenitum Filium tuum exaltatum à terra omnia trahere disposuisti: perfice propitius; ut meritis, & exemplo Seraphici Confessoris tui Josephi supra terrenas omnes cupiditates elevati, ad eum pervenire mereamur. Qui tecum vivit.

IN I. NOCTURNO.

De Epistol. secunda Beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

LECTIO I. Cap. 4. b.

DEUS, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, in facie Christi Jesu. Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus: ut sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed non destitumur: persecutionem patimur, sed non de-

re-

relinquimur: desicimur, sed non perimus: semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut & vita Jesu manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos, qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum: ut & vita Jesu manifestetur in carne nostra mortali.

✠. Euge serve bone.

LECTIO II. Cap. 5.

SCimus enim, quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam, in coelis. Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram, quæ de cælo est, superindui cupientes: si tamen vestiri, non nudi inveniamur. Nam & qui surriari in hoc tabernaculo, ingemiscimus gravati: eo quod nonolumus expoliari, sed supervestiri, ut absorbeat quod mortale est, à vita. Qui autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus spiritus. Audentes igitur semper, scientes quoniam dum sumus in corpore, peregrinamur à Domino: (per fidem enim ambulamus, & non per speciem) audemus autem, & bonam vo-

luntatem habemus magis peregrinari à corpore, & presentem esse ad Dominum.

✠. Justus germinabit.

LECTIO III. Cap. 12.

SI gloriari oportet (non expedit quidem) veniam autem ad visiones, & revelationes Domini. Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim (sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit) raptum hujusmodi usque ad tertium cælum. Et scio hujusmodi hominem (sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit) quantam raptus est in Paradisum: & audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Pro hujusmodi gloriabor: pro me autem nihil gloriabor nisi in infirmitatibus meis. Nam, & si voluero gloriari, non ero insipiens: veritatem autem dicam: parco autem, ne quis me existimet supra id, quod videt in me, aut aliquid audit ex me. Et ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, qui me colaphizet. Propter quod ter Dominum rogaui, ut discederet à me: & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate

te

te perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi.

✠. Iste cognovit iustitiam.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Josephus à Cupertino, oppido in Salentinis Diocesis Neritonensis, anno reparatione salutis millesimo sexcentesimo tertio, piis ibidem parentibus ortus, Deique amore præventus, pueritiam atque adolescentiam summa cum simplicitate, morumque innocentia transegit. A diuturno, molestoque morbo patientissimè tolerato Deiparæ Virginis ope liberatus, se totum pietatis operibus, ac excolendis virtutibus dedit: utque Deo ad majora vocanti se intimè conjugeret, Ordini Seraphico nomen dare constituit. Post varios eventus voti tandem compos factus apud Minores Conventuales in Coenobio Cryptulæ, inter Laicos primum ob litterarum imperitiam, deinde inter Clericos Divina dispositione connumeratus est. Sacerdotio post solemnè vota initiatus, perfectius sibi vitæ institutum proposuit. Quamobrem munda-

nis quibuscumque affectibus, terrenisque rebus penè ad vitam necessariis illicò à se abdicatis, ciliciis, flagellis, catenis, omni demùm asperitatum, ac poenarum genere corpus afflixit; spiritum verò sanctæ orationis, altissimè contemplationis assiduiter dulciter enutrivit. Hinc factum est, ut charitas Dei, quæ jam erat in ejus corde à prima ætate diffusa, miro planeque singulari modo in dies coruscaverit.

✠. Honestum fecit.

LECTIO V.

Luxit præcipuè ardentissima ejus charitas in ecstasibus ad Deum suavissimis, stupendisque raptibus, quibus frequenter afficiebatur. Mirum autem, quod alienato à sensibus animo, statim ab ecstasi eum revocabat sola obedientia. Hanc quippe virtutem eximio studio prosequeretur, dicere solitus, se ab ea veluti cæcum circumduci, & mori potius velle, quam non obedire: paupertatem verò Seraphici Patriarchæ ita amulatus est, ut meriti proximus Prælati suo asserere verè potuerit, se nihil habere, quod more Religiosorum resignaret. Itaque mundo sibi que mortuus, vitam

Je-

Jesu manifestabat in carne sua, quæ dum in aliquibus ex turpitudine obscenorum flagitium sentiebat, prodigiosum de se efflabat odorem, indicium nitidissima illius puritatis, quam immundo spiritu vehementissimis tentationibus frustra obnubilare diu conante, servavit illasam, tum arcuata sensuum custodia, tum jugi corporis maceratione, tum denique speciali protectione Purissima Virginis Mariæ, quam matrem suam appellare consuevit, ac veluti matrem dulcissimam intimo cordis affectu venerabatur, eamque ab aliis venerari exoptabat, ut cum ejusdem patrocinio, sicut ipse agebat, omnia bona consequerentur.

✠. Amavit eum Dominus.

LECTIO VI.

YÆC Beati Josephi sollicitudo à sua erga proximum charitate prodibat, tantum enim animarum zelo exardebat, ut omnium salutem modis omnibus instantissimè procuraret. Extendens pariter charitatem suam in proximum sive pauperem, sive infirmum, anno sive quacumque alia tribulatione vexatum, quantum in ipso erat, illum recreabat. Nec

alieni erant ab ejus charitate, qui oburgationibus, probris, omnisque generis injuriis ipsum appeterent: nam eadem patientia, mansuetudine, vultusque hilaritate talia excipiebat, quæ tot inter, ac tantas vicissitudines respiciendæ, dum vel Moderatorum Ordinis, vel Sacræ Inquisitionis jussu hac illac errare, versarique coactus est. Quamquam verò populi non solum, sed viri Principes eximiam ejus sanctitatem & superna charismata admirarentur; ea nihilominus erat humillitate, ut magnum se peccatorem reputans, Deum enixè deprecaretur, ut sua ab eo illustria dona removeret; homines verò exoraret, ut in eum locum mortuum ejus corpus injicerent, ubi memoria sui esset prorsus oblitterata. At Deus, qui ponit humiles in sublime, quique servum suum, dum viveret, ecclesti sapientia, prophetia, cordium perscrutatione, curationum gratia, ceterisque donis cumulatissimè exornaverat, ejus quoque martem

rio-

riusum. Illum denique etiam post obitum miraculis coruscantem Benedicimus Quartadecimus Beatorum, Clemens Tertiusdecimus Sanctorum factis adscripsit: ejus autem Officium, & Missam Clemens Quartadecimus ejusdem Ordinis ad universam Ecclesiam extendit.

¶ Iste homo perfecit.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO Sancti Evangelii secundum Matthæum.

LECTIO VII. Cap. 22.

IN illo tempore: Loquebatur Jesus Principibus sacerdotum, & Phariseis in parabolis, dicens: Simile factum est regnum Cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et reliqua.

Homilia S. Gregorii Papæ.

Lib. 2. Homiliar. Homil. 38. circa medium.

QUIA jam, largiente Domino, nuptiarum domum, id est, Sanctam Ecclesiam, intrastis, solerter, fratres, aspiciate, ne aliquid de mentis vestræ habitu Rex ingrediens reprehendat. Cum magno enim cordis timore pensandum est, quod protinus subditur: Intravit autem rex, ut videret discumbentes, &

vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Quid fratres charissimi, exprimi per nuptialem vestem putamus? Si enim vestem nuptialem baptismata, vel fidem dicimus, quis sine baptismo & fide has nuptias intravit? Eo enim ipso foris est, qui necdum credidit. Quid ergo debemus intelligere nuptialem vestem, nisi charitatem? Intrat enim ad nuptias, sed cum nuptiali veste non intrat, qui in Sancta Ecclesia assistens fidem habet, sed charitatem non habet. Rectè enim charitas nuptialis vestis vocatur, quia hanc in se Conditor noster habuit, dum ad sociandam sibi Ecclesie nuptias venit.

¶ Iste est qui ante Deum.

LECTIO VIII.

SOLA quippe dilectione Dei factum est, ut ejus Unigenitus mentes sibi electorum hominum uniret. Unde & Joannes dicit: Sic enim dilexit Deus mundum, ut Filium suum Unigenitum daret pro nobis. Qui ergo per charitatem venit ad homines, eandem charitatem innotuit vestem esse nuptialem. Omnis ergo vestrum, qui in Ecclesia positus Deo credit, jam ad nup-

nuptia. intravit, sed cum nuptiale veste non venit, si charitatis gratiam non custodit. Et certè, fratres, si quis ad carnales nuptias esset invitatus, vestem mutaret, congaudere se sponso & sponsæ ex ipso sui habitus decore ostenderet, inter gaudentes, & festa celebrantes despectis vestibus apparere erubesceret. Nos ad Dei nuptias venimus, & cordis vestem mutare dissimulamus. Congaudent Angeli, cum ad cœlum assumuntur electi. Quia ergo mente hæc spiritualia festa conspiciamus, qui nuptialem vestem, id est, charitatem, quæ sola nos speciosos exhibet, non habemus?

¶ Sint lumbi vestri.

LECTIO IX.

SCIENDUM verò est, quia sicut in duobus lignis, superiore videlicet, & inferiore vestis textitur: ita in duobus præceptis charitas habetur, in dilectione scilicet Dei, & proximi. Scriptum quippe est: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua, & proximum tuum sicut teipsum. Quia in re notandum est, quia in dilectione proximi mensura amoris ponitur,

cum dicitur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dei autem dilectio nulla mensura constringitur, cum dicitur: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Non enim juvetur quisque quantum diligat, sed ex quantum, cum dicitur: Ex toto; quia ille veraciter Deum diligit, qui sibi de se nihil relinquit. Duo ergo necesse est ut charitatis præcepta custodiat, quisquis habere in nuptiis vestem nuptialem curat.

Te Deum laudamus.

AD BENEDICTUS. Ant. A.

Ostendit mihi (Dominus) fluvium aquæ vivæ, splendidum tamquam cristallum procedentem de sede Dei, & Agni.

In secundis Vesper. ad Magnificat. Ant. Existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Christi Domini mei.

¶ Juxta deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei.

Oratio. Deus, qui ad Unigenitum, ut supr.

DIE VI. OCTOBRIS.

In Festo S. Reparatae Virginis, & Martyris.

Na

Cu-

Cujus Reliquia asservatur in Ecclesia Cathedrali Angelopolitana.

Duplex.

Omnia de Communi Virginis, & Martyris.

Oratio: Deus, qui inter cetera.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

ps. i. Veni Sponsa Christi.

In secundo Nocturno Lectiones de eodem Communi primo loco.

In tertio Nocturno Homilia in Evangel. Simile erit regnum coelorum, de di. Con-m.

In Laudibus commemoratio Ss. Angelorum, & in Missa, quae est: Loquebar, cum Credo in Matrice.

DIE XII. OCTOBRIS.

Festum Commemorationis B. Mariae Virginis de Columna.

Duplex.

Omnia ut in ejus Festo ad Nives, vel ut in die xxv. Septembris praeter Lectiones secundi Nocturni, quae sunt sequentes.

LECTIO IV.

De Sermonem Sancti Augustini Episcopi.

Serm. 18. de Sanctis.

A Dest nobis, dilectissimi optatus dies Commemo-

rationis Beatæ, ac Venerabilis semper Virginis Mariæ; ideò cum summa exultatione gaudeat terra nostra, tantæ Virginis illustrata Solemnitate. Hæc est enim flos campi, de qua ortum est pretiosum lilium convallium, per cujus partum mutatur natura protoplastorum, deletur, & culpa. Præcisum est in ea illud, Hevæ infelicitatis elogium, quo dicitur: In dolore paries filios tuos quia ista in lætitia Dominum peperit. Hevæ enim luxit, ista exultavit: Hevæ lacrymas, Maria gaudium in ventre portavit quia illa peccatorem, ista edidit Innocentem. Tu autem Domine, &c.

ps. Sicut Cedrus.

LECTIO V.

O Beata Mater, quis tibi dignè valeat jura gratiarum, ac laudum præcoria respondere, quo singulari tuo assensu mundo succurristi perditis? Accipe itaque quascumque exiles, quascumque meritis tuis impares gratularum actiones: & cum susceperis vota, culpas nostras orando excusa. Admite nostras preces intra sacrarium exauditionis, & reporta nobis antidotum reconciliationis. Accipe quod offerimus

mus

mus, redona quod rogamus, excusa, quod timemus: quia tu es spes unica peccatorum, per te speramus veniam delictorum, & in te Beatissima nostrorum est expectatio pramiorum. Tu autem Domine.

ps. Quæ est ista, quæ processit.

LECTIO VI.

ET profectò sperandum nobis, ac præcipuè latandum est, quibus insigni beneficio peculiarem summet obtinendi patrocinii fiduciam clementissima Virgo concessit. Ut enim pia, & antiqua traditio habet, cum Jacobus Apostolus, Major nuncupatus, Divino Consilio in Hispaniam appulisset, & aliquandiu Cæsaraugustæ substitisset, ipsi cum aliquot Discipulis noctu ad Iberi fluminis ripam oranti Beata Virgo, dum adhuc inhumani ageret, apparuit, ibique, ut sacellum extrueret, eidem injunxit. Quare nihil cunctatus Apostolus, Discipulis opem ferentibus, Ædiculam Deo in ipsius Virginis honorem dicavit. Huic autem, procedentibus sæculis, amplius, & augustius templum accessit, quod à simularo Deparæ, pile è marmore supers-

tante, atque ibidem maxima totius regni pietate, ac frequentius venerato, à Columna olim acceptum nomen, hæc quoque temporibus retinet. Utque debitus Deo cultus, ac fervens jam erga Virginem Populorum devotio uberius in dies incrementum accipiat, Clemens Duodecimus Pontifex Maximus per universas Regi Catholico subiectas ditiones ejusdem Commemorationis Officium die duodecima Octobris celebrari indulisit. Tu autem.

ps. Ornatam monilibus filiam Jerusalem.

DIE XX. OCTOBRIS.

In Festo Sancti Joannis Baptistæ Confessoris.

Semiduplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter ea, quæ hic sunt propria.

In secundis Vesperis S. Petri de Alcantara fit commemoratio sequentis.

Ant. Similabo eum viro sapienti, qui ædificavit domum suam supra petram.

ps. Amavit eum Dominus, & ornavit eum.

ps. Stolum gloriæ induit eum.

ORATIO.

DA quæsumus omnipotens Deus: ut Sancti Joannis Confessoris exemplo in scientia Sanctorum proficientes, atque aliis misericordiam exhibentes, ejus meritis indulgentiam apud te consequamur Per Dominum.

Nisi Festum Sancti Joannis transferri contingat: tunc enim in primis Vesperis, si à Capitulo fiat de eodem festo, dicitur sequens.

HYMNUS.

Gentis Polonæ gloria,
Clerique splendor nobilis,
Decus Lycei, & patris
Pater, Joannes inely te.
Legem superni Numinis
Duces Magister, & facis.
Nil scire prodest: sedulo
Legem nitamur exequi.
Apostolorum limina
Pedes viator visitas;
Ad Patriam, quam tendimus,
Gressus viamque dirige.
Urbem petis Jerusalem;
Signata sacro sanguine
Christi colis vestigia,
Rigasque fuis flitibus.
A cerba Christi vulnera
Hærete nostris cordibus,
Ut cogitemus consequi

Redemptionis pretium,
Te piona mundi machina
Clemens adoret Trinitas,
Et nos novi per gratiam
Novus capamus canticum.
Amen.

AD MATUTINUM.

INVITATORIUM.

Regem Confessorum Dominum;
* Venite adoremus.
Psalm. Venite, exultemus.

HYMNUS.

Corpus domas jejunii,
Cædis cruento verbere,
Ut castra pœnitentium
Miles sequaris innocens.
Sequamur & nos sedulo
Gressus Parentis optimi,
Sequamur, ut licentiam
Carnis refrænet spiritus.
Rigente bruma providum
Præbes amicum pauperi,
Sitim famemque egentium
Esca potuque sublevas.
O qui negasti nemini
Opem roganti, patrium
Regnum tuere, postulante
Cives Poloni, & exteri.
Sit laus Patri, sit Filio,
Tibique Sancte Spiritus:
Præces Joannis impetrent
Beata nobis gaudia.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura occurrente.

In

IN II. NOCTURNO.

LECTIO VI.

Joannes in oppido Kentii Cracoviensis Diocesis, à quo Cantii compomen duxit. Stanislaw, & Anna piis & honestis parentibus natus, morum suavitate, innocentia, gravitate ab ipsa infantia spem fecit maxima virtutis. In Universitate Cracoviensi Philosophia, ac Theologia primum auditor, tum per omnes Academicæ gradus ascendendo Professor ac Doctor sacra, quam annis multis tradidit doctrina mentes audientium non illustrabat modo, sed & ad omnem pietatem inflama bat, simul docens scilicet, & faciens. Sacerdos factus, nihil de litterarum studio remittens, studium auxit Christiana perfectionis. Utque passim ostendi Deum maxime delectabat, sic eum sibi & populi placare oblati quotidie, non sine multis lacrymis in cruento Sacrificio satagebat. Ilkusiensem Parochiam annis aliquot egregie administravit: sed animarum periculo commotus, postea dimisit; ac postulante Academia ad pristinum docendi officium reddiit.

ꝰ. Honestum fecit.

LECTIO VII.

Quidquid temporis ab studio supererat, partim saluti proximorum, sacris præsertim concionibus curanda, partim orationi dabat, in qua celestibus quandoque visionibus, & colloquiis dignatus fertur. Christi vero Passione sic afficiebatur, ut in ea contemplanda totas interdum noctes duceret insomnes, ejusque causa melius recolenda: Hierosolymam peregrinatus sit: ubi, & martyrii desiderio flagrans, Turcis ipsis Christum crucifixum predicare non dubitavit. Quater etiam ad Apostolorum limina pedes, atque viaria onustus sarcina Romam venit, tum ut Sedem Apostolicam; cui maxime adductus fuit, honoraret: tum ut sui (sic enim agebat) purgatorii prenas, exposita illic quotidie peccatorum venia, redimeret. Quo in itinere à latronibus olim spoliatus, & numquid haberet præterea interrogatus, quum negasset, aureos deinde aliquos suo insutus pallio recordatus, fugientibus hos etiam clamans obtulit latronibus; qui viri sancti candorem simul, & largitatem admirati, etiam ablatis ultrò reddiderunt.

Alie-

Alienz famæ ne quis detraheret, descriptis Beati Augustini exemplo in pariete versiculis, se, atque alios perpetuò voluit admonitos. Famelicis de suo etiam obsonio satiabat. Nudos autem non emptis modò, sed detractis quoque sibi vestibus, & calcæis operiebat, demisso ipse interim usque ad terram pallio, ne domum nudipes redire videretur.

v. Amavit eum Dominus.

LECTIO VI.

Revis illi somnus, atque humi; vestis, quæ nuditatem, cibus, qui mortem dumtaxat arceret; virginalem pudicitiam, velut liliam inter spinas, aspero cilicio, flagellis, atque jejuniis custodivit. Quin & per annos ante obitum triginta circiter & quinque ab esu carniū perpetuo abstinit. Tandem dierum iuxta, ac meritorum plenus, quum vicinæ, quam præsensit, morti se diu diligentèrque præparasset, ne qua re amplius teneretur, si quid domi supererat, id omnino pauperibus distribuit. Tum Ecclesiæ Sacramentis ritè munitus, dissolvi jam cupiens, & esse cum Christo, pridè Nativitatis ejus in cœlum evolavit, miraculis ante,

& post mortem clarus. Mortuus ad proximam Academiæ Ecclesiæ Sanctæ Annæ delatus est, ibique honorificè sepultus. Auclaque in dies populi veneratione ac frequentia, inter primarios Poloniæ, ac Lithuaniz Patronos religiosissimè colitur. Novisque curuscans miraculis à Clemente Decimotertio Pontifice Maximo, decimoseptimo Kalendas Augusti millesimi septingentesimi sexagesimi septimi solemnè ritu Sanctorum fastis adscriptus est.

v. Iste homo periecit omnia.

IN III. NOCTURNO.

Homilia Sancti Gregorii Papa in Evang. Sint lumbi vestri præscinditi, ut in Communi Confessoris non Pontificis.

Ad Laudes, Hymn. Gentis Poloniæ gloria, ut supra in prim. Vesp. 1.

Ad secundas Vesperas.

HYMNUS.

TE deprecante, corporum. Lues recedit, improbi Morti fugantur, pristina Reddeunt salutis munera. Phtisi febrique, & ulcere Diram redactos ad necem, Sacratas morti victimas Ejus rapis è faucibus.

Te

TE deprecante, tumido

Merces abactæ flumine,

Tracta Dei potentia

Sursum flunt retrogradæ.

Quum tanta possis, sedibus

Cœli locatus, poscimus:

Responde votis supplicum,

Et invocatus subveni.

O una semper Trinitas!

O Trina semper unitas!

Da, supplicante Cantio,

Æterna nobis præmia.

Amen.

v. Justum deduxit Dominus per vias rectas.

v. Et ostendit illi regnum Dei.

Ad MAGNIFICAT. Añã.

Hic vir despiciens mundum & terrena, triumphans, divitiis cœlo condidit ore, manu.

Oratio: Da quæsumus, ut supra, 1.

Deinde fit Commemoratio S. Hilarionis Abbatis.

Postea Sanctarum Ursule, & Sociarum Virginum, & Martyrum.

DIE XXI. OCTOBRI.

In Festo Sanctarum Virginum & Martyrum Ursule, & Sociarum ejus.

Duplex.

Omnia de Communi Virginum, & Martyrum, præter sequentia.

In utriusque Vesperis, & Laudibus.

Añã. Prudentes Virgines aptate vestras lampades: Ecce Sponsus venit, exite obviam ei.

v. Adducentur regi Virgines post eam.

v. Proximæ ejus afferentur tibi.

ORATIO.

DA nobis, quæsumus Domine Deus noster, Sanctarum Virginum, & Martyrum tuarum Ursule, & Sociarum ejus palmas incessabili devotione venerari: ut quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequiis. Per Dominum nostrum.

Deinde fit commemoratio S. Hilarionis Abbatis.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

GRatiano Imperatore, Flavio Clemens Maximus, Romani exercitus in Britannia Dux, arrepta tyrannide, Imperator à militibus acclamatur. Inde copias in Gallias transmittens, ab insensu Gratiano Legionibus exceptor: Imperium sibi corroborat. Cum

Cumque Armoriorum ubere regionem ejectis antiquis habitatoribus, Britannicis militibus, quos secum duxerat, divisisset, quo novas colonias propagaret in posteris Connano Britannici reguli (quem Britannorum Ducem habebat in exercitu) consilio, missa Legatione in Britanniam, singulis militibus novis colonis singulas virgines conjugio foederandas postulat.

xx. Propter veritatem.

LECTIO V.

Aud visa Britannia reguli absurda petitio: Unde in gratiam novi Imperatoris, & quod filias suas non nisi gentilibus suis, iisque donatis nova Provincia præ divitibus honestissimè collocandas scirent: pro numero militum totidem delectæ sunt virgines: omnes numero undecim mille: quarum Princeps erat Ursula, Dionoci Cornubiæ regis filia, desponsata Connano Duci Britannorum militum in exercitu Maximi. Cunctæ igitur Londini Collectæ impositæ sunt invitæ navigiis. Solventes nauatæ dum Armoriorum regionem cogitant, à sæva procella in Germanicum litus dejiuntur.

yy. Dillexisti iustitia.

LECTIO VI.

Contigit adesse tunc ibi Hunnorum copias, quas à Gratiano Imperatore adversus Maximum evocatas fuerunt. Nacti igitur Barbari præclarum illud Virginum agmen, impotenti libidinis æstu fuerentes, in eas irrunt. Sed cum hortante Ursula, mortem potius oppetere, quam virginei pudoris iacturam pati, invicto animi vigore decrevisent; Hunni in rabiem immanitatis conversi, ad unam omnes trucidant. Sicque Ursula, super comitum suarum velut cœlestium margaritarum pretiosum acervum, gloriosa victima procumbens, purpura pro Christo fusi sanguinis decorata, triumphatorem tot virginum exercitum, geminis nempe virginitatis, & martyrii laureis insignem ducens, cœlum victrix intravit. Quarum corpora Colonienses summo honore conluderunt: earumque illustrem agonem Christianus orbis florenti semper memoria celebrat.

yy. Afferentur regi.

Lectioes tertii Nocturni de Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evang. Simile erit regnum

Coc-

Cœlorum decem Virginibus. *Nona lectio ex duabus de S. Hilarione Abbat. & commem. in Laud.*

DIE XXII. OCTOBRIS.

In Festo Sanctæ Salome Viduæ.

Duplex majus.

Omnia de Communi Sanctæ nec Virginum, nec Martyrum, præter ea, quæ sequuntur.

In utrisque Vesperis, & Laudib.

HYMNUS.

Ista, quam læti colimus fideles.

Sedibus celsis superum locatam.

Est decus nostrum, quia mater exat Alma Jacobi.

Hæc Dei cultrix Salome vocata.

Sancta Zebedæo quoque juncta Sancto.

Conjugem, caramque domum reliquit.

Assecla Christi.

Persistit constans, Cruce non recessit.

Territa, aut illo moriente fugit.

Curat & funus Domini, & sepulchrum.

Fervida visit.

Tu pia, o nostri Genitrix Patroni.

Filii, cunctos refove Clientes.

Semper, ut nostro capiti queamus.

Vivere juncti.

Sit decus Patri, Genitricque Proli,

Et tibi compar utriusque virtus.

Spiritus semper Deus unus omni.

Temporis ævo. Amen.

AD MAGNIFICAT. Añæ.

Accessit ad Jesum Mater Filiorum Zebedæi cum Filiis suis adorans, & petens aliquid ab eo.

ORATIO.

Domine Jesu, pro cujus amore Beata Salome inter primas tibi fideles omnia dimisit, & te sepultum venerari curavit, concede propitius, ut ejus imitatione tecum consepulti æternæ Resurrectionis participes effici mereamur. Qui vivis, & regnas.

AD MATUTINUM.

HYMNUS.

Cratum diem Sol extulit, Quo valle rapta sæculi.

Alma Sionis filia.

Æterna capiat gaudia.

Amore Christi saucia.

Corpus cucurrit ungere.

Vivum sequuta mortuo.

00

Piis

Piis parentat ritibus.
 Quam vivus ipse traxerat.
 Odore virtutum sacro,
 Isthac vicisim comparat
 Flagrans sepulchro balsamum.
 O mira sors! O gaudium!
 Cui sic studebat mortuo,
 Vivum e sepulchro conspici,
 Suaeque tangit exspira.

Summo Patri cum Filio,
 Sanctoque sit Paracelito
 Aeterna laus, & gloria
 In saeculorum saecula.
 Amen.

Lectiones primi Nocturni:
 Mulierem fortem.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

SALOME uxor Zebedaei, & perillustrium Apostolorum Jacobi Majoris, & Joannis Evangelistae spectabilis Mater una fuit ex primis Sanctis mulieribus devotissimis Christi sequacibus, quae tanta eluxit fide, ut aetate licet longeva, & omni destituta solatio, libenter adhuc pareretur. Liberos illos, a quibus unicum sperabat auxilium, abesse sibi, ut Christo adhaerent, & tempore praedicationis suae eidem adstarent. Rogante tamen ipsa Christum Jesum, ut Filiis suis primas sedes in Regno daret, interrogavit Christus ejus Fi-

lios, num calicem, quem bibiturus esset, bibere & ipsi potuissent? Illisque paratos sese exhibentibus Christus inquit: Calicem meum bibetis; sedere autem ad dexteram meam, vel sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo.

℞. Propter veritatem.

LECTIO V.

FUIT etiam Beata Salome una ex illis mulieribus, quae insigne Fidei suae specimen dederunt, cum Jesum Christum ad Calvarium tendentem, & in patibulum Crucis elatum comitatae sunt. Una etiam fuit, quae comparatis aromatibus ad condiendum corpus Christi sub auroram Dominicae diei ad ejus monumentum accedens Angelum ibi vidit fulgenti facie, & candida veste super lapidem sepulchri sedentem, a quo primum audivit Jesum resurrexisse, & digna insuper fuit, ut ab Angelo una cum aliis duabus mulieribus eligeretur in Nuntiam Mysteriorum Resurrectionis Christi monitura Discipulos, ut in Galilaeam pergerent, si cum velint redivivum videre.

℞. Dilixisti justitiam, & odisti iniquitatem.

Leo.

LECTIO VI.

PROFICISCENTI Beatae Salome una cum sociis suis ad Angelum mandatum implendum occurrit Jesus in itinere redivivus, & benignissimum eis Ave dixit, cujus quidem gloriosum aspectu primum perterrita, mox recreata se humi prosterens, eum adoravit, & quem flagrantissimi amoris desiderio paulo ante quaesiverat, sed non invenerat, non solum videre tunc, atque audire, verum etiam, & propriis manibus pedes ejus tenere meruit. His caelestibus donis ditata, constant in Fide, Spe dives, Charitate potens, persecutiones invicta superans, usque in finem perseverans, ad caelestia Regna migravit.

℞. Fallax gratia.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO Sancti Evangelii secundum Matthaeum. Cap. 20.

LECTIO VII.

IN illo tempore: Accessit ad Jesum Mater Filiorum Zebedaei cum Filiis suis adorans, & petens aliquid ab eo. Et reliqua.

Homilia S. Fulgentii Episcopi.

Sermo de Filiiis Zebedaei.

QUI sedet super Cherubim apparet coram Ephraim,

& Benjamin, & Manasse. Hoc audierat, & legendo didicerat beata Mater Filiorum Zebedaei, & intellexit Dominum super Cherubim sedentem, quia magnam possidet dignitatem. Accedit illuminanda: adorat ut ancilla. Postulat non dona terrena, sed vota Coelestia. Dominus est enim Coelorum, a quo caeleste flagitat desiderium. Dic, inquit, ut se deant hi duo Filii mei unus ad dexteram tuam, & alter ad sinistram tuam in Regno tuo. Dic, inquit, in verbo tuo, & effectus proficit voto meo. Dixisti, & factum est Coelum. Dic, & parabitur Filiis meis Thronus claritudo thronorum. O Mulier condicione! Sed, quia Mater es pietate, humanam supergressa es dignitatem, Christus de Cruce praedicabat, & illa imperium cognoscebat. Ille dicebat: Ecce ascendimus Jerosolymam, & filius hominis tradetur, ut crucifigatur: & illa interpellatrix accesserat dulcium filiorum, O Mulier Filiorum Beatae Sanctorum meritum praecessisti Beatorum, & honorem priat:gressa es Angelorum: Non tibi sufficit, quia Filios tuos feci excelso Praedicatores, quos inopes nutre-

Co 2

trie.

trieras piscatores? Post retia
Coelum: post hamum Evange-
lium: post navicelam postulas
thronum?

ꝰ. Os suum aperuit.

LECTIO VIII.

Domini etiam vox est mo-
nentis terrentis, idque
firmantis. Vigilate, inquit, &
orate, ut digni efficiamini ef-
fugere omnia, quæ ventura
sunt, & stetis ante Filium ho-
minis. Et tu filiis tuis thronos
postulas majestatis? Da ve-
niam, Mater, admirantes ista
dicimus, non culpantes. Noli,
inquit, beata Mater: noli tam-
quam impossibilem me cupi-
dam judicare. Dominus mihi
tribuit istam avidam volunta-
tem, qui Regni sui diligit vio-
lentos, & solos odit, qui po-
tentari cupiunt super egenos
Regnum, inquit, Coelorum
vim patitur, & qui vim faciunt
diripiunt illud. Quia hoc dig-
natur amare, hoc ab eo ausu
sum postulare. Ab illo audi-
vi; petite, & accipietis, que-
rite, & invenietis, pulsate,
& aperietur vobis. Dum pa-
tet, pulso: dum accipere li-
cet, peto: dum tempus est,
quæro. Audivi etiam dictum.
Quærite Dominum, dum in-
veniri potest, ne tunc quæra-

tis, quando inveniri non po-
test.

ꝰ. Regnum mundi.

LECTIO IX.

Modo, modo, dum infor-
ma apparet: servi, dum
patiens est usque ad mortem
Crucis, dum privatam gerit
vultum, & nec dum incensæ
sunt ab illo scintillæ carbo-
num: Cateram, cum ceperint
præcedere venientem Ange-
lum tubæ, & voce magna,
quando virtutes Coeli commo-
vebuntur, interpellatio ibi
quid faciet mulieris? Dum
commovebitur ignis in circui-
tu ejus, & tempestas valida,
mea quid prævaleant deside-
ria? Potero ad igneum accede-
re Thronum, congregatis ad
judicium Legionibus peccato-
rum? Ideo modo videns eum
in ista humilitate, istam præ-
ripere cupio sponsonem; sed
Dominum meum audiam res-
pondentem: Dic, jam Domi-
ne, ut sedeant tecum filii mei
in lateribus Regni tui.

Te Deum laudamus.

AD BENEDICTUS. *Añã.*

Dic, ut sedeant hi duo Filii
mei unus ad dexteram tuam,
& unus ad sinistram in Rey-
no tuo.

Oratio ut supra.

Mis-

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Missa: Cognovi, de Com-
muni.

Oratio, & Evangelium ut
in Officio.

IN SECUNDIS VESPERIS.

AD MAGNIFICAT. *Añã.*

O Beata Salome pacifica Filio-
rum Tronitui Mater, quorum
qui primus omnium Aposto-
lorum calicem Domini bibere
meruit, fidei propagator, &
Hispaniæ Patronus colitur: qui
supra pectus Domini in Coena
recubuit, ab ipso suam et Vir-
ginis Matris Filius constitui-
tur. Alleluia.

DIE XXVI. OCTOBRIS.

In Festo Ss. Servandi, & Ger-
mani Martyrum.

Duplex.

Omnia de Communi pluri-
morum Martyrum, præter ea,
quæ hic apponuntur propr.

ORATIO.

Omnipotens, sempiternè
Deus, qui Sanctis Fratri-
bus Servando, & Germano
mirabilem fidei constantiam
tribuisti: concede propitius, ut
qui tantorum Martyrum patro-
cinio fruimur, eorum perpetua
intercessione robaremur. Per
Dominum.

LECTIONES PRIMI NOCTURNI DE
SCRIPTURA OCCURRENTE.

Servandus, & Germanus fra-
tres, Patre Marcello Le-
gionensi viro, non solum mar-
tyrio, sed & felicit duodecim
filiorum sobole præclaro, Ma-
tre Noni sanctissima femina
nati sunt. Hi ab ipsis incuna-
bulis christianam religionem
cum sanctissimis moribus, à
piis parentibus altè imbibere-
runt. In ea ergo sanctisque
ejus officiis sese strenuè exer-
centes, Christi gloriam, no-
menque palam confitebantur.
Sæviente autem eo tempore
persecutionis in Christianos
procella, comprehensi, & ad
Præsidem adducti, generosa li-
bertate Christianos se professi
sunt. Rogati ut desisterent, &
thura Diis offerrent, sic salvos,
& magnis honoribus auctos fo-
re, responderunt sibi in Chris-
to satis honoris, & divitiarum
repositum esse, eique ut Deo
vero, non falsis simulacris cul-
tum delaturos. Iratus Judex,
eos variis, & exquisitis crucia-
tibus torqueri jubet; sed non
potuit constantem Juvenum
indelem à proposito dimovere:
fundati enim erant supra
firmam petram, & invicti Pa-
tris, & tot domesticis exem-
piis

plis confirmati. Magna erga eum gloria, ex eo certamine Confessorum titulum reportarunt.

v. Sancti tui.

LECTIO VI.

Pace interim Ecclesie red-
dita multo liberius Chris-
tum profitebantur, multos ex
impietate ad fidem reduce-
bant; alios in ea confirmabant,
in idola, & nefaria gentium
sacra aperte, & liberè invehe-
bantur, ea ubicumque inventa
profiganda curabant, multis
fortitudinem fidei admiranti-
bus, & eorum exemplum se-
quentibus, quod viros sanctis-
simos in Christi nomine do-
mones è corporibus obsessis
ejicere, aegris sanitatem redde-
re, & multis aliis miraculis in-
clarescere viderent. Novo au-
tem Imperatorum edicto, ite-
rium Ecclesie pace turbata,
Christi Athletæ iterum ad
Provincie Præsidem rapiun-
tur, qui eos flagris sevissimis
cædi, & ferreis pectinibus ex-
carnificari jubet: nec si tamen
aliè insitam fidem ex illorum
animis evellit, imò in media
tormentorum acerbitate, mag-
no cum gaudio, & Christi
laudes, & idolorum infamiam
prædicabant.

v. Verbera carnificum.

LECTIO VII.

Decrevit autem Præses, ejus
causæ cognitionem re-
ferre ad Vicarium Præfecti
Prætorii, qui tunc erat in Pro-
vincia Tingitana. Atrepto er-
gò longo, & difficili itinere,
sanctos fratres secum pergere
jubet, qui nudis pedibus, gra-
vi catenarum onere impediti,
molestiis, & contumeliis ma-
ximis affecti, fame, utique pe-
nè enecati eum sequuntur.
Quas incommoditates, arum-
nasque æquissimis animis pro
Christo ferendas duxerunt, &
eo quidem libentiùs, quod eas
ipsas, & Marcellus Pater, &
Fratres Hemetherius, & Cele-
donius, eo ipso itinere, & ead-
em de causa antea ducti, suo
exemplo ipsis levioris fecisset,
Perventum tandem est ad vi-
cum Gaditani conventus, no-
mine Ursonianum in quo cum
allata esset Viatoris Vicarii
sententia, securi percussi in
coelum migrarunt decimo Ka-
lendas Novembris. Germani
corpus [ut refert Sanctus Isido-
rus] Gradibus sepultum, postea
Emeritam transportatum est.
Corpus autem Servandii His-
palim translatum, inter Sanc-
tas Virgines Justam, & Rufi-
nam

nam reconditum est, cujus Re-
liquiæ in Hispanensi Ecclesia
hodie religiose asservantur, &
Hieroteca per anniversariam
amborum celebratam populo
ostenduntur.

v. Tamquam aurum.

LECTIONES TERTII NOCTURNI

Homilia in Evangelium Des-
cendens Jesus, de eodem Com-
muni.

v. viii. Hæc est vera fra-
ternitas.

DIE XXVII OCTOBRI.

In Festo Sancti Fructi Con-
fessoris.

Duplex.

AD VESPERAS.

Ant. Dicite, Fructo, cum
reliquis de Laudib. Psalm. Di-
xit Dominus, cum reliquis de
Dominica, & loco ultim. Psalmi:
Laudate Dominum om-
nes Gentes.

Capitulum Eccles. 45.

Dilectus Deo, & homini-
bus, cujus memoria in be-
nedictione est: similem illum
fecit in gloria Sanctorum, &
magnificavit eum in timore
inimicorum, & in verbis suis
monstra placavit.

HYMNUS.

Superba testa civium,
Vulgi coronas mobilis;

Et detrahentes circulos
Vitate Fructe cogitas.
Occulta cremi penetras;
Lates cavernis abditus,
Mundi ut nocentis oculos,
Ut basilicis fugias.
Te solitudo recreat,
Tranquillitatis socia,
Vita mundanis horrida,
Cœlestibus gratissima.
Montis cacumen ardui
Per semitas difficiles
Ascendis, ut pervenias
Virtutis ad fastigium.
Gloria tibi Domine,
Fecunda fructus Virginis,
Qui signa vitæ fructibus
Beatum Fructus reficis.
Amen.
v. Amavit eum Dominus,
& ornavit eum.
v. Stulam gloriæ induit
eum.
AD MAGNIFICAT. Ant.
Respicit Dominus humilita-
tem servi sui, & magnificavit
eum: suscepit eum in pace, &
dedit illi coronam gloriæ.
ORATIO.
Adesto Domine, populo
tuo, ut Beati Fructi Con-
fessoris tui merita præclara
suscipiens, ad impetrandam
misericordiam tuam semper
ejus patrocinii adjuvetur. Per
Dominum.

AD MATUTINUM.

INVITATORIUM.

Laudemus Deum nostrum,
In confessione Beati Fructi.

Psalm. Venite exultemus.

HYMNUS.

UT montis alti verticem
Calcere Fructo contigit;
Atque inde tanquam e specula

Videre terræ incommoda.

Totum Deo se devovet

Virtutis armis cingitur,

Corpus premit jejunio

Cor pane cœli reficit.

Munitus his præsiidiis

Retundit arma demonis,

Mauros furentes territat

Vir inclytus miraculo.

Excelsa montis percutit,

Divisit rupem baculo,

Profundum vallis cernitur,

Terræ victis hostibus.

Gloria tibi Domine

Fecundæ fructus virginis,

Qui ligni vitæ fructibus,

Beatum Fructum reficis.

Amen.

IN I. NOCTURNO.

Añā. Plantatus secus decursus aquarum fructum suum dedit Fructus in tempore suo.

Psalmi de Communi Confessoris non Pontificis.

Añā. Constitutus in monte sancto Domini prædicavit præ-

ceptum ejus, & gloriam ejus.

Añā. Voce mea ad Dominum clamavi, & exaudivit me de monte sancto suo.

¶ Amavit eum Dominus, & ornavit eum.

¶ Stolam gloriæ induit eum.

Lectiones primi Nocturni de libro Sapientia, cap. 4. Justus si morte, de Communi primo loco.

¶. i. Beatus vir, qui inventus est sine macula, & qui post aurum non abiit, nec speravit in pecuniæ thesauris. * Ideo stabilita sunt bona illius in Domino.

¶. Qui potuit transgredi, & non est transgressus, facere mala, & non fecit. Ideo stabilita sunt.

¶. ii. Fructum deduxit Dominus per vias rectas: & ostendit illi regnum Dei: & dedit illi scientiam sanctorum. * Et complevit labores illius.

¶. Magnificavit eum in conspectu gentium, & dedit illi coronam gloriæ. Et complevit.

¶. iii. Fructus germinavit sicut lilium: * Et florebit in æternum ante Dominum.

¶. Plantatus in domo Domini, in atrii domus Dei nostri

tri. Et florebit. Gloria Patri. Et florebit.

IN II. NOCTURNO.

Añā. Mirificavit Dominus servum suum Fructum, & exaudivit eum clamantem ad se.

Psalm. Clam invocatem.

Añā. Admirabile est nomen tuum Domine, quia gloria, & honore coronasti servum tuum constituens eum super opera manuum tuarum.

Psalm. Domine Dominus noster, &c.

Añā. Dedit mihi pennas columbæ, elongavi fugiens, & mansi in solitudine.

Psalm. Exaudi, Deus, orationem meam, & ne despexeris, &c. ut in Psalterio Feria 1^a ad Matutinum.

¶. Os justum meditabitur sapientiam.

¶. Et lingua ejus loquetur judicium.

LECTIO IV.

Ex manuscriptis Ecclesie Segoviensis.

Fructus civis Segoviensis, mundi fugiens illecebras, peccata, quibus implicata erat Hispania, perhorrestens, amplissimo patrimonio pauperibus distributo, in vastam eremum territorii septem publicensis fecessit. Ubi à sæculi

curis abstractus angelicam vitam duxit, duobusque fratribus Valentino, & Eugratia comitibus adhibitis, monasticam vitam meritis excoluit. Vix dici potest, quæ & quanta sit loci asperitas, solum enim accipitribus pervia, juniperis referta, Oasis magnam, vel Lybia solitudines redolet. Ibi vigiliis, jejuniis, & orationibus intentus, pro suis, & totius populi peccatis assidue Dominum deprecabatur. Corporeque longa inedia, cilicio, & carnis in servitorem spiritus redacto, in maximam celestium pervenit contemplationem.

¶. Cum viderem iniquitatem, & contradictionem in civitate, elongavi fugiens, & mansi in solitudine: * Ut salvum me faceres à pusillanimitate spiritu, & tempestate.

¶. Dedit mihi Domine donum in solitudine, & tabernaculum meum in terra salsuginis. Ut salvum me faceres.

LECTIO V.

Quibus, & aliis præclaris virtutibus actus, Deo dilectus, hominibus charus, Saracenis fidei inimicis insensus esse coepit, quos ille, zelo fidei accensus, à nefaria

Mahometi secta opere, & sermone avertere conabatur. At illi, universa jam australi Hispania vastata reliquis civitates, templa, ipsam religionem populabundi immenso eum occidendi flagrantis desiderio, ad pauperem ejus cellulam accesserunt. Ille autem divina fultus virtute, martyrii cupidissimus, illis obviam factus (Deo sic volente) non solum ictus impiorum evasit, sed rumpis interruptione (quæ adhuc integra perseverat) elusit: jureque cum Propheta occinuit: Non timebo millia populi circumdantis me, quia Dominus susceptor meus.

ꝛ. Omnes gentes circumierunt me: * Et in nomine Domini, quia ultus sum in eos.

ꝥ. Circumdederunt me sicut apes in spinis. Et in nomine.

LECTIO VI.

Multis ergo pro Christo exactis laboribus, tandem plenus dierum provectaque ætatis, annum agens septuagesimum tertium, octavo Kalendas Novembris, anno salutis septingentesimo decimo quinto obdormivit in Domino. Cujus mors, quam plurimis est nobilitata miraculis. Multi enim à variis languoribus de-

tenti, ejus intercessione pristinam salutem adepti sunt. Inter quæ illud est mirabile, quod mulier, quæ devotionis ergà monachis Monasterii (quod ex cellula sancti viri munificentiæ regia erectum est) inserviebat, ob zelotypiam viri ex altissimo loco præcepta data, incolumis, & illasa evaserit, magnificans Deum, qui gloriosus est in sanctis suis. Unde factum est, ut recepta à Mauris inclitya civitas Segoviensis, & post multa temporum curricula, quasi jure postliminii in Cathedrali restituta sub Callisto Secundo, anno Domini millesimo centesimo vigesimo tertio eum titularem sibi asciverit, de tantoque Patrono gloriætur. Cujus auspiciis ingruit à Domino quotidie præcipit beneficia, quem decet gloria, & imperium in secula sæculorum. Amen.

ꝛ. Consolabitur Dominus servum suum, & ponet desertum ejus quasi delicias, & solitudinem ejus, quasi ortum Domini. * Gaudium, & lætitia invenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis.

ꝥ. Latabitur deserta, & in via: & exultabit solitudo, & florebit, quasi lilium. Gaudium,

dium, & lætitia. Gloria Patri. Gaudium, & lætitia.

IN III. NOCTURNO.

Añ. Domine, iste Sanctus habitabit in tabernaculo tuo, & requiescet in monte sancto tuo.

Psalm. Domine, quis habitabit.

Añ. Desiderium cordis ejus tribuisti ei; posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Psalm. Domine in virtute tua.

Añ. Innocens manibus, & mundo corde ascendet in montem Domini: stabit in loco sancto ejus.

Psalm. Domini est terra. ꝥ. Lex Dei ejus in corde ipsius.

ꝛ. Et non supplantabunt gressus ejus.

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATTHÆUM. Cap. 19.

LECTIO VII.

In illo tempore: Dixit Simon Petrus ad Jesum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te; quid ergo erit nobis? Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

Declination. in Evangel. hujus verbis.

Arbitor verba lectionis hujus ea esse, de quibus

ad immortalem sponsum à finibus terræ clamat Ecclesia: Propter verba laborum tuorum ego custodivi vias duras. Hæc, nempe, sunt verba, quæ contemptum mundi in universo mundo, & voluntariam persuasere hominibus paupertatem. Hæc sunt, quæ Monachis claustra replent, deserta Anachoretis. Hæc, inquam, sunt verba quæ Ægyptum spoliant, & optima quæque ejus vasa diripiunt. Hic sermo vivus, & efficax, convertens animas felici emulatione sanctitatis, & veritatis promissione fidei.

ꝛ. Euge serve bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: * Intra in gaudium Domini tui.

ꝥ. Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratum sum. Intra in gaudium.

LECTIO VIII.

NAM & mundus transit, & concupiscentia ejus: & relinquere hæc magis expedit, quam relinquere. Ecce, inquit, nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Nimirum, quia exultavit ut gigas ad currentem viam: nec currentem sequi poterat oneratus. Sed neque

que inutilis commutatio pro eo, qui super omnia est, omnia reliquit. Nam & simul cum eo donantur omnia; & ubi apprehenderis eum, erit unus ipse omnia in omnibus, qui pro ipso omnia reliquerunt. Omnia sanè dixerim, non tantum possessiones, sed & cupiditates, & eas maxime. Plus enim concupiscentia mundi, quam substantia nocet.

¶ Vos, qui reliquistis omnia, & secuti estis me: Centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis.

¶ Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, omnis qui reliquerit patrem, aut matrem, aut agros propter eum, Centuplum, Gloria Patri. Centuplum.

Nona lectio Vgilia, sed si transferatur ponitur sequens.

LECTIO IX.

AGE ergo qui relinquere universa disponis, te quoque inter relinquenda narrare memento; inò verò maxime, & principaliter abnega te metipsum, si deliberas sequi eum, qui exinanivit propter te semetipsum. Pone gravissimam sarcinam, pone asiaticam molam, terrenam molem. Pone illa quinque; non hominum

planè iuga, sed horum, quæ tibi insipienter emisti, alioquin sequi sponsum, & venire ad nuptias spirituales, quinquaria hac pressus, & oppressus corporis sensualitate, non poteris; sed etsi novissimè veneris, & pulsaveris minime profectò aperietur tibi.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES, ET PER HORAS.

Añã. Dicite Fructo, quoniam bene fructum adventionum suarum comedit.

Psalm. Dominus regnavit, cum reliquis de Dominica.

Añã. Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eum in portis opera eius.

Añã. In terra deserta, & in via apparuit mihi Dominus, ut videre in virtutem suam, & gloriam suam.

Añã. Pinguessent speciosa deserti, & humiles corde benedicent Domino.

Añã. Beneplacitum fuit Domino in servo suo Fructo, & exaltavit mansuetum in salutem.

Capitulum Eccles. 45.

Dilectus Deo, & hominibus, cujus memoria in benedictione est: similem illum fecit in gloria sanctorum, & magnificavit eum in timore ini-

micetum, & in verbis suis monstra placavit.

HYMNUS.

IAM plenus annis, proximus Vitæ fugacis ultimo, Solvi catenis corporis, Et esse cum Christo cupit.

Maturus ævo præceces

Offerre fructus appetit, Deoque grates reddere, Ut terra cultori suo.

O Fructe, flos, & arboris Propago fecundissima! Cujus sub umbra Civitas Segoviensis recubat.

Tuis obumbra civibus,

Ut absit æstus criminis, Illisque ut afflet impetra Coelestis aura Pncumatis.

Gloria tibi Domine, Fecundæ fructus Virginis, Qui ligni vitæ fructibus Beatum Fructum reficis. Amen.

¶ Justum deduxit Dominus per vias rectas.

¶ Et ostendit illi regnum Dei.

AD BENEDICTUS. Añã.

O Beate Fructe dulcis Patrone, advocate fidelis! Tu gloria Ecclesie, lætitia Civitatis, honorificentia populi nostri: vere fructus terræ, quam visitavit oriens ex alto.

Oratio, ut supra, comm. Vgiliae Ss. Apost.

AD TERTIAM.

Añã. Date ei de fructu. *Capit.* Dilectus Deo, & hominibus, ut supra. *¶. brev.* Amavit eum Dominus, de Communi.

AD SEXTAM.

Añã. In terra deserta. *Capitulum Eccles. 45.*

IN fide, & lenitate ipsius sanctum fecit illum Dominus, & ostendit illi gloriam suam, & dedit illi coram præcepta, & legem vitæ, & disciplinæ.

¶. brev. Os justi, de Communi.

AD NONAM.

Añã. Beneplacitum fuit. *Capitulum Sap. 10.*

Custodivit eum Dominus ab inimicis, & à seductoribus tutavit illum, & certamen fortè dedit ei, ut vince-ret, & sciret, quoniam omnipotentior est sapientia.

¶. brev. Lex Dei ejus, de Communi.

In secundis Vesperis omnia dicuntur ut in primis.

¶ Justum deduxit per vias, de Communi.

AD MAGNIFICAT. Añã. Hodie fructus, sarcina carnis deposita coelum lætus ascendit.

dit. Hodie fortis athleta, victo mundo, comitantibus Angelis coronatur. Hodie fidelis servus talenta sibi credita duplicata reportans in gloriam Domini sui gaudens introducit. Alleluia.

Missa propria, & in ea commem. Vigilie.

DIE XXXI. OCTOBRIS.
Pro Archiepiscopatu Mexici.

*In Festo unius Martyris
CesarAugusti.*

*Cujus Reliquia asservatur in
Metropolitana Ecclesia.*

*Quae non est ex innumerabilibus
Martyribus.*

Duplex.

*Omnia de Communi unius
Martyris.*

*Oratio: Praesta quaesumus,
primo loco.*

*Lectioes primi Nocturni de
Scriptura occurrente.*

*In secundo Nocturno. Triumphalis.
In tertio Nocturno. Homilia Nihil est opertum.*

*Nona lectio & commemoratio
Vigilie in Laud. & Missa,
quae est: Lætabitur, cum ultimam
Evang. Vigilie, & dicitur
Credo, intra Cathedral.*

*Si occurrerit in Dominica
fit de ea nona lectio, & commemorat.
in Laud. & Mis. Cred. & ultim.
Evang. Dom.*

FESTA NOVEMBRIS.

DIE III. NOVEMBRIS.

*In Festo Ss. Innumerabilium
Martyrum CaesarAugusti.*

Duplex.

*Omnia ut in Communi plurimorum
Martyrum prater ea, quae hic
habentur propria.*

ORATIO.

Respice, quaesumus Domine, familiam tuam: & praesta, ut Sanctorum innumerabilium Martyrum intercessione munita, ab omni sit culpa defensa. Per Dominum.

*Lectioes primi Nocturni
Fratres debitores, de eodem
Communi.*

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Innumerabiles Martyres CaesarAugustani, eo tempore passi sunt, quo impius Dacianus à Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus in Hispaniam missus est, ut Christianum nomen deleret. Qui CaesarAugustam Urbem ingrediens, tyrannicum edictum promulgari jubet, ne quis Jesum coleret. Qui verò contra jussa faceret, gravi supplicio plecteretur.

ꝛ. Sancti tui.

Lec.

LECTIO V.

CUM nec minis, nec supplicis mentes Christianorum à veri Dei cultu avertere posset Dacianus: jubet Christianos omnes ab urbe expelli, ut eos ex occultis locis subito prosilientes armatorum cunei trucidarent. Facto praenotio, sacer, omnium Christianorum conventus orantem exilium amplectitur, longè secum melius putans, si inferarum recessibus, quam inter idola vana, cum impiis hominibus habitaret. Progreddente denique utriusque sexus innumera turba, ab iniquis satellitibus trucidata est. Verum pondum sanguine Christianorum exaturatus Praeses, jubet jacentium corpora in unum congeri.

ꝛ. Verbera carnificum.

LECTIO VI.

ET ut tamquam criminosi & puniri viderentur, omnes diversorum scelerum reos, qui in carcerum ergastulis tenebantur, interfici jussit, & illorum corpora Christianorum corporibus congesta aggregari, & omnia simul ignibus cremari. Sed divino nutu sic separata sunt, ut Martyrum cineres, velut frumenti candida

massa, in portuiculas conglobati fuerint: aliis vento spargendis remanentibus. Visunturque hodie Martyrum candidi globi nitorem sanguineum sacram victimarum aperitè demonstrantes.

ꝛ. Tamquam aurum.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangel. Hæc mando vobis, ut in festo Ss. Apost. Simonis, & Judæ, die xxviii. Octobris.

Missa: Intret, de Communi plurimorum Martyrum. cum Evangelio de Officio.

DIE IX NOVEMBRIS.

In Festo Dicationis Basilicæ Salvatoris.

Omnia ut in Breviario, & in tertia Lectioe secundi Nocturni addentur sequentia verba.

Eandem Ecclesiam incendit diis, vastationibus terræ insuper motibus disjectam, eversamque, ac sædula Summorum Pontificum cura reparatam, nova postmodum mobilione restitutam, Benedictus Decimus tertius Pontifex Maximus, Ordinis Prædicatorum, die vigesima octava Aprilis anni millesimi septingentesimi vigesimi sexti ritu solemniter consecravit, ejusque celebrata

ii

dit. Hodie fortis athleta, victo mundo, comitantibus Angelis coronatur. Hodie fidelis servus talenta sibi credita duplicata reportans in gloriam Domini sui gaudens introducit. Alleluia.

Missa propria, & in ea commem. Vigilie.

DIE XXXI. OCTOBRIS.
Pro Archiepiscopatu Mexici.

*In Festo unius Martyris
CesarAugusti.*

*Cujus Reliquia asservatur in
Metropolitana Ecclesia.*

*Quae non est ex innumerabilibus
Martyribus.*

Duplex.

*Omnia de Communi unius
Martyris.*

*Oratio: Praesta quaesumus,
primo loco.*

*Lectiones primi Nocturni de
Scriptura occurrente.*

*In secundo Nocturno. Triumphalis.
In tertio Nocturno. Homilia Nihil est opertum.*

*Nona lectio & commemoratio
Vigilie in Laud. & Missa,
quae est: Lætabitur, cum ultimam
Evang. Vigilie, & dicitur
Credo, intra Cathedral.*

*Si occurrerit in Dominica
fit de ea nona lectio, & commemorat.
in Laud. & Mis. Cred. & ultim.
Evang. Dom.*

FESTA NOVEMBRIS.

DIE III. NOVEMBRIS.

*In Festo Ss. Innumerabilium
Martyrum CaesarAugusti.*

Duplex.

*Omnia ut in Communi plurimorum
Martyrum prater ea, quae hic habentur
propria.*

ORATIO.

Respice, quaesumus Domine, familiam tuam: & praesta, ut Sanctorum innumerabilium Martyrum intercessione munita, ab omni sit culpa defensa. Per Dominum.

*Lectiones primi Nocturni
Fratres debitores, de eodem
Communi.*

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Innumerabiles Martyres CaesarAugustani, eo tempore passi sunt, quo impius Dacianus à Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus in Hispaniam missus est, ut Christianum nomen deleret. Qui CaesarAugustam Urbem ingrediens, tyrannicum edictum promulgari jubet, ne quis Jesum coleret. Qui verò contra jussa faceret, gravi supplicio plecteretur.

ꝛ. Sancti tui.

Lec.

LECTIO V.

CUM nec minis, nec supplicis mentes Christianorum à veri Dei cultu avertere posset Dacianus: jubet Christianos omnes ab urbe expelli, ut eos ex occultis locis subito prosilientes armatorum cunei trucidarent. Facto praconio, sacer, omnibus Christianorum conventus oranter exilium amplectitur, longè secum melius putans, si inferarum recessibus, quam inter idola vana, cum impiis hominibus habitaret. Progrediente denique utriusque sexus innumera turba, ab iniquis satellitibus trucidata est. Verum pondum sanguine Christianorum exaturatus Praeses, jubet jacentium corpora in unum congeri.

ꝛ. Verbera carnificum.

LECTIO VI.

ET ut tamquam criminosi & puniri viderentur, omnes diversorum scelerum reos, qui in carcerum ergastulis tenebantur, interfici jussit, & illorum corpora Christianorum corporibus congesta aggregari, & omnia simul ignibus cremari. Sed divino nutu sic separata sunt, ut Martyrum cineres, velut frumenti candida

massa, in portuiculas conglobati fuerint: aliis vento spargendis remanentibus. Visunturque hodie Martyrum candidi globi nitorem sanguineum sacram victimarum aperitè demonstrantes.

ꝛ. Tamquam aurum.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangel. Hæc mando vobis, ut in festo Ss. Apost. Simonis, & Judæ, die xxviii. Octobris.

Missa: Intret, de Communi plurimorum Martyrum. cum Evangelio de Officio.

DIE IX NOVEMBRIS.

In Festo Dicationis Basilicæ Salvatoris.

Omnia ut in Brevariario, & in tertia Lectione secundi Nocturni addentur sequentia verba.

Eandem Ecclesiam incendit diis, vastationibus terræ insuper motibus disjectam, eversamque, ac sædula Summorum Pontificum cura reparatam, nova postmodum mobilione restitutam, Benedictus Decimus tertius Pontifex Maximus, Ordinis Prædicatorum, die vigesima octava Aprilis anni millesimi septingentesimi vigesimi sexti ritu solemniter consecravit, ejusque celebrata

11.

is memoriam hac die recolandam statuit.

Tu autem Domine.

DIE X. NOVEMBRIS.

In Festo S. Andreæ Avellini.
Semiduplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis primo loco, præter ea que sequuntur.

ORATIO.

DEUS, qui in corde Beati Andreæ, Confessoris tui, per arduum quotidie in virtutibus proficiendi votum admirabiles ad te ascensiones disposuisti: concede nobis ipsius meritis, & intercessione ita ejusdem gratiæ participes fieri, ut perfectiora semper exequentes, ad gloriæ tuæ fastigium feliciter perducamur. Per Dominum.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Andreas Avellinus, dictus antea Lancellottus, apud Castrum Novum Lucaniæ pagum natus, inter ipsa infantie primordia futuræ sanctitatis non obscura præbuit indicia. Adolescens ab litteras addiscendas paternæ in domo egressus lubricam illius atatis semitam inter bonarum artium

studia ita peregit, ut sapientiæ initium, quod est timor Domini, ob oculos potissimum habere nunquam prætermiserit; cum egregia proinde forma exitium castitatis studium conjunxit, quò impudicæ sæpè mulierum insidias elusit, interdum etiam apertam vim propulsavit. Clericali militiæ jam pridem adscriptus Neapolim se contulit, ut legalibus disciplinis vacaret, ibique jurisprudentiæ lauream adeptus, atque interea ad sacerdotalem dignitatem evehctus, causarum patrocinia in foro dumtaxat Ecclesiastico, proque privatis quibusdam personis juxta Sacrorum Canonum sanctiones agere coepit. Verùm cum aliquando inter causam agendam leve ei mendacium excidisset, mox verò fortuita Sacratam Scripturarum lectione in illa verba incidisset: Os quod mentitur occidit animam, tanto ejus culpæ dolore, ac poenitentia correptus est, ut statim ab ejusmodi vitæ instituto sibi recedendum esse duxerit. Itaque abdicatis forensibus curis se totum divino cultui, sacrisque ministeriis mancipavit, cumque Ecclesiasticæ virtutis exemplis eminèret sanctimo-

nia.

nialium regimini à tunc existente Archiepiscopo Neapolitano præfectus fuit. Quo in munere cum pravorum hominum odia subisset, primò quidem intentatè sibi necis periculum declinavit, mox verò per sicarium tribus in facie acceptis vulneribus, injuriæ atrocitatem a quo animo pertulit. Tunc perfectioris vitæ desiderio flagrans, ut inter Clericos Regulares adscriberetur suppliciter postulavit, votique compos factus, ob ingentem, quæ stuabat Crucis amorem, ut sibi Andreæ nomen imponeretur precibus impetravit.

¶. Honestum fecit.

LECTIO V.

Arcioris itaque vitæ curriculum alacri studio ingressus, in eas maximè virtutis exercitationes incubuit, ad quas sese arduis etiam emissis votis obstrinxit, altero scilicet suæ ipsius voluntati jugiter obstandi, altero verò in via Christianæ perfectionis semper ulterius progrediendi. Regularis disciplina cultor assiduis, & in ea promovenda, cum aliis præset, studiosissimus fuit. Quidquid ab Institutui sui Officii & Regule

præsripto supererat temporis, orationi, & animarum salutis tribuebat. In confessionibus excipiendis mira ejus pietas, & prudentia enituit, vicos, & oppida Neapoli finitima Evangelicis ministeriis magno cum animarum lucro frequens lustrabat. Quam ardentem erga proximos sancti viri charitatem, signis etiam Dominus illustravit. Cum enim intempesta nocte ab audita ægri confessione domum rediret, ac pluvix, ventorumque vis prælucentem faciem extinxisset, non solum ipse cum sociis inter effusissimos imbres, nihil mædæfactus est, verumetiam inusitato splendore, è suo corpore mirabiliter emicante, sociis inter densissimas tenebras iter monstravit. Abstinètia, & patientia, nec non abjectione, atque odio sui summo perè præstitit. Necem fratris filio illatam imperturbato animo tulit, ac suos ab omni ulciscendi cupiditate compescuit imò etiam pro interfectorebopem, & misericordiam Judicum imploravit.

¶. Amavit eum Dominus.

LECTIO VI.

Puribus in locis Clericorum Regularium Ordinem

Qq

nem

nem propagavit, eorumque domicilia Mediolani, & Placentiæ instituit. Illius operam Sanctus Carolus Borromeus, & Paulus de Aretio Clericus Regularis Cardinales, quibus erat acceptissimus, in Pastoralis muneris curis adhibuerunt. Deiparam Virginem singulari amore, & cultu prosequabatur. Angelorum colloquio perfui meruit, quos, cum divinas laudes persolveret, e regione continentes se audisse testatus est. Denique post heroyca virtutum exempla, Prophetiæ quoque dono illustris, quo & secreta cordium, & absentia, & futura prospexit annis gravis, & laboribus fractus, ad Aram ebratibus in verbis illis tercio repetitis: Introibo ad Altare Dei, repentino apoplexiæ morbo correptus est, mox Sacramentis ritè munitus, placidissimè inter suos animam efflavit. Ejus corpus Neapoli in Ecclesia Sancti Pauli ad hæc usque tempora eo frequentissimo Populi concursu collitur, quo fuit elatum. Illum denique insignibus in vita, & post mortem miraculis clarum Clemens Undecimus Pontifex Maximus solemnè ritu Sanctorum Cathalogò adscripsit.

v. Iste homo perfectus.

Lectiones tertii Nocturni de Homil. in Evangel. Sint lumbi vestri, &c.

DIE XII. NOVEMBRIS.

In Festo Sancti Benedicti Martyris.

Cujus Reliquia asserantur in Ecclesia Cathedrali Angelopolitana.

Duplex.

Omnia de Comuni antius Martyris.

Oratio: Præsta quesumus, primo loco.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno Sermo S. Augustini Episcopi: Triumphalis.

In tertio Nocturno Homil. in Evangelium: Si quis vult post me venire.

Missa: In virtute, cum Credo intra Matricem.

DIE XVI. NOVEMBRIS.

In Festo Sanctæ Gertrudis Virginis.

Duplex.

Omnia de Comuni Virginum.

ORATIO.

DEUS, qui in corde Beatæ Gertrudis Virginis junxisti tibi mansionem præparasti, ipsius meritis, & inter-

ces-

cessionè cordis nostri maculas clementer absterge, & ejusdem tribue gaudere consortio. Per Dominum.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Gertrudis Islebii in Saxonia nobili genere nata, quinquennis in Monasterio Rodardensi Ordinis Sancti Benedicti virginitatem suam, ac se ipsam Jesu Christo obtulit. Quo ex tempore à mundanis rebus prorsus aliena, virtutibus sedulo intenta, celestis vite genus instituit. Ad humaniorum litterarum notitiam adjunxit. Quarum meditatione vehementius ad virtutem incensa, brevi Christianam perfectionem adepta est. De Christo, ejusque vite mysteriis sæpè numero pio cum animi sensu loquebatur: unamque Dei gloriam cogitans, ad illam vota sua omnia, & actiones referebat. Quamvis autem multis eximiis naturæ, & gratiæ donis à Deo aucta esset, ita tamen sibi ipsa viscebat, ut inter præcipua divini bonitatis miracula hoc item memoraret, quod se in-

dignissimam misericorditer sustineret.

v. Propter veritatem, & mansuetudinem.

LECTIO V.

Rigesimum ætatis annum àgens, primum Rodardensis Monasterii, ubi religiosam vitam est professæ, deinde Elpediani Præses electa, quadraginta annorum spatio ea charitate, prudentia, & regularis disciplinæ studio munus obivit, ut Cenobium religiosæ perfectionis domicilium videretur. Utrobique verò licet esset omnium mater, & Magistra, omnium tamen minima haberi volebat, ac demissione pari ministram se exhibebat. Quo liberius Deo vacaret, vigiliis, abstinentia, aliisque cruciatibus corpus afflixit: semperque sui similis, morum innocentiam, mansuetudinem, ac patientiam prætulit singularem. Proximorum saluti omni ope studuit, pieque curæ copiosum fructum retulit. Divini amoris vi frequentes patiebatur extases: altissimaque contemplationis, & divinæ unionis donum obtinuit.

v. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem.

Qq 2

Lec-

LECTIO VI.

UT meritum acceptissimæ sibi sponsæ Christus ostenderet, in corde Gertrudis jucundam sibi esse mansionem testatus est. Deiparam Virginem veluti Matrem, & Curatricem à Jesu acceptam pietate præcipua prosequabatur; ab eaque multa accepit beneficia. Erga divinissimum Eucharistiæ Sacramentum, & Passionem Domini tanto amore cum grati animi sensu afficiebatur, ut interdum uberibus lacrymis perfunderetur: Justiorum animas piacularibus flammis addictas quotidianis subsidiis, & precibus juvabat. Multa ad confovendam pietatem scripsit. Divinarum etiam revelationum, & prophetiarum dono clariuit. Denique flagrantissimum Dei amore potius, quam morbo languescens, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo vita decessit. Miraculis vivens, & post mortem à Deo illustrata est.

¶ Afferentur regi virgines post eam.

Lectioes tertiæ Nocturni, Homilia Sancti Gregorii Papa in Evangelium: Simile erit Regnorum Cœlorum decem

virginibus, ut in eodem Communi Virginum.

Missa: Dilexisti, de Communi, cum Oratione de Officio. DIE XXIV. NOVEMBRIS. In Festo Sancti Joannis à Cruce Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter ea quæ sequuntur.

In Hymn. mut. tert. ♯.

ORATIO.

DEUS, qui Sanctum Joannem Confessorem tuum perfectæ sui abnegationis, & Crucis amatorem eximium effecisti; concede, ut ejus imitationi jugiter inhaerentes, gloriam assequamur æternam. Per Dominum.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Joannes à Cruce Pontiberi in Hispania piis Parentibus natus à primis annis certò innotuit, quam Deipare Virginem futurus esset acceptus: nam quinquennis in puteum lapsus, ejusdem Deipare manibus sublatus, incolomis evasit; tanto autem patiendi desiderio flagravat, ut novennis, spreto molliori lecto, super sarmen-

mentis cubare consueverit. Adolescens Hospitio pauperum ægotantium Metinæ Campi famulum sese addidit, quibus magno charitatis ardore, vilissima quæque complectens officia præstò áderat, cuius exemplo excitati ceteri eadem charitatis munera ardentius obibant. Verum ad altiora vocatus, Beata Mariæ Virginis de Monte Carmelo Institutum amplexus est, ubi, Sacerdos ex obedientia factus severioris disciplinæ, & arctioris vitæ cupidissimus, primitivam Ordinis regulam ex Superioris licentia ita professus est; ut, ob jugem Dominicæ Passionis memoriam, bello in se, tamquam in insensissimum hostem indictò, vigiliis, jejuniis, ferreis flagellis, omnique poenarum genere, brevi carnis cum vitiiis, & concupiscentiis suis crucifixerit; dignum planè, qui à Sancta Teresia inter puriores, Sanctioresque animas Ecclesiam Dei id temporis illustratas recensetur.

y. Honestum fecit.

LECTIO V.

Singulari vitæ austeritate, & omnium virtutum præsidio munitus præ assidua re-

rum divinarum contemplatione diuturnas, & mirabiles extases frequenter patiebatur: tantòque in Deum æstuebat amore; ut, cum divinus ignis sese intrò diutius continere non posset: foras erumpere, ejusque vultum irradiare visus sit. Proximorum saluti summo impetò intentus, tum in verbis Dei prædicatione, tum in Sacramentorum administratione fuit assiduus. Hinc tot meritum auctus, strictiorisque disciplinæ promovendæ ardore vehementer accensus Sanctæ Theresiæ comes divinitus datus est: ut, quam ipsa inter sorores primæ Carmeli Ordinis observantiam instauraverat, eandem & inter fratres, Joanne adjutore, restitueret. Innumeros itaque unà cum Dei famula in divino opere promovendo perperussos labores coenobia, quæ ejusdem Sanctæ Virginis cura per totam Hispaniam erecta fuerant, nullis vitæ incommodis, & periculis territus, singula perlustravit, in quibus, aliisque quam plurimis ejus opera erectis, restauratam observantiam propagando, verbo, & exemplo firmavit: ut meritò primus post Sanctam Teresiam Carmelitarum

rum Excalceatorum Ordinis Professor, & Parens habetur.
 ꝛc. Amavit eum Dominus.

LECTIO VI.

Virginitatem perpetuò coluit, impudentesque mulieres ejus pudicitia insidiari conantes, non modò repulit, sed etiam Christo lucrificavit. In divinis explicandis arcanis aequè ac Sancta Teresia Apostolicæ Sedis judicio, divinitus instructus, libros de mystica Theologia cœlesti sapientia refertos conscripsit. Semel interrogatus à Christo, quid præmii pro tot laboribus posceret, respondit: Domine, pati, & contemni pro te. Imperio in dæmones, quos è corporibus sæpè fugabat, discretionis spirituum, prophetiæ dono, miraculorum gloria celebratissimus, ea semper fuit humilitate, ut sæpius à Domino flagitaverit eo loco mori, ubi omnibus esset ignotus. Voti compos factus Ubædæ diro morbo, & in cruce quinque plagis sanie manantibus, adimplendum patiendæ desiderium, constantissimè toleratis, Ecclesiæ Sacramentis piè, sanctèque susceptis, in Christi Crucifixi amplexu; quem semper in corde, atque ore habuerat,

post illa verba: In manus tuas commendo spiritum meum, obdormivit in Domino die, & hora à se prædictis, anno salutis millesimo quingentesimo nonagesimo primo, ætatis quadragesimo nono. Migrantena ejus animam splendidissimè ignis globus excepit: corpus verò suavissimum odorem spiravit, quod etiamnum incorruptum Segoviæ honorificè colitur. Eum plurimis antè, & post obitum fulgentem signis Benedictus Decimus tertius Pontifex Maximus in Sanctorum numerum retulit.

ꝛc. Iste homo perfecit.

Lectioes primi Nocturni de Homilia Sancti Gregorii Papæ, in Evangelium: Sint lumbi vestri præcincti, de eodem Communi.

Nona lectio de S. Chrysogono. Missa: Os justi, de Communi.

DIE XXVII. NOVEMBRIS.
In Festo Sanctorum Aciclii, & Victorie Martyrum.

Duplex.

Omnia de Communi plurimorum Martyrum, præter ea quæ hic apponuntur propria.

ORATIO.

DEUS, qui in familiam tuam Beatorum fratrum, & Martyrum tuorum Aciclii,

&

& Victorie gloriosis confessionibus circumdas, & protegis: concede propitius; ut, quos Patronos agnoscimus, eorum meritis, & intercessionibus ab omnibus adversitatibus liberemur. Per Dominum.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Ex Hispania Breviarii, & antiquis Sanctoralibus.

CUM Corduvæ Dion Præsides carceres, sævos cruciatus, mortem denique Christianis indiceret, ut sacra continuo diis faceret: Aciclus, & Victoria fratres sunt ibi reperti, ad eò strenui, ac fortes in asserenda Christiana religione, ut ad Præsidem ducti, nihili se facere jussa Principum audacter prædicarent. Quibus Dion Præsides dixit: Vos ne estis, qui sacra deorum contemnitis? Nos, inquit Aciclus, præstamus Christo vero Deo debitam servitutem; non autem dæmonibus, surdisque lapidibus. Erubuit Præsides ad tam audax responsum, & in ima carceris eos contrudi præcepit: ubi cœlesti ab Angelis cibo refecti, postera die sævissimè verbera pertulerunt.

ꝛc. Sancti tui.

LECTIO V.

ALtera die de carcere educatus jubet Præsides in carminum ignis præcipitari; sed suscepti ab Angelis, Deo laudese alta voce personabant. Quare stupefactus Dion imperat illos in flumen cum ingentibus saxis projici. Non tamen ibi Angelicum eis defuit patrocini-um: nam mediis in fluctibus non mergebantur. Quin media circiter nocte vox audita est, eorum vota non irrita fore denuntians. Tunc candida nube obiectus Christum inter dulces Angelorum concentus perspexerunt.

ꝛc. Verbera carnicum.

LECTIO VI.

VIS perspectis, Dion rotas rotis ignem accendi, & oleum desuper infundi, ne mora ulla esset quin Aciclus, & Victoria momento consumerentur. Quibus rotis circumactis, corpora certè crudeliter quassabantur. Cæterum Sancti Martyres precibus instabant rogantes, ut ignis extingueretur, ne victoria Dion exultaret. Itaque subito prorumpens flamma quam plurimos deorum cultores interfecit. Prog-

SUS

sus cum vincit tormentis non possent, Victoria post præcisam linguam, & ubera, ex quibus lac pro sanguine fluxit, sagittis confecta est, Aciculus decollatus: ubi ob commendationem pretiosæ mortis eorum, eodem die in singulis annos rosæ divinitus ortæ colligebantur.

ii. Tamquam aurum.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO Sancti Evangelii secundum Matthæum. Cap. 5.

LECTIO VII.

IN illo tempore: Videns Jesus, turbas ascendit in montem, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus. Et reliqua.

De Homilia Sancti Leonis Papæ.

De Festo Omnium Sanctorum.

Qualis sit igitur doctrina Christi, sacræ ipsius sententiæ protestatur: ut, qui ad æternam beatitudinem pervenire desiderant, gradus felicissimæ ascensionis agnoscant. Beati, inquit, pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. De quibus pauperibus veritas loqueretur fortè esset ambiguum: si dicens, Beati pauperes, nihil adderet de intelligenda paupe-

rum qualitate: & sufficere videretur ad promerendum regnum cælorum ea sola inopia, quam multi sub dura, & gravi necessitate patiuntur. Sed cum ait: Beati pauperes spiritu: ostendit eis regnum cælorum tribuendum, quos humilitas commendat animorum, magis quam indigentia facultatum.

iii. Propter testamentum.

LECTIO VIII.

DUbitari autem non potest, quoddam humilitatis istius bonum facilius pauperes, quam divites assequantur. Dum & illis in tenuitate amica est mansuetudo, & istis in divitiis familiaris elatio. Verumtamen & in plerisque divitibus invenitur hic animus, qui abundantia sua non ad tumorem superbiæ, sed ad opera benignitatis utatur: idque pro lucris maximis numeret, quod ad relevandam miseriam alieni laboris impenderit.


iiii. Hæc est vera fraternitas.

LECTIO IX.

OMni generi, atque ordini hominum datur in hac virtute consortium: quia possunt esse proposito pares, & impares censu. Nec interest, quantum sint in terrena facultate

tate dissimiles, qui in spiritualibus bonis inveniuntur æquales. Beata igitur illa paupertas, quæ rerum temporalium amore non capitur, nec mundi opibus augeri appetit, sed celestibus bonis ditescere concupiscit.

Te Deum laudamus.



FESTA DECEMBRIS.

DIE IV. DECEMBRIS.

In Festo S. Barbaræ Virginis, & Martyris.

Duplex.

Omnia de Communi Virginum Martyrum, præter ea, quæ sequuntur.

Oratio: Deus, qui inter cætera potentia tua, &c.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

BARBARA Virgo Nicomedensis, Dioscori nobilis, sed superstitiosi hominis filia, per ea, quæ visibilia facta sunt ad invisibilia, divina opulante gratia, facile pervenit. Quapropter soli Deo, rebusque divinis vacare coepit. Eam Pater utpotè forma venustiori nitentem, à quocumque virorum

occursu tutari cupiens turri inclusit, ubi pia virgo meditationibus, & precibus addicta, soli Deo, quem sibi in sponsum elegerat, placere studebat. Oblata à Patre pluries nobilium connubia fortiter sprevit: Pater verò per sui absentiam, filiae animum posse facilius emolliiri confidens, jussit primo balneum extrui, ne quid ei deesset ad commoditatem, deinde peregrè in exterâs regiones profectus est.

Tu autem Domine.

iii. Propter veritatem.

LECTIO V.

ABsente Patre, jussit Barbara duabus fenestris, quæ in turri erant, tertiam addi in honorem Divinæ Trinitatis, labiumque balnei sacrosanctæ Crucis signo muniri: quod ubi reddiens Dioscorus inspexit, audita novitatis causa, adeo in filiam excanduit, ut stricto ense eam appetens, parùm abfuerit, quin eam dirè confoderet: sed præsto adfuit Deus: nam fugienti Barbaræ saxum ingens se patefaciens viam aperuit, per quam montis fastigium petere, & in specu latere potuit: sed paulò post, cum à nequissimo genitore reperta fuisset, ejus latera

sis cum vincit tormentis non possent, Victoria post præcisam linguam, & ubera, ex quibus lac pro sanguine fluxit, sagittis confecta est, Aciculus decollatus: ubi ob commendationem pretiosæ mortis eorum, eodem die in singulis annos rosæ divinitus ortæ colligebantur.

ii. Tamquam aurum.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO Sancti Evangelii secundum Matthæum. Cap. 5.

LECTIO VII.

IN illo tempore: Videns Jesus, turbas ascendit in montem, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus. Et reliqua.

De Homilia Sancti Leonis Papæ.

De Festo Omnium Sanctorum.

Qualis sit igitur doctrina Christi, sacræ ipsius sententiæ protestatur: ut, qui ad æternam beatitudinem pervenire desiderant, gradus felicissimæ ascensionis agnoscant. Beati, inquit, pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. De quibus pauperibus veritas loqueretur fortè esset ambiguum: si dicens, Beati pauperes, nihil adderet de intelligenda paupe-

rum qualitate: & sufficere videretur ad promerendum regnum cælorum ea sola inopia, quam multi sub dura, & gravi necessitate patiuntur. Sed cum ait: Beati pauperes spiritu: ostendit eis regnum cælorum tribuendum, quos humilitas commendat animorum, magis quam indigentia facultatum.

iii. Propter testamentum.

LECTIO VIII.

Ubitari autem non potest, quoddam humilitatis istius bonum facilius pauperes, quam divites assequantur. Dum & illis in tenuitate amica est mansuetudo, & istis in divitiis familiaris elatio. Verumtamen & in plerisque divitibus invenitur hic animus, qui abundantia sua non ad tumorem superbiæ, sed ad opera benignitatis utatur: idque pro lucris maximis numeret, quod ad relevandam miseriam alieni laboris impenderit.


iiii. Hæc est vera fraternitas.

LECTIO IX.

Omnino generi, atque ordini hominum datur in hac virtute consortium: quia possunt esse proposito pares, & impares censu. Nec interest, quantum sint in terrena facultate

tate dissimiles, qui in spiritualibus bonis inveniuntur æquales. Beata igitur illa paupertas, quæ rerum temporalium amore non capitur, nec mundi opibus augeri appetit, sed celestibus bonis ditescere concupiscit.

Te Deum laudamus.



FESTA DECEMBRIS.

DIE IV. DECEMBRIS.

In Festo S. Barbaræ Virginis, & Martyris.

Duplex.

Omnia de Communi Virginum Martyrum, præter ea, quæ sequuntur.

Oratio: Deus, qui inter cætera potentia tua, &c.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Barbara Virgo Nicomedensis, Dioscori nobilis, sed superstitiosi hominis filia, per ea, quæ visibilia facta sunt ad invisibilia, divina opitulante gratia, facile pervenit. Quapropter soli Deo, rebusque divinis vacare coepit. Eam Pater utpotè forma venustiori nitentem, à quocumque virorum

occursu tutari cupiens turri includit, ubi pia virgo meditationibus, & precibus addicta, soli Deo, quem sibi in sponsum elegerat, placere studebat. Oblata à Patre pluries nobilium connubia fortiter sprevit: Pater verò per sui absentiam, filia animam posse facilius emolliiri confidens, jussit primo balneum extrui, ne quid ei deesset ad commoditatem, deinde peregrè in exterarum regiones profectus est.

Tu autem Domine.

iii. Propter veritatem.

LECTIO V.

Absente Patre, jussit Barbara duabus fenestris, quæ in turri erant, tertiam addi in honorem Divinae Trinitatis, labiumque balnei sacrosanctæ Crucis signo muniri: quod ubi reddiens Dioscorus inspexit, audita novitatis causa, adeo in filiam excanduit, ut stricho ense eam appetens, parùm abfuerit, quin eam dirè confoderet: sed præsto adfuit Deus: nam fugienti Barbaræ saxum ingens se patefaciens viam aperuit, per quam montis fastigium petere, & in specu latere potuit: sed paulò post, cum à nequissimo genitore reperta fuisset, ejus latera

pedibus, dorsumque pugnis immaniter percussit, & crinibus per loca aspera, difficilisque vias raptam Martiano Prasidi pudendam tradidit.

Tu autem Domine.

W. Dilexisti iustitiam.

LECTIO VI.

Ytaque ab ipso omnibus modis, sed incassum tentatam, nodam nervis cædi, & insidiosa vulnera testulis contricari, deinde in carcerem trahi, præcepit; ubi immensa luce circumdatus ei Christus apparet; mirifice confortatam, in passionum tolerantia confirmavit; quod animadvertens Juliana matrona ad fidem conversa, ejusdem palmæ particeps effecta est, Barbara demum ferreis unguibus membra laniantur, facibus latera incenduntur, & malleolis caput contunditur, quibus in cruciatibus consortem solabatur, & hortabatur, ut ad finem usque constantè certaret; præcisis tandem utrique uberibus, nudæ per loca publica tractæ capite plecuntur, filique cervicem ipse scælestissimus pater humanitatis expers propriis manibus amputavit; cujus fera crudelitas non diu inulta remansit; nam statim eo ipso in loco

fulmine percussus interiit. Caput hujus Beatissimæ Martyris in Oratorio ad Sancta Sanctorum honorificè asservatur.

Tu autem Domine.

W. Asserentur Regi.

In tertio Nocturno Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelio. Simile erit Regnum Cælorum decem Virginibus, ut in Comuni Virginum.

Missa: Loquebar, de Comuni Virginum & Martyrum.

DIE V. DECEMBRIS.

In Festa S. Petri Chrysoligi Episc. Conf. & Doct.

Duplex.

Omnia de Comuni Confessor. Pontif. præter sequent.

In Hymno Iste Confessor, mutatur tertius versus.

AD MAGNIFICAT,

in utrisque Vesperis, Añã.

O Doctor optime, Ecclesie sanctæ lumen, B. Petre Chrysologe, divinæ legis amator deprecare pro nobis Filium Dei.

ORATIO.

DEUS, qui Beatum Petrum Chrisologum, Doctorem Egregium, divinitus præmonstratum ad regendam, & instruendam Ecclesiam tuam eligi voluisti: præsta quaesumus; ut quem Doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem ha-

habere mereamur in Cælis. Per Dominum nostrum.

Lectiones primi Nocturni Fidelis sermo.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Petrus, qui ob auream ejus eloquentiam Chrysoligi cognomen adeptus est, foro Cornelii in Æmilia honestis parentibus natus, à prima ætate animum ad religionem adiciens. Cornelio Romano tunc ejusdem urbis Corneliensis Episcopo, operam dedit; à quo etiam scientia, & vitæ sanctitate cum brevi profecisset, Diaconus creatus est. Postmodum contigit, ut Ravennates ob mortem Archiepiscopi sui alium [ut moris erat] ab eis electum Romam ad Sanctum Sixtum Papam Tertium pro confirmatione miserint, unâ cum Legatis suis, & cum prædicto Cornelio, qui eundem Levitam secum perduxit. Interim Sanctus Petrus Apostolus, & Martyr Apollinaris Summo Pontifici in somnis apparuerunt, mediumque habentes hunc Juvenem jusserunt, ut illum, & non alium, in Archiepiscopum Ravennæ crearet. Hinc Pontifex, mox ut vidit Petrum, cognovit eum

à Domino Deo præelectum; propterea rejecto illo, quem ipsi offerebant, hunc solum, anno Christi quadringentesimo trigesimo tertio, illi Metropolitana præfecit Ecclesiam. Quod cum Legati Ravennates agrè ferrent, audita visione, divinæ voluntati libenter acquiescentes, novum Archiepiscopum maxima cum reverentia susceperunt.

Tu autem Domine.

W. Inveni David.

LECTIO V.

Petrus igitur, licet invitus, à In Archiepiscopum consecratus, Ravennam deducitur, ubi à Valentiniano Imperatore, & à Galla Placidia ejus matre, ac ab universo populo maxima lætitia exceptus est. Et ille ab eis id unum petere dixit, ut quando tantum oneris pro ipsorum salute subire non recusavit, studeant ipsi monitis suis obtemperare, divinisque præceptis non insistere. Duorum sanctorum tunc ibi defunctorum corpora optimis unguentis condita sepelivit, Bartholomæi videlicet, Presbyteri, & Germani Antisiodorensis Episcopi, cujus etiam cucullam, & cilicium sibi vindicavit in hereditatem. Projectum,

Rr 2

&

& Marcelli num in Episcopos ordinavit. In classe fontem extraxit magnitudinis verè admirabilis, & templa quadam magnifica edificavit, tum Beato Andreæ Apostolo, tum aliis Sanctis. Ludos ab hominibus personatis, cum variis saltationibus Kalendis Januarii fieri solitos concione Januavit acerrima; ubi inter alia illud præclare dixit: Qui jocari voluerit cum diabolo, non poterit gaudere cum Christo. Jussu Sancti Leonis Papæ Primi scripsit postea ad Chalcedonense Concilium adversus hæresim Eutychetis. Respondit præterea ad Eutychen ipsam, & alia epistola, quæ eidem Concilio in novis editionibus præfixa, & in annales Ecclesiasticos relata fuit.

Tu autem Domine,
re. Posui adjutorium.

LECTIO VI.

DUM publicè sermones haberet ad populum, adeò vehemens erat in dicendo, ut præ nimio ardore vox illi interitum defecerit: sicut contingit in concione mulieris Hemorrhoiisæ. Ubi Ravennates commoti, tot lacrymis, clamoribus, & orationibus locum repleverunt: ut postea ipse gra-

tias ageret Deo, quod in lacrum amoris verterit damnum ejusdem sermonis. Cum tandem annos circiter decem & octo eam Ecclesiam sanctissimè rexisset, laborum suorum finem adesse divinitus prænosceus, in patriam se contulit. Ubi Sancti Cassiani templum ingressus, magnum diadema aureum, gemmis distinctum pretiosissimis offerens, super altare majus posuit, necnon aureum craterem, & patenam argenteam, quam tum rabidi canis morsus, tum febres sanare sæpius expertum est, aqua inde demissa. Ex tunc Ravennates, qui eundem secuti fuerant, dimisit, admonens, ut in eligendo optimo Pastore invigilarent attentè. Mox Deum humiliter precatus, & Sanctum Cassianum Patronum, ut benignè animam ejus exciperet tertio Nonas Decembris placidè ex hac vita migravit; anno Domini circiter quadringentesimo quinquagesimo. Sacrum illius corpus communi totius civitatis metu, ac pietate, propè corpus ejusdem Sancti Cassiani honorificè conditum nostris etiam temporibus religiosè colitur: cujus tamen brachium, auro, & gemmis orna-

tum

tum Ravennam, delatum in Ursiana Ade veneratur.

Tu autem Domine.

re. Iste est qui ante Deum magnas viuites.

Lectioes tertii Nocturni Homilia S. Augustini in Evangelium: Vos estis sal terra, de Communi Doctores.

DIE VIII. DECEMBRIS.
In Festo Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis,

Hispaniarum, ac Indiarum Patronæ.

Duplex primæ classis cum Octava.

Pro omnibus Regnis, ac Ditionibus Catholica Majestati subiectis.

AD VESPERAS. Añã.

Sicut lillum inter spinas, sic Tu Amica mea inter filias Ade.

Psalmi consueti de S. Maria, ut in ejus Officio Parvo.

Añã. Tota pulchra es, Maria, & macula non est in te.

Añã. Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israël, tu honorificentia populi nostri.

Añã. Vox enim tua dulcis, & facies illa tua decora nimis.

Añã. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa supra dilectum Filium?

Capitul. Prov. 8. c.

EGO diligentes me diligo; & qui manè vigilant ad me, invenient me. In viis justitiæ ambulo, ut ditem diligentes me. Qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

Hymn. Ave maris stella.

¶ Immaculata Conceptio est hodie Sanctæ Mariæ Virginis.

¶ Cujus innocentia incluta cunctas lætificat devotas animas.

AD MAGNIFICAT. Añã.

Quam pulchri sunt gressus tui, filia principis! Collum tuum, sicut turris eburnæ, oculi tui divini, & comæ capitis tui sicut purpura Regis. Quam pulchra es, & quam decora charissima! Alleluia.

ORATIO.

DEUS, qui per immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum preparasti: quesumus, ut qui ex morte ejusdem Filii sui prævisa, eam ab omni labe præservasti, nos quoque mundos ejus intercessionem, ad te pervenire concedas. Per eundem Dominum nostrum.

Deinde fit commemorat. festiva occurrent.

AD

AD MATUTINUM.

INVITATORIUM.

Immaculatam Conceptionem
Virginis Mariæ celebremus. *
Christum ejus præservatorem
adoremus Dominum.

Psalm. Venite exultemus.
Hymn. Quem terra.

IN I. NOCTURNO.

Añs. Multæ filix congrega-
verunt sibi divitias, tu verò
supergressa es universas.

Psalm. Domine Dominus
noster, cum reliquis, ut in ejus
Officio Parvo.

Añs. Surrexerunt filii ejus,
& Beatissima prædicaverunt:
vir ejus, & laudavit eam.

Psalm. Cœli enarrant.

Añs. Fortitudo & decor in-
dumentum ejus, bissus & pur-
pura vestis illius.

Psalm. Domini est terra.

†. Liberasti me Domine,
ex ore leonis.

†. Et à cornibus unicor-
nium humilitatem meam. Pa-
ter noster.

Absolut. Exaudi, Domine.

†. Jube domne.

Benedict. Benedictione per-
petua.

De Libro Ecclesiastici.

Lectio 1. Cap. 24.

Ego ex ore Altissimi prodi-
vi, primogenita ante om-

nem creaturam. Ego feci in
cœlis, ut oriretur lumen inde-
ficiens: & sicut nebula texti
omnem terram: Ego in altis-
simis habitavi: & thronus
meus in columna nubis. Gy-
rum cœli circuii sola, & pro-
fundum abyssi penetravi, in
fluctibus maris ambulavi, & in
omni terra steti: & in omni
populo, & in omni gente pri-
matum habui: & omnium ex-
cellentium, & humilium cor-
da virtute calcavi. Et in his
omnibus requiem quasivi, &
in hereditate Domini mora-
bor. Tunc præcepit, & dixit
mihi Creator omnium: & qui
creavit me, requievit in taber-
naculo meo, & dixit mihi:
in Jacob inhabita, & in Israël
hereditare, & in electis meis
mitte radices.

†. Ego ex ore Altissimi
prodivi, primogenita ante om-
nem creaturam: ego in cœlis
feci, ut oriretur lumen indefi-
ciens: * Et sicut nebula texti
omnem carnem.

†. Gyrum cœli circuii so-
la, & profundum abyssi pen-
travi: & in omni populo, &
in omni gente primatum tenui.
Et sicut.

Benedictio. Unigenitus.

Lec-

LECTIO I.

AB initio, & ante sæcula
creata sum, & usque ad
futurum sæculum non desi-
nam, & in habitatione sancta
coram ipso ministravi. Et sic
in Sion firmata sum, & in ci-
vitate sanctificata similiter re-
quievi, & in Jerusalem potes-
tate mea. Et radicavi in populo
honorificato, & in parte Dei
mei hereditas illius: & in ple-
nitudine Sanctorum detentio
mea. Quasi Cedrus exaltata
sum in Libano, & quasi Cy-
pressus in monte Sion. Quasi
Palma exaltata sum in Cades,
& quasi plantatio Rosæ in Je-
richo. Quasi Oliva speciosa in
campis, & quasi Platanus exal-
tata sum juxta aquam in pla-
teis. Sicut cinamomum, & bal-
samum aromatizans odorem
dedi, quasi myrrha electa dedi
suavitatem odoris, & quasi sto-
rax, & galbanus, & ungula, &
guita, & quasi Libanus non
incisus vaporavi habitationem
meam, & quasi balsamum non
mixtum odor meus.

†. Transite ad me omnes,
qui concupiscitis me, & à ge-
nerationibus meis implemini.
* Spiritus enim meus super
mel dulcis, & hereditas mea
super mel, & favam.

†. Qui audit me, non con-
fundetur: & qui elucidunt me,
vitam æternam habebunt. Spi-
ritus.

Benedict. Spiritus Sancti.

LECTIO III.

EGO quasi Terebintus ex-
tendi ramos meos, & ra-
mi mei honoris, & gratiæ. Ego
quasi vitis fructificavi suavita-
tem odoris: & flores mei fruc-
tus honoris, & honestatis. Ego
mater pulchræ dilectionis, &
timoris, & agnitionis, & sanc-
tæ spei. In me gratia omnis
viæ, & veritatis, in me omnis
spes vitæ, & virtutis. Transite
ad me omnes, qui concupiscitis
me, & à generationibus
meis implemini. Spiritus enim
meus super mel dulcis, & he-
reditas mea super mel, & fa-
vum. Memoria mea in gene-
rationes sæculorum. Qui edunt
me, adhuc esurienti: & qui bi-
bunt me, adhuc sitiunt. Qui
audit me, non confundetur, &
qui operantur in me, non pec-
cabunt. Qui elucidunt me, vi-
tam æternam habebunt.

†. Meum est consilium, &
æquitas: mea est prudentia,
mea est fortitudo: * Per me
Reges regnant, per me Princi-
pes imperant, & potentes de-
cernunt justitiam.

go

¶ Ego diligentes me diligor: & qui mane vigilant ad me, inuenient me. Per me Reges. Gloria Patri. Per me.

IN II. NOCTURNO.

Añā. Quid videtis in Sula-
mīte, nisi chorus castrorum?

Psalm. Eructavit.

Añā. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem: nec flumina peccatorum obtruent Mariam.

Psalm. Deus noster.

Añā. A custodia matutina usque ad noctem sperauit Mariam in Domino: quia copiosa apud eum redemptio.

Psalm. Fundamenta ejus.

¶ Eructi à fræmea, Deus, animam meam.

¶ Et de manu canis unicam matrem meam.

Pater noster.

Absolut. Ipsius pietas.

¶ Jube domne.

Benedic̃. Deus Pater.

Sermo S. Hieronymi Presbyt.

LECTIO IV.

Q ualis, & quanta esset Beata, & gloriosa semper Virgo Maria ab Angelo diuinitus declaratur, cum dicitur: Ave gratia plena: Dominus tecum: Benedic̃ta tu in mulieribus. Talibus namque decebat Virginem oppignorari

muneribus, ut esset gratia plena, quæ dedit coelis gloriam, terris Dominum, pacemque refuldit, fidem gentibus, finem vitiiis, vitæ ordinem, moribus disciplinam. Et bene plena, quia ceteris per partes præstatur, Mariæ verò simul se tota infudit plenitudo gratiæ. Verè plena, quia etsi in Sanctis Patribus, & Prophetis gratia fuisse creditur, non tamen eatenus plena; in Mariam verò totius gratiæ, quæ in Christo est, plenitudo venit, quamquam aliter. Et ideo inquit: Benedic̃ta tu in mulieribus: id est, plus benedic̃ta, quam omnes mulieres. Ac per hoc quidquid maledictionis infusum est per Hevām, totum abstulit benedic̃tio Mariæ.

¶ Equitatu meo in curribus Pharaonis assimilavi te, Amica mea, pulchræ sunt genæ tuæ, sicut turturis. * Faciamus adiutorium simile sibi.

¶ Eò quod castitatem amaueris, virumque nescieris, ideo & manus Domini confortavit te, & eris benedic̃ta in æternum. Faciamus.

Bened. Christus perpetue.

LECTIO V. Cap. 2. & 4.

DE ipsa Salomon in Canticis, quasi in laudem ejus:

Ve-

Veni, inquit, columba mea, immaculata mea. Jam enim hyems transiit, imber abiit, & recessit. Ac deinde inquit: Veni de Libano, veni, coronaveris. Non immeritò igitur venire de Libano jubetur, quia Libanus candidatio interpretatur. Erat enim candidata multis meritorum virtutibus, & dealbata nive candidior Spiritus Sancti muneribus, simplicitatem columbæ in omnibus representans: quoniam quidquid in ea gestum est, totum puritas, & simplicitas, totum veritas, & gratia fuit, totum misericordia, & justitia, quæ de cælo prospexit: & ideo immaculata, quia in nullo corrupta.

¶ Fac tibi arcam de lignis lævigatis. Ruptique sunt fontes abyssi magnæ. * Et factum est diluuium peccati super omnem terram.

¶ Arca verò Deifera eleuata est in sublime, & ferebatur super aquas, opertique sunt omnes montes excelsi Sanctorum. Et factum est.

Benedic̃. Ignem sui amoris.

LECTIO VI.

Circumdedit enim virum in utero, sicut Jeremias sanctus testatur, & non aliun-

de accepit. Faciet, inquit, Dominus novum super terram, & mulier circumdabit virum. Verè novum, & omnium novitatum supereminens novitas virtutum, quando Deus (quem ferre non potest mundus, neque videre aliquis, ut vivere possit) sic ingressus est hospitium ventris, ut corporis claustrum nesciret: sicque gestatus, ut totus Deus in eo esset: & sic exiit inde, ut esset [sicut Ezechiel fatetur] porta omnino clausa. Unde canitur in eisdem Canticis de ea: Hortus conclusus, fons signatus; emissiones tuæ paradisus. Verè hortus deliciarum, in quo consita sunt universa florum genera, & odoraumenta virtutum, sicque conclusus, ut nesciat violari, neque corrupti ullis insidiarum fraudibus. Fons itaque signatus sigillo totius Trinitatis.

¶ Fiat mihi sanctuarium, & habitabo in medio eorum. Arcam de lignis Setim compingite: & deaurabis eam auro mundissimo, intus & foris. * Et pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper.

¶ Inspice, & fac secundum exemplar, quod tibi in-

Se

mon-

monte monstratum est. Et ponēs. Gloria Patri. Et ponēs. In III. Nocturno.

Añā. Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumii, ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & universi pulveris pigmentarii?

Psal. Cantate. I.

Añā. Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani, columnas ejus fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, media, charitate constravit.

Psal. Dominus regnavit, exultet.

Añā. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens palstra ut Luna, electa ut Sol, terribilis ut castrorum acies ordinata?

Psal. Cantate. II.

Verè Dominus est in loco sancto isto, & ego nesciebam. Non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli. Pater noster.

Abrolat. A vinculis.

Y. Jube domne.

Bened. Evangelicæ lectio. Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam.

LECTIO VII. Cap. II. d.

IN illo tempore: Loquente Jesu ad turbas, extollens

vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit. Et reliqua.

Homilia Venerabilis Bedæ Presbyteri.

Lib. 4. c. 49. in Luc. 11.

MAGNÆ devotionis & fidei hæc mulier ostenditur, quæ Scribis & Phariseis Dominum tentantibus, simul & blasphemantibus, tanta ejus incarnationem præ omnibus sinceritate cognoscit, tanta fiducia constitit, ut & presentium procerum calomniam, & futurorum confundat hereticorum perfidiam.

R. Omnes moriemini, quia in Adam peccavistis. Quid habes, Esther, elevata in populis? Ego sum frater tuus, noli timere, non morieris: Non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est.

Y. Non exinguetur in nocte lucerna tua, & non timebis à frigore nivis. Non enim.

Benedict. Cujus festum colimus, ipsa Virgo virginum.

LECTIO VIII.

NAM sicut tunc Judæi Sancti Spiritus opera blasphemando, verum consubstantialemque Patri Dei, Filium negabant: sic heretici postea negando, Mariam semper vir-

gi-

ginem, Sancti Spiritus operante virtute, nascituro cum humanis membris unigenito Dei, carnis suæ materiam ministrasse, verum consubstantialemque matri filium hominis fieri non debere dixerunt.

R. Filius meus parvulus est, & delicatus. Domus, quam ædificavi volo, talis esse debet, ut in cunctis nationibus nominetur. Et ob hanc causam ante mortem suam omnes præparavit impensas.

Y. Elegi, & sanctificavi locum istum; ut sit nomen meum ibi in sempiternum, & permaneant oculi mei, & cor meum ibi in cunctis diebus. Et ob hanc Gloria Patri. Et ob hanc.

Benedict. Ad societatem.

LECTIO IX.

SED si caro Verbi Dei secundum carnem nascentis à carne Virginis matris promittatur extranea, sine causa, venter, qui eam portasset, ubera, quæ lactassent, beatificaverunt. Dicit autem Apostolus: Quia misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Neque audiendi sunt qui legendum putant: Natum ex muliere, factum sub lege; sed factum ex muliere, quia

conceptus ex utero virginali, carnem non de nihilo, non aliunde, sed materna traxit ex carne; aliequin nec verè Filius hominis diceretur, qui originem non haberet ex homine.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES, ET PER HORAS. Antiphona.

DOMUM tuam decet sanguinitudo, Domine, in longitudine dierum.

Psal. Dominus regnavit, cum reliquis.

Añā. Hæc est domus Domini firmiter ædificata; benè fundata est supra firmam petram.

Añā. Fundavit eam Altissimus, qui super maria fundavit eam, & super flumina præparavit illam.

Añā. Dominus custodivit te ab omni malo, Maria, custodivit animam tuam, introitum tuum, & exitum tuum, in sæculum.

Añā. Fluminis impetus laetificat civitatem Dei, sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Capitul. Prov. 8. h.

EGO diligentes me diligo: & qui manè vigiliant ad me, inventient me. In viis justitiæ ambulo, ut ditem diligentes me.

SS 2

men-

gentes me. Qui operantur in me, non peccabunt. Qui eludicant me, vitam æternam habebunt.

Hymn. O gloriosa Virginum.

ÿ. Non accedet ad te malum.

ÿ. Neque flagellum appropinquabit tabernaculo tuo.

AD BENEDICTUS. Añã.

Quam pulchra es, Amica mea, columba mea, immaculata mea, & odor vestimentorum tuorum super omnia aromata. Alleluia.

ORATIO.

DEUS, qui per immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparasti: quasumus, ut qui ex morte ejusdem Filii sui prævisa, eam ab omni labe præservasti, nos quoque mundos ejus intercessionem, ad te pervenire concedas. Per eundem Dominum nostrum.

Deinde fit commemor. feria.

AD PRIMAM.

In ÿ. br. dicitur. ÿ. Qui natus es de Maria Virgine.

AD TERTIAM.

Añã. Hæc est domus Domini.

Capitul. Ego diligentes me, ut *suprà.*

ÿ. *brev.* Liberasti me, Domine, * Ex ore leonis. Liberasti me.

ÿ. Et à cornibus unicornium humilitatem meam. Ex Gloria Patri. Liberasti.

ÿ. Eruiisti à framea, Deus, animam meam.

ÿ. Et de manu canis unicam matrem meam.

AD SEXTAM.

Añã. Fundavit eam.

Capitul. Ezech. 44.

Porta hæc clausa erit: non aperietur, & vir non transibit per eam: quoniam Dominus Deus Israël ingressus est per eam; eritque clausa Principi: Princeps ipse sedebit in ea.

ÿ. *brev.* Eruiisti à framea, * Deus, animam meam. Eruiisti.

ÿ. Et de manu canis unicam matrem meam. Deus. Gloria Patri. Eruiisti.

ÿ. Verè Dominus est in loco sancto isto, & ego nesciebam.

ÿ. Non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta Coeli.

AD NONAM.

Añã. Fuminis impetus.

Capitul. Prov. 8. c.

Eatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad

pos-

postes ostii mei. Qui me invenierit, inveniet vitam, & hauriet salutem à Domino.

ÿ. *brev.* Verè Dominus est in loco sancto isto * Et ego nesciebam. Verè.

ÿ. Non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta coeli. Et ego. Gloria Patri. Verè.

ÿ. Scalam vidit Jacob, cujus cacumen coelum tangebatur.

ÿ. Angelos quoque descendentes, qui eam lumine replebant.

AD VESPERAS. Añã.

Nihil est candoris, nihil est splendoris, nihil est virtutis quod non resplendat in Virgine gloriosa.

Psalmi ut in prim. Vesperis.

Añã. Quæ neque serpentis persuasionem decepta, nec ejus venenosis aflatibus infecta est.

Añã. Hanc, quam tu despicias, Manicheæ, mater mea est, & de manu mea fabricata.

Añã. Decuit Virginem ea puritate nitere, qua major sub Deo nequit intelligi.

Añã. Hæc est virga, in qua nec nodus originalis, nec cortex actualis culpræ fuit.

Capitul. Ego diligentes.

Hymn. Ave maris stella.

ÿ. Domine, dilexi decorem domus tuæ.

ÿ. Et locum habitationis gloriæ tuæ.

AD MAGNIFICAT. Añã.

Unica est columba mea, una est perfecta mea, una est genitricis suæ electa. Viderunt eam animæ sanctæ, & immaculatam prædicaverunt. Alleluia.

Oratio, ut suprà.

Deinde fit commemorat. S. Leocadiæ Virginis, & Martyris, & feria.

DIE IX DECEMBRIS.

Secunda die infraordinariam Conceptionis B. Mariæ.

Fit de S. Leocadia Virg. & Mart.

Duplex.

Omnia ut in proprio Ss. Hispanorum.

In Laudibus fit commemor. Octavæ, & feria.

Vesperæ de sequenti Festo cum commemorat. S. Leocadiæ, & feria, ac S. Melchii Pap. & Mart. tantum.

DIE X. DECEMBRIS.

Tertia die infraordinariam Conceptionis B. Mariæ.

Festum Translationis Alme Domus Lauretana.

Duplex majus.

AD VESPERAS.

Añã. Domus tuam &c. cum reliquis de Laudibus.

Psalm.

Psalm. ut in Officio Parvo
B. M. V.

Capitul. Ecclesiast. 24.
IN omnibus requiem quaes-
i vi, & in hereditate Domi-
ni morabor. Tunc praecepit, &
dixit mihi Creator omnium,
& qui creavit me, requievit in
tabernaculo meo.

HYMNES.

AVE maris stella,
Dei Mater alba,
Atque semper virgo,
Felix caeli porta.

Sumens illud Ave
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Hevia nomen.

Solve vincula retis,
Profert lumen caecis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posse.
Monstra te esse Matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Tulit esse tuus.

Virgo singularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos
Mites fac & castos.

Vitam praesta puram,
Iter para tutum,
Ut videntes Jesum,
Semper collatemur.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,

Spiritui Sancto,
Tribus honor unus. Amen.
y. Haec est Domus Domini
firmiter aedificata.
y. Bene fundata est supra
firmam petram.

AD MAGNIFICAT. AñA.
Sanctificavit Dominus taber-
naculum suum, quia haec est
Domus Dei, in qua invocabitur
nomen eius, de quo scriptura
est: Et erit nomen meum ibi,
dicit Dominus.

ORATIO.

DEUS, qui Beatæ Mariæ
Virginis Domum per in-
carnati Verbi mysterium mi-
sericorditer consecrasti, eam-
que in sinu Ecclesiæ tuæ mi-
rabili ter collocasti: concede,
ut segregati à tabernaculis pec-
catorum, digni efficiamur ha-
bitatores Domus sanctæ tuæ.
Per eundem Dominum nos-
trum.

AD MATUTINUM.

INVITATORIUM.
Salvatorem mundi in Domo
Virginis de Spiritu Sancto con-
ceptum. Venite adoremus.

Psalm. Venite exultemus.

HYMNES.

Celestis urbs Jerusalem,
Beata pacis visio,
Quæ celsa de viventibus
Saxis ad astra tolleris,

Spon-

Sponsæque rita cingeris
Mille Angelorum millibus.
O sorte nupta prospera,
Dotata Patris gloria,
Respersa sponsi gratia,
Regina formosissima,
Christo jugata Principi,
Cœli corusca civitas.

Hic margaritis emicant,
Patentque conditis ostia:
Virtute namque prævia
Mortalis illuc ducitur,
Amore Christi percitus
Tormenta quisquis sustinet.
Scalpri salubris ictibus,
Et tunsione plurima,
Fabri polita malleo.
Hanc saxa molem construunt,
Aptisque juncta nexibus
Locantur in fastigio.

Decus Parenti debitum
Sit usquequaque Altissimo,
Natoque Patris unico,
Et inelyto Paráclito:
Cui laus, potestas, gloria
Æterna sit per sæcula.

Amen.

IN I. NOCTURNO.

AñA. Elevata est magnifi-
centia tua super cœlos.

Psal. ut in Officio Parvo
B. M. V.

AñA. In Sole posuit taber-
naculum suum, & ipse tam-
quam sponsus procedens de
thalamo suo.

AñA. Quis ascendet in mon-
tem Domini, aut quis stabit in
loco sancto eius? Innocens ma-
nibus, & mundo corde.

y. Domum tuam Domine
deceat sanctitudo,
y. In longitudinem die-
rum.

De Libro tertio Regum.

LECTIO I. Cap. 8.

STetit autem Salomon ante
Altare Domini in cons-
pectu Ecclesiæ Israël, & ex-
pandit manus suas in cœlum,
& ait: Ergone putandum est,
quod Deus habitet super ter-
ram? Si enim cœlum, & cœli
cœlorum te capere non pos-
sunt, quanto magis Domus
hæc, quam aedificavit? Sed respice
ad orationem servi tui, &
ad preces ejus Domine Deus
meus: audi hymnum, & ora-
tionem, quam servus tuus orat
coram te hodie, ut sint oculi
tui aperti super Domum hanc
nocte, ac die: super Domum,
de qua dixisti, erit nomen
meum ibi, ut exaudias depre-
cationem servi tui, & populi
tui Israël, quodcumque orave-
rint in loco isto: & exaudies
in loco habitaculi tui in cœlo,
& cum exaudieris, propitius
eris.

Tu autem Domine.

37.

v. Vidi speciosam sicut columbam, ascendentem desuper rivos aquarum: cuius inestimabilis odor erat nimis in vestimentis ejus: * Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, & lilia convallium.

¶ Quae est ista, quae ascendit per desertum sicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhae, & thuris? Et sicut.

LECTIO II.

SI fugerit populus tuus Israël inimicos suos (quia peccaturus est tibi) & agentes poenitentiam, & confitentis nomini tuo venerint, & oraverint, & deprecati te fuerint in Domo hac, exaudi in caelo, & dimitte peccatum populi tui Israël, & reduces eos in terram, quam dedisti patribus eorum. Si clausum fuerit caelum, & non pluerit propter peccata eorum, & orantes in loco isto poenitentiam egerint nomini tuo, & à peccatis suis conversi fuerint propter afflictionem suam, exaudi eos in caelo, & dimitte peccata servorum tuorum, & populi tui Israël, & ostende eis viam bonam, per quam ambulent, & dar pluviam super terram tuam, quam dedisti populo tuo in possessionem.

Tu autem Domine.

v. Quae est ista, quae ascendit sicut aurora consurgens: pulchra ut Luna, electa ut Sol, * Terribilis ut castrorum acies ordinata?

¶ Filia Sion tota formosa, & suavis es, pulchra ut Luna, electa ut Sol. Terribilis.

LECTIO III.

SI quis cognoverit plagam cordis sui, & expanderit manus suas in Domo hac, tu exaudies in caelo in loco habitationis tuae, & repropitiaveris, & facies, ut des unicuique secundum omnes vias suas, sicut videris cor ejus (quia tu nosti solus cor omnium filiorum hominum) ut timeat te cunctis diebus, quibus vivunt super faciem terrae, quam dedisti patribus nostris: insuper & alienigena, qui non est de populo tuo Israël, cum venerit de terra longinqua propter nomen tuum (audietur enim nomen tuum magnum, & manus tuae fortis, & brachium tuum exteatum ubique) cum venerit ergo & oraverit in hoc loco, tu exaudies in caelo, in firmamento habitaculi tui, & facies omnia, pro quibus invocaverit te alienigena; ut disscant universi populi terrarum no-

nomem illum timere sicut populus tuus Israël, & probent, quia nomen tuum invocatum est super Domum hanc.

Tu autem Domine.

v. Quae est ista, quae processit sicut Sol, & formosa tamquam Jerusalem? * Viderunt eam filiae Sion, & beatam dixerunt, & Reginae laudaverunt eam.

¶ Et sicut dies verni circumdabant eam fores rosarum, & lilia convallium. Videntur Glòria Patri Viderunt.

IN H. NOCTURNO.

Ant. Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in aeternum, & in saeculum saeculi.

Psalm. ut in Officio Parvo B. M. V.

Ant. Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Ant. Homo natus est in ea, & ipse fundavit eam Altissimus.

¶ Domine dilexi decorem Domus tuae.

v. Et locum habitationis gloriae tuae.

LECTIO IV.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

Sermo 32. de Divers.

Sapientia, quae Dei erat, & Deus erat, de sinu Patris

ad nos veniens edificavit sibi Domum, ipsam scilicet Matrem suam Virginem Mariam, in qua septem columnas excidit. Quid est in ea septem columnas excidere, nisi ipsam dignum sibi habitaculum fide, & operibus preparare? Nimirum ternarius numerus ad fidem propter Sanctam Trinitatem, quaternarius pertinet ad mores propter quatuor principales virtutes. Quod autem in Beata Maria Sancta Trinitas fuerit, fuerit dico per praesentiam majestatis, ubi solus Filius erat per susceptionem humanitatis, testatur Nuntius Coelestis, qui ei arcana mysteria reserans, ait: Ave gratia plena, Dominus tecum; & post pauca: Spiritus Sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbravit tibi. Ecce habes Dominum, habes virtutem Altissimi, habes Spiritum Sanctum, habes Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum.

Tu autem Domine.

v. O quam metuendus est focus israhel. * Verè non est hic aliud, nisi Domus Dei, & porta Coeli.

¶ Haec est Domus Domini firmiter aedificata, benè funda-

ta est supra firmam petram. Verè non.

LECTIO V.

Utrum autem & quatuor principales virtutes, tamquam quatuor columnas possederit. inquisitione dignum videtur. Primum ergò videamus, an fortitudinem habuerit: quæ nimirum virtus quomodo illi abesse potuit, quæ abjectis sæcularibus pompis, spretisque voluptatibus carnis, soli Deo in virginitate vivere proposuit? Ni fallor, hæc Virgo est, quæ apud Salomonem legitur. Mulierem fortem quis inveniet? Procul, & de ultimis finibus pretium ejus. Porro, quod temperans, & justa fuerit, ex Angeli colloctione, & sui ipsius responsione, luce clariùs comprobamus. Salutata quippe tam venerabiliter ab Angelo: Ave gratia plena, Dominus tecum, non se extulit; quasi quæ ex singulari gratiæ privilegio benediceretur, sed siluit, & qualis esset insolita hæc salutiatio, secum cogitavit: Qua in re, quid, nisi temperans fuit? At verò, cum de coelestibus mysteriis ab eodem Angelo diceretur, diligenter quæsit, quomodo conciperet, & pareret, quæ virum utique non

cognosceret, & in hoc sine dubio prudens exstitit.

Tu autem Domine.

R. Fundata est Domus Domini supra verticem montium, & exaltata est super omnes colles: * Et veniet ad eam omnes gentes, & dicent: Gloria tibi Domine.

Y. Venientes autem venient cum exultatione, portante manipulos suos. Et veniet ad eam.

LECTIO VI.

Ustitiæ autem præsertim in signe, ubi se ancillam Domini confitetur: nam quod justorum sit confessio testatur, qui ait: Verumtamen justo confitebuntur nomini tuo. Fuit igitur Beata Virgo Maria fortis in proposito, temperans in silentio, prudens in interrogatione, justa in confessione. His itaque quatuor morum columnis, & tribus fidei prædictis extruxit in ea sibi domum sapientiæ coelestis, quæ ad mentem ejus replevit, ut de plenitudine mentis secundaretur, & caro. Ipsius autem Virginis natalis Domus divinis mysteriis consecrata, Angelorum ministerio ab infidelium potestate in Dalmatiam priùs, deinde in Agrum Lauretanum

Pi-

Piceniæ Provincie translata fuit, sedente Sancto Coelestino Quinto: eandem ipsam esse, in qua Verbum caro factum est & habitavit in nobis, tum Pontificiis diplomatibus, & celeberrima totius Orbis veneratione, tum continua miraculorum virtute, & coelestium beneficiorum gratia comprobatur. Quibus permotus Innocentius Duodecimus, quo ferventius ergà Matris amatissimæ cultum Fidelium memoria excitaretur, ejusdem Sanctæ Domus Translationem anniversaria solemnitate in tota Piceni Provincie veneratam, Missa etiam, & Officio proprio celebrari præcepit.

Tu autem Domine.

R. Domus mea, Domus orationis vocabitur, Dicit Dominus: in ea omnis qui petit, accipit, & qui quærit, invenit: * Et pulsanti aperietur.

Y. Petite, & accipietis, quærite, & invenietis. Et pulsanti aperietur.

IN III. NOCTURNO.

Añ. Tollite hostias, & introite in atria ejus, adorare Dominum in aula sanctæ ejus.

Psalm. ut in Officio Parvo
B. M. V.

Añ. Viderunt omnes populi gloriam ejus.

Añ. Cantate Domino canticum novum; quia mirabilia fecit Dominus. Alleluia.

Y. Domum tuam Domine decet sanctitudo.

R. In longitudine dierum. Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam. Cap. i. 26.

LECTIO VII.

In illo tempore: Missus est Angelus Gabriel à Deo in Civitatem Gallilee, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen Virginis Maria. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

Ex Homilia prima super Missa est.

QUÆ est hæc Virgo tam venerabilis, ut saluetur ab Angelo, tam humilis, ut desponsata sit Fabro? Pulchra permixtio virginitatis, & humilitatis, nec mediocriter placet Deo illa anima, in qua & humilitas commendat virginitatem, & virginitas exornat humilitatem; sed quanta putas veneratione digna est, in qua humilitatem exaltat fecunditas, & partus consecrat virginitatem? Audis virginem, audis

Tt 2

dis

dis humilem? Laudabilis virtus virginitas, sed magis necessaria humilitas, illa consuetur, ista præcipitur.

Tu autem Domine.

¶ Diffusa est gratia in laibis tuis: * Propterea benedixit te Deus in æternum.

¶ Myrrha, & gutta, & cassia à vestimentis tuis à domibus eburneis, ex quibus te delectaverunt filie Regum in honore tuo. Propterea benedixit.

LECTIO VIII.

Ex Homil. 2. super eodem loco.

¶ Issus est, inquit, Angelus ad Virginem, virginem carne, virginem mente, virginem professione, virginem denique, qualem describit Apostolus, mente, & corpore sanctam, nec noviter, nec fortuito inventam, sed à seculo electam, ab Altissimo præcognitam, & sibi præparatam, ab Angelis servatam, à Patribus præfiguratam, à Prophetis promissam, ut pauca loquar de pluribus, quam sibi aliam prædixisse Deus videtur, quando ad serpentem ait: Inimicitias ponam inter te, & mulierem: Et si adhuc dubitas, an de Maria si dixerit, audi quod sequitur. Ipsa conteret caput tuum:

cui hæc servata victoria est, nisi Mariæ?

Tu autem Domine.

¶ Beata es Virgo Maria Dei Genitrix, quæ credidisti Domino, perfecta sunt in te, quæ dicta sunt tibi: Ecce exaltata es super Choros Angelorum: * Intercede pro nobis ad Dominum Deum nostrum.

¶ Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum. Intercede, Gloria Patri. Intercede.

LECTIO IX.

Ex Homilia tertia super eodem loco.

¶ ET ingressus Angelus ad eam dixit Ave gratia plena, Dominus tecum. Quò ingressus ad eam? Puto in Sacrum pudici cubiculi, ubi illa fortassis clauso super se ostio orabat Patrem in abscondito. Solent Angeli ad stare orantibus, & delectari in his, quos vident levare puras manus in oratione. Holocaustum sanctæ devotionis gaudent se offerre Deo in odorem suavitatis. Mariæ autem orationes quantum placuerit in conspectu Altissimi, Angelus indicavit, qui ingressus ad eam tam reverenter salutavit. Tu autem Domine.

Te Deum laudamus.

Ad

AD LAUDES ET PER HORAS.

¶ Añ. Domum tuam Domine decet sanctitudo in longitudinem diem.

¶ Psalm. Dominus regnavit, cum reliquis de Dominica.

¶ Añ. Domus mea Domus orationis vocabitur: in ea omnis, qui petit, accipit, & qui querit, invenit, & pulsanti aperietur.

¶ Añ. Propter Domum Domini Dei nostri quæsi vi bonam tibi.

¶ Añ. Domine Deus exaltasti super terram habitacionem meam.

¶ Añ. Domum majestatis meæ, & locum pedum meorum glorificabo.

Capitul. Eccles. 24.

¶ IN omnibus requiem quæsi vi, & in hereditate Domini morabor. Tunc præcepit, & dixit mihi Creator omnium, & qui creavit me, requievit in tabernaculo meo.

HYMNUS.

¶ ALto ex Olympi vertice
Ceu monte desectus lapis,
Terras in imas decidens,
Domus superna, & infimæ
Utrumque junxit angulum.
Sed illa sedes Coelitem
Semper resultat laudibus,

Deumque Trinum, & Unicum

Jogi canore prædicat:
Illi canentes jungimur
Almæ Sionis æmuli.

Hæc templa, Rex Coelestium,

Imple benigno lumine:

Huc ò rogatus adventi,

Plebisque vota suscipe,

Et nostra cõrda jugiter

Perfunde coeli gratia.

Hic impetrent Fidelium

Voces, precesque supplicum

Domus beatæ munera,

Partisque donis gaudeant;

Donec soluti corpore

Sedes beatas impliant.

Decus Parenti debitum

Sit usquequaque Altissimo,

Natoque Patris unico,

Et inclyto Paráclito,

Cui laus, potestas, gloria

Æterna sit per sæcula.

Amen.

¶ Introibimus in tabernaculum ejus.

¶ Adorabimus in loco, ubi steterunt pedes ejus.

AD BENEDICTUS. Añ.

Ecce tabernaculum Dei cum

hominibus, & habitabit cum

eis, & ipsi populus ejus erunt;

& ipse Deus cum eis erit eorum Deus.

AD PRIMAM.

In ꝑ. brev. dicitur.

¶

ŷ. Qui natus es de Maria Virgine.

Leitio brev. Capit. Nonæ.

AD TERTIAM.

Añã. Domus mea domus orationis vocabitur: in ea omnis, qui petit, accipit, & qui querit, invenit, & pulsanti aperietur.

Capit. In omnibus requiem quaesivi.

ŷ. brev. Hic domus Dei est: * Et porta Cœli. Hic domus.

ŷ. Et vocabitur Aula Dei. Et porta Cœli. Gloria Patri. Hic domus.

ŷ. Domine dilexi decorem domus tuæ.

ŷ. Et locum habitationis gloriæ tuæ.

Oratio, ut supra.

AD SEXTAM.

Añã. Propter Domum Domini.

Capitul. Eccles. 24. b.

ET sic in Sion firmata sum & in Civitate sanctificata similiter requievi, & in Jerusalem potestas mea. Et radica vi in populo honorificato, & in parte Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine Sanctorum detentio mea.

ŷ. brev. Domine, * Dile-

xi decorem domus tuæ. Domine.

ŷ. Et locum habitationis gloriæ tuæ. Dilexi. Gloria Patri. Domine.

ŷ. Domum tuam Domine decet sanctitudo.

ŷ. In longitudinem dierum.

Oratio, ut supra.

AD NONAM.

Añã. Domum majestatis

mez. *Capitul. Eccles. 24. b.* IN plateis sicut cinnamomum, & balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris.

ŷ. Domum tuam Domine, * Decet sanctitudo. Domum tuam.

ŷ. In longitudinem dierum.

Decet sanctitudo. Gloria Patri. Domum tuam.

ŷ. Hic domus Dei est, & porta Cœli.

ŷ. Et vocabitur Aula Dei. *Oratio, ut supra.*

In secundis Vesperis omnia, ut in primis.

Ad MAGNIFICAT. Añã. O quam metuendus est locus iste! Verè non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta Cœli.

Oratio, ut supra.

DIE

DIE XI. DECEMBRIS. *Quarta die infraoctavam Conceptionis B. Mariæ.*

Fit de S. Damaso Papa, & Confessore, semiduplex, cum commemor. Octava, & Feria in Laudibus.

DIE XII. DECEMBRIS. *Festum B. V. Mariæ de Guadalupe Mexicana.*

Patrona totius Regni Novæ Hispaniæ.

Duplex primæ classis cum Octava.

AD VESPERAS.

Añã. Dum esset Rex, *Psalm.* Dixit Dominus, cum reliquis ut in *Officio Parvo ejusdem B. M. V.*

Capitul. Eccles. 24. b.

A B initio, & ante sæcula creata sum, & usque ad futurum sæculum non desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministravi.

HYMNUS.

A VE maris stella, Dei Mater alma, atque semper virgo, Felix cœli porta,

Felix illud Ave Gabriellæ ore, Funda nos in pace, Mutans Hævæ nomen.

Solve vincula reis,

Profer lumen cæcis, Mala nostra pelle,

Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem, Sumat per te preces,

Qui pro nobis natus, Tulit esse tuus.

Virgo singularis, Inter omnes mitis,

Nos culpis solutos Mites fac & castos.

Vitam præsta puram, Iter para tutum,

Ut videntes Jesum, Semper collemur.

Sit laus Deo Patri, Summo Christo decus,

Spiritus Sancto, Tribus honor unus.

Amen.

ŷ. Dignare me, laudare te Virgo sacrata.

ŷ. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

AD MAGNIFICAT. Añã.

Elegi, & sanctificavi locum istum, ut sit ibi nomen meum, & permanent oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus.

ORATIO.

DEUS, qui sub Beatissimæ Virginis Mariæ, singulari patrocinio constitutos perpetuis beneficiis nos cumulari

voluisti; præsta supplicibus tuis, ut cujus hodie commemoratione lætamur in terris, ejus conspectum perfruamur in cœlis. Per Dominum.

Et sit commemoratio. Adventus.

AD MATUTINUM.

INVITATORIUM.

Sancta Maria Deigenitrix Virgo: * Intercede pro nobis.

Psal. Venite exultemus.

HYMNUS.

Q Uem terra, pontus sydera, Colunt, adorant, prædicant,

Trinam regentem machinam,

Clastrum Mariæ bajulat.

Cui Luna, Sol, & omnia

Deserviunt per tempora;

Perfusa cœli gratia,

Gesrant puella viscera.

Beata Mater, munere,

Cujus supernus Artifex

Mundum pugillo continens,

Ventris sub arca clausus est.

Beata cœli nuntio,

Fecunda Sancto Spiritu,

Desideratus Gentibus,

Cujus per alyum fusus est.

Jesu, tibi sis gloria,

Qui natus es de Virgine,

Cum Patre, & almo Spiritu,

In sempiterna sæcula.

Amen.

IN I. NOCTURNO.

Añã. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.

Psalm. Domine Dominus.

Añã. Sicut myrrha electa odorem dedisti suavitatis, sancta Deigenitrix.

Psalm. Cœli enarrant.

Añã. Ante torum hujus Virginitis frequentate nobis dulcia cantica dramatis.

Psalm. Domini est terra.

ÿ. Specie tua, & pulchritudine tua.

ÿ. Intende prosperè procede, & regna.

De Libro Ecclesiastici.

LECTIO I. Cap. 24.

ÿ. Go ex ore Altissimi prodigi, vi, primogenita ante omnem creaturam. Ego feci in cœlis, ut oriretur lumen indeficiens: & sicut nebula texti omnem terram: Ego in altissimis habitavi: & thronus meus in columna nubis. Gyrum cœli circumivi sola, & profundum abyssi penetravi, in fluctibus maris ambulavi, & in omni terra steti: & in omni populo, & in omni gente primatum habui; & omnium excellentium, & humilium corda virtute calcavi. Et in his omnibus requiem quæsi, &

in

in hereditate Domini morabor. Tunc præcepit, & dixit mihi Creator omnium: & qui creavit me, requievit in tabernaculo meo, & dixit mihi: In Jacob inhabita, & in Israël hereditare, & in electis meis mitte radices.

Tu autem Domine.

ÿ. Vidi speciosam sicut columbam, ascendentem desuper per rivos aquarum: cujus incensibilis odor erat nimis in vestimentis ejus: * Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, & lilia convallium.

ÿ. Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumii, ex aromatibus myrrhæ, & thuris? Et sicut.

LECTIO II.

AB initio, & ante sæcula creata sum, & usque ad futurum sæculum non desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministravi. Et sic in Sion firmata sum, & in Civitate sanctificata similiter requievi, & in Jerusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato, & in parte Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea. Quasi Cedrus exaltata sum in Libano, & quasi Cypressus in monte Sion. Quasi

Palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio Rosæ in Jericho. Quasi Oliva speciosa in campis, & quasi Platanus exaltata sum juxta aquam in plateis. Sicut cinamomum, & balsamum aromatizans odorem dedi, quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris, & quasi storax, & galbanus, & ungula, & gutta, & quasi Libanus non incisus vaporavi habitationem meam, & quasi balsamum non mixtum odor meus.

Tu autem Domine.

ÿ. Quæ est ista, quæ ascendit sicut aurora consurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol, * Terribilis ut castrorum acies ordinata?

ÿ. Filia Sion tota formosa, & suavis es, pulchra ut Luna, electa ut Sol. Terribilis.

LECTIO III.

EGO quasi Terebintus extendi ramos meos, & rami mei honoris, & gratiæ. Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris: & flores mei fructus honoris, & honestatis. Ego Mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctitatis spei. In me gratia omnis viæ, & veritatis, in me omnis spes vitæ, & virtutis. Transite ad me omnes, qui concupiscitis

Vv

tis me, & à generationibus meis implerini. Spiritus enim meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel, & factum. Memoria mea in generationes sæculorum. Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audit me, non confundetur, & qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

Tu autem Domine.

¶ Quæ est ista, quæ processit sicut Sol, & formosa tamquam Jerusalem? * Viderunt eam filie Sion, & beatam dixerunt, & Regina laudaverunt eam.

¶ Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, & lilia convallium. Viderunt. Gloria Patri. Viderunt eam.

IN II. NOCTURNO.

¶ *Añ.* Specie tua, & pulchritudine tua intende, prosperè procede, & regna.

¶ *Psal.* Eruclavit cor meum verbum bonum.

¶ *Añ.* Adjuvabit eam Deus vultu suo: Deus in medio ejus, non commovebitur.

¶ *Psal.* Deus noster refugium.

¶ *Añ.* Sicut latantium om-

nium nostrum habitatio est in te, sancta Deigenitrix.

¶ *Psal.* Fundamenta ejus.

¶ Adjuvabit eam Deus vultu suo.

¶ Deus in medio ejus non commovebitur.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

De verbis Apocalypsis c. 12.

LECTIO IV.

¶ Idelis planè, & præpotens Mediator Dei, & hominum homo Christus Jesus. Nec ipsa mulier benedicta in mulieribus videbitur otiosa: invenietur equidem locus ejus in hac reconciliatione Opus est enim Mediatore ad Mediatorem istum, nec alter nobis utilior quam Maria. Quid ad Mariam accedere trepidet humana fragilitas! Nihil austerum in ea, nihil terribile. Quod si (ut verè sunt) plena omnia pietatis, & gratiæ, plena mansuetudinis, & misericordiæ, quæ ad eam pertineat, invenieris, age gratias ei, qui talem tibi Mediatricem benignissima miseratione providit. Omnibus omnia facta est; omnibus misericordiæ sinum aperit, ut de plenitudine ejus accipiant universi: Captivus redemptionem, ager curationem, tristes consolationem, peccator veniam,

nam, justus gratiam, Angelus lætitiã, denique tota Trinitas gloriam.

Tu autem Domine.

¶ Signum magnum apparuit in coelo, mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus ejus: * Et in capite ejus corona duodecim stellarum.

¶ Fundamenta ejus in montibus Sanctis diligit Dominus portas Sion super omnia Tabernacula Jacob. Et in capite.

LECTIO V.

¶ **N**imirum ea est, quæ velut alterum Solem induit sibi. Quemadmodum enim ille super bonos, & malos indifferenter oritur: sic ipsa quoque præterita non discutit merita, sed omnibus sese exorabilem, omnibus clementissimam præbet, omnium denique necessitates amplissimo quodam miseratur affectu. Nam & defectus omnis sub ea, & quid quid fragilitatis, seu corruptionis est, excellentissima quadam sublimitate præ cæteris omnibus excedit, & supergreditur creaturis: ut meriti sub ejus pedibus Luna esse dicatur. Amplectamur Mariæ vestigia, fratres mei, & devotissima supplicatione beatis illius pedibus provolvamur. Teneamus eam,

nec dimittamus, donec benedixerit nobis. Virtus [ait] Altissimi obumbrabit tibi. Nihil itaque mirum, si sub tali umbraculo talis etiam à muliere sustineatur amictus. Mulier amicta Sole. Induimini Dominum Jesum Christum. Quam familiaris ei facta es Domina, quam proxima, imò quam intima fieri meruisti, quantum invenisti gratiam apud Deum! In te manet, & tu in eo, & vestis eum, & vestiris ab eo vestis eum, substantia carnis, & vestiris ab eo gloria suæ majestatis.

Tu autem Domine.

¶ Quæ est ista, quæ progreditur quasi Aurora consurgens: * Pulchra ut Luna, electa ut Sol?

¶ Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, & quasi flos rosarum in diebus veris. Pulchra ut Luna.

LECTIO VI.

¶ **I**n capite (inquit) ejus corona stellarum duodecim. Dignum planè stellis coronari caput, quod & ipsis longè clarius micans, ornet eas potius, quam ornetur ab eis. Quidni coronent sydera, quam Sol vestit? Sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, & lilia con-

convallium. Quis illas æstimet gemmas? Quis stellas nōminet, quibus Mariæ regium diadema compactum est? Suprà hominem est coronæ hujus rationem exponere, indicare compositionem. In ea fere specie anno millesimo quingentesimo trigesimo primo mirabiliter picta Deipara: Imago Mexici apparuisse fertur, quæ inibi loci propè urbem ubi pio Neophito Adem sibi sacram prodigio dicitur designasse, magnifico excepta Templo ingenti colitur populorum, ac miraculorum frequentia. Quam propterea uti præsentissimum adversus publicas, privatasque calamitates presidium, Archiepiscopus Mexicanus, ut reliqui etiam illarum partium Antistites, omnium ordinum consensione, in primariam adlegit Novæ Hispaniæ Patro- nam ritèque electam Benedic- tus Decimus Quartus auctori- tate Apostolica declaravit, at- que Officium proprium, & Mis- sam sub titulo Beatæ Virginis Mariæ Guadalupensis recitari concessit.

Tu autem Domine.

✠. Elegi, & sanctificavi lo- cum istum, * Ut sit ibi nomen meum, & permanent oculi

mei, & cor meum ibi cunctis diebus.

✠. Non fecit taliter omni nationi, & judicia sua non manifestavit eis. Ut sit sibi. Glo- ria Patri. Ut sit ibi.

IN III. NOCTURNO.

Añã. Gaude Maria Virgo, cunctas hæreses sola intere- misti in universo mundo.

Psalm. Cantate Domino.

Añã. Dignare me laudare te, Virgo sacrata: da mihi vir- tutem contra hostes tuos.

Psalm. Dominus regnavit exultet terra.

Añã. Angelus Domini nuntia- vit Mariæ, & concepit de Spiritu Sancto

Psalm. Cantate Domino.

✠. Elegit eam Deus, & præ- elegit eam.

✠. In tabernaculo suo habi- tare facit eam.

LECTIO SANCTI EVANGELII SECON- dum Lucam, Cap. 1. d.

LECTIO VII.

IN illo tempore: Exurgens à Maria, abiit in Montana cum festinatione in Civitatem Juda. Et intravit in domum Zachariæ, & salutabit. Elisa- beth. Et reliqua.

Homilia Sancti Bernardi Abbatis.

De

De verbis Apocalypsis, cap. 12. circa finem.

Mirabatur Elisabeth perso- nam venientis, dicens: Unde hoc mihi, ut veniat Ma- ter Dei mei ad me? Commen- bat & vocem salutantis, adji- cients: Ut facta est vox saluta- tionis tuæ in auribus meis, exultavit in gaudio Infans in utero meo. Et beatificabat fi- dem credentis. Beata inquiens, quæ credidisti. Magna quidem præconia, sed & devota humi- litas nihil sibi passa retinere, in eum magis universa refu- dit, cujus in se beneficia lau- dabantur.

Tu autem Domine.

✠. Felix namque es, sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima; * Quia ex te ortus est Sol justitiæ: Christus Deus noster.

✠. Ora pro populo, inter- veni pro Clero, intercede pro devoto famineo sexu: sentiant omnes tuum juvamen quicum- que celebrant tuam sanctam festivitatem. Quia ex te ortus est Sol justitiæ.

LECTIO VIII.

TU, inquit, magnificas Ma- trem Domini, sed magni- ficat anima mea Dominum. In voce mea filium perhibes exul-

tasse in gaudio, sed exultavit spiritus meus in Deo salutari meo, & ipse quoque tamquam amicus sponsi gaudet ad vo- cem sponsi. Beatam esse dicis, quæ credidisti; sed credulitatis, & beatitudinis causa respectus est supernæ pietatis, ut ex hoc magis Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillam humilem, & exiguum respexit Deus. Verumtamen numquid putamus, fratres, Elisabeth sanctam in eo, quod per Spiritum utique loquebatur, erras- se? Absit. Beatæ planè, quam respexit Deus, & beata, quæ credidit. Hic enim magnus divinæ respectiois extitit fructus. Tu autem.

✠. Beatam me dicent omnes generationes, * Quia fecit mihi Dominus magna, qui potens est, & sanctum nomen ejus.

✠. Et misericordia ejus à progenie in progenies timentibus eum. Quia fecit. Gloria Patri. Quia fecit.

LECTIO IX.

INeffabili siquidem officio à Spiritu superveniens tantæ humilitati magnanimitas tanta in secretario virginis cordis accessit, ut quod videlicet, nec humilitas tanta minuit magna- nimitatem, nec magnanimitas tan-

tanta humilitatem. Sed cum in sua estimatione tam humilis esset, nihilominus & in promissionis credulitate magnanimis: ut que nihil aliud, quam exiguum sese reputabat ancillam, ad inescrutabile Sacramentum nullatenus se dubitaret electam, & veram Dei, & hominis Genitricem crederet mox futuram. Jam te, Mater misericordie, per ipsum sincerissimam tuam mentis affectum, tuis jacens provoluta pedibus Luna, mediatricem sibi apud Solem justitie constitutam devotis supplicationibus interpellat, ut in lumine tuo videat lumen, & solis gratiam tuo mereatur obtentu, quam vere amavit prae omnibus, & ornavit stola glorie induens, & coronam pulchritudinis ponens in capite suo.

Tu autem Domine.

Si festum occurrat in Dominica feria Adventus.

Bened. Per Evangelica dicta deleantur nostra delicta.

& Amen.

Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem, Cap. i. c.

LECTIO IX.

IN illo tempore: Misertus est Judaei ab Hierosolymis Sacerdotes, & Levitas ad Joan-

nem, ut interrogarent eum: Tu quis es? Et reliqua.

Homilia S. Gregorii Papae.

Homilia 7. in Evang.

EX hujus nobis lectionis verbis, fratres charissimi, Joannis humilitas commendatur: qui cum tantae virtutis esset, ut Christus credi potuisset, elegit solidè subsistere in se, ne humana opinione raperetur inaniter super se. Nam confessus est, & non negavit: & confessus est, Quia non sum ego Christus. Sed qui dixit Non sum, negavit planè quod non erat, sed non negavit quod erat: ut veritatem loquens, ejus membrum fieret, cujus sibi nomen fallaciter non usurparet. Cum ergo non vult appetere nomen Christi, factus est membrum Christi: quia dum infirmitatem suam studuit humiliter agnoscere, illius celsitudinem meruit veraciter obtinere.

Tu autem Domine.

AD LAUDES.

Añ. Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatis.

Psalm. Dominus regnavit.

Añ. Læva ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Psal.

Psalm. Jubilate Deo.

Añ. Nigra sum, sed formosa filia Jerusalem: idè dilexit me Rex, & introduxit me in cubiculum suum.

Psalm. Deus Deus meus.

Añ. Jam hyems transit, imber abiit & recessit: surge amica mea mea, & veni.

Canticle. Benedicite omnia opera.

Añ. Speciosa facta es, & suavis in deliciis tuis sancta Deigenitrix.

Psalm. Laudate Dominum.

Capitul. Ab initio, & ante sæcula creata sum, & usque ad futurum sæculum non desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministravi.

HYMNUS.

O Gloriosa Virginum,
Sublimis inter sidera,
Qui te creavit parvulum
Lactense nutris ubere.
Quod Heva tristis abstulit,
Tu reddis almo germine:
Intrent ut astra flebiles,
Coeli recludis cardines.

Tu Regis alti janua,

Et aula lucis fulgida:

Vitam datam per Virginem

Gentes redenti praeplaudite.

Jesu, tibi sit gloria,

Qui natus es de Virgine,

Cum Patre, & almo Spiritu,

In sempiterna sæcula Amen.
y. Diffusa est gratia in laeibus tuis.

z. Propterea benedixit te Deus in æternum.

AD BENEDICTUS. *Añ.*

Non fecit taliter omni nationi, & judicia sua non manifestavit eis.

ORATIO.

DEUS, qui sub Beatissimæ Virginis Mariæ singulari patrocinio constitutos perpetuis beneficiis nos cumulari voluisti; præsta supplicibus tuis, ut cujus hodie commemoratione lætamur in terris, ejus conspectu perfruamur in cælis. Per Dominum.

Et fit commemor. Advent.

AD PRIMAM.

Añ. Dum esset Rex ut in Breviario in Festo ad Nives v. Augusti.

Ad Tertiam, Sextam & Nonam, Añ. &c. ut in prædicto Officio ad Nives, terminat. Hymn. Jesu tibi sit gloria &c.

In secundis Vespertis omnia ut in primis, excepta.

AD MAGNIFICAT. *Añ.*

LEva in circuitu oculos tuos, & vide. Omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: Filii tui de longè venient, & filie tue de latere surgent.

E;

*Et fit commemor. Advent. Infraoctavam sunt dies im-
pediti; sed fit quotidie com-
memoratio de eadem.*

DIE XIII. DECEMBRIS.

*Sexta die infraoctavam Con-
ceptionis B. Mariæ.*

*Fit de S. Lucia Virg. &
Mart. duplex, cum commemora-
tione Orlavæ, & feria in
Laudib. & Ve per.*

DIE XIV. DECEMBRIS.

*Septima die infraoctavam Con-
ceptionis B. Mariæ.*

IN I. NOCTURNO.

*Leguntur Lectiones de Scrip-
tura occurrente.*

*Si autem hac die occurrat
feria quarta Quatuor Temp-
orum Lectiones primi Nocturni
leguntur ut in die Festi, & lec-
tio nona de Homilia ferie.*

IN II. NOCTURNO.

Ex Lib. S. August. Episcop.

LECTIO IV.

Dominus noster Jesus
Christus (ut inquit Aposto-
lus) factus est ex semine Da-
vid secundum carnem, id est,
tamquam de limo terræ, cum
homo non esset qui operaretur
in terra, quia nullus homo ope-
ratus est in Virgine, de qua
natus est Christus. Fons autem
ascendebat de terra, & il-

rigabat omnem faciem terræ.
Facies terræ, id est, dignitas
terræ, Mater Domini Virgo
Maria rectissime accipitur
quam irrigavit Spiritus Sanc-
tus, qui fontis, & aquæ nomi-
ne in Evangelio significatur:
ut qualis Adam de limo terræ,
talis homo ille fieret. Qui con-
stitutus est in paradiso, ut ope-
raretur ibi, & custodiret, id
est, in voluntate Patris; ut
eam impleret, ac servaret.

ꝛ. Equitatu meo.

LECTIO V.

*Ex Libro ejusdem de Natura,
& Gratia contra Pelagianos.*

CUM de peccatis agitur, de
Sancta Virgine Maria,
propter honorem Domini nul-
lam prorsus habere volo quæ-
sionem. Indè enim scimus,
quod ei plus gratiæ collatum
fuerit ad vincendum omni ex
parte peccatum, quod conce-
pere ac parere meruit eum,
quem constat nullum habuisse
peccatum. Hac ergo Virgine
excepta; si omnes illos Sanc-
tos, & Sanctas, qui in Scriptu-
ris sanctis non modo non pec-
casse, verumetiam justè vixisse,
referuntur, cum hic vive-
rent, congregare possemus, &
interrogare, utrum essent sine
peccato: quid fuisse responsu-

ros

IN III. NOCTURNO.

*Lectio Sancti Evangelii secun-
dum Lucam.*

LECTIO VII. Cap. II. d.

IN illo tempore: Loquente
Jesu ad turbas, extollens
vocem quædam mulier de tur-
ba, dixit illi: Beatos venter,
qui te portavit. Et reliqua.
De Homilia Sancti Bonaven-
turæ Episcopi.

In Comment. super Luc. II.

Audat hæc mulier Chris-
tum Dei Filium, extol-
lens laudis ejus præconium ex
beatitudine matris: quasi di-
cat: Beata mulier, quæ porta-
vit tam bonum filium. Et rec-
tè, quia decebat sexum fami-
neum sic laudare. Nec tantum
fæminas, immò etiam viros.

Nam suprâ dixit Virgo: Ex
hoc beatam me dicent omnes
generationes. Fuit autem ven-
ter Virginis beatus propter
tria privilegia, quia (ut dicit
Bernardus) fuit sine corruptio-
ne fœcunda, sine gravidine
gravida, & sine dolore puer-
pera. Unde dici potest illud
Isaïæ. Quis audivit umquam
talem? Et quis vidit hæc simile?
ꝛ. Omnes moriemini.

LECTIO VIII.

Fuit etiam beatus propter
tria miracula. Primum, est
con-

ros putatus? Quantalibet fue-
rint in hoc corpore excellen-
tia sanctitatis, si interrogari
potuissent, una voce clamas-
sent illud, quod ait Joannes
Apostolus: Si dixerimus, quia
peccatum non habemus, ipsi
nos seducimus, & veritas in
nobis non est.

ꝛ. Fac tibi arcam.

*Ex Libro S. Ildefonsi Archie-
piscopi Toletani.*

LECTIO VI.

*Contra eos, qui disputant de
virginitate, & parturitione
B. Mariæ.*

Totum quiddid in Maria
fuit, possedit Spiritus
Sanctus: quoniam virtus Altis-
simi eam obumbravit. Quod
si virtus Altissimi ab omni
æstu peccati eam obumbravit
in conceptu & in partu; sicut
ab omni æstu libidinis libera
fuit, ita & ab omni pressura
maledictionis, non ex sese, sed
ex virtute Altissimi immunis
& aliena fuit. Quapropter cogi-
tent isti disputatores natura-
rum leges, cogitent & divina-
rum virtutem, quia non ex na-
tura rerum divina leges pen-
dent, sed ex divinis legibus
naturæ rerum & leges manare
probantur.

ꝛ. Fiat mihi.

Xx

conjunctio infinite distantium. Deus enim ibi factus est homo, Creator creatura, Immensus parvus, Verbum infans, Aeternus temporalis, secundum illud Joannis: Et Verbum caro factum est. Secundum miraculum est, quia qui fecit ventrem, factus est in ventre. Unde in Psalmis dicitur: Gloriosa dicta sunt de te, Civitas Dei. Et post: Homo natus est in ea: & ipse fundavit eam Altissimus. Tertium miraculum, quia qui continet omnia, contineitur in ventre: & ille ibi capitur, quem totus non capit orbis. Unde cantat Ecclesia: quia quem caeli capere non poterant, tuo gremio contulisti.

⁊. Filius meus.

LECTIO IX.

NEC tantum beatificat ventrem propter portationem, sed ubera propter lactationem cum subiungit. Et ubera, quae suxisti. Ex quo datur intelligi, quod à solis uberibus Beatissimae Virginis lactatus fuit. Quod designatum fuit in Moysè, qui lactari [ut dicitur] noluit à muliere Aegyptiaca. Et ideo quaesita fuit mulier Hebraea, scilicet mater propria, sicut in Exodo legitur. Ideo

autem junxit ista duo, ut ostenderetur Virgo Maria fuisse mater Christi vera & perfecta: quia non solum genuit, sed & educavit; & sicut verè educavit, ita verè genuit.

Te Deum laudamus.

In Laudibus & Vesperis fit commemoratio seriae.

DIE XV. DECEMBRIS.

Ottava Conceptionis B. Mariae.

Duplex.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura concurrente.

Si autem hac die occurrat feria quarta Quatuor Temporum, Lectiones primi Nocturni leguntur ut in die festi, & lectio nona de Homilia seriae.

IN II. NOCTURNO.

Ex Libro Sancti Anselmi Episcopi.

LECTIO IX.

De Excellentia Virginis.

SUMMA Dei sapientia nullam in massa creationis humanae viam invenit, per quam (ut disposuerat) in mundum veniens, tam lucuosae perditioni subveniret, donec ad istam, de qua loquimur, Virginem ventum esset. Sed haec mox, ubi in mundum per humanae generationis lineam venit, tanta omnis boni virtu-

-te

te & Constantia, perfectè respiciens, ut eam ipsa sapientia Dei verè dignam judicaret, per quam in homine veniens, non modò reatum primorum, hominum sed & totius mundi peccata deleteret, & diabolum sui operis inimicum cum suis elideret, necnon damna caelestis patrie illuc hominem deducendo redintegraret.

⁊. Equitatu meo.

LECTIO V.

Ex Libro ejusdem de Conceptu Virginali.

DEcebat, ut Christi Conceptio de Matre purissima fieret. Nempè decens erat, ut ea puritate, qua major sub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret; cui Deus Pater unicum Filium suum, quem de corde suo aequalem sibi genuitum tanquam seipsum diligebat, ita dare disponebat, ut naturaliter esset unus, idemque communis Dei Patris, & Virginis Filius, & quam ipse Filius substantialiter facere sibi matrem eligebat, & de qua Spiritus Sanctus volebat, & operaturus erat, ut conciperetur, & nasceretur ille, de quo procedebat.

⁊. Fac tibi arcam de lignis laevigatis.

Ex dictis diversorum Sanctorum.

LECTIO VI.

Ex Presbyteris Achata, ut refert Aloysius Lipomanus.

ANDREAS Apostolus: Quomodo de immaculata terra factus fuerat homo primus, necessarium fuit, ut de immaculata Virgine natus Christus, vitam aeternam, quam omnes perdidierant, repararet Augustinus: Sicut primus Adam de limi materia figuratus est, ita secundus Adam, quasi de intacta, ac rudi terra, de Virginis carne formatus est. Hieronymus: Haec est hortus conclusus, fons signatus, puteus aquarum viventium, ad quam nulli potuerunt doli irrumperere, nec praevaluit fraus inimici, sed permansit sancta mente, & corpore, multis dogmorum privilegiis sublimate: Idem in Psalmis: Pulchrè Prophetam appellat, Virginem nubem diei. Nubes enim illa non fuit in tenebris, sed semper in luce. Anselmus: O benedicta super mulieres, quae Angelis vincis puritate, & Sanctos superas pietate.

⁊. Fiat mihi sanctuarium, & habitabo in medio eorum.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO Sancti Evangelii secundum Lucam.

LECTIO VII. Cap. 11. d.

IN illo tempore: Loquente à Jesu ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter qui te portavit. Et reliqua.
De Homilia Sancti Bonaventuræ Episcopi.

In Comment. super Luc. 11.

AT ille dixit: Quinimo beati, qui audiunt verbum Dei. Hoc non dixit adversando, sed potius superaddendo: quasi diceret: Non solum beatus venter, qui portavit me Verbum caro factum: verumetiam beatorum, qui suscipit verbum à me prolatum. Unde & Maria non tantum beata fuit, quia Christum gestavit in carne; verumetiam beatorum, quia ipsum perfectissimè gestavit in mente, secundum quod dicit Augustinus: Beatior fuit Maria concipiendo fidem Christi, quam carnem Christi. Beatus est enim omnis, qui audit, & obedit: secundum illud ipsius Domini apud Joannem: Si hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea. Et ideo subdit: Et custodiant illud.

y. Omnes moriemini.

LECTIO VIII.

IN quo verbo Christus nobilitari laudari matris cognitionem carnalem per se. (nam & supra Joannes dixit Judæis: Ne cœperitis dicere: Patrem habemus Abraham) sed spiritualementem, quia sanctior copula mentium, quam corporum. Et ideo cum quærerent cum mater, & fratres ejus, dixit: Quicumque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, soror, & mater est. Et propter hoc Virgo Maria fuit laudabilis in concipiendo, quia fide concepit. Et ideo dixit ei Elisabeth: Beata, quæ credidisti, quoniam perfecerunt ea, quæ dicta sunt tibi à Domino.
y. Filii meus.

LECTIO IX.

EX quo apparet mira commendatio veritatis, quæ omnes sibi adherentes beatos efficit: non solum adherentes carnali cognitione, ut Virgo Maria; verumetiam spirituali dilectione, sicut qualibet anima sancta. Ut enim dicit Augustinus: Beatitudo est gaudium de veritate. Ad quod gaudium deveniunt, qui veritatem audiunt, diligunt, & faciunt, secundum illud Ecclesiasticus.

siasticus: Qui audit me non confundetur: & qui operantur in me, non peccabunt: Qui eludant me, vitam æternam habebunt.

Te Deum laudamus.

In Laudibus fit commemoratio ferie.

In secundis Vesperis fit commemoratio S. Eusebii & ferie.

DIE XVI. DECEMBRIS.

In Festo Sancti Eusebii Episcopi, & Martyris.

Semiduplex.

Omnia de Communi unius Martyris, præter ea, quæ hic assignantur.

Oratio: Deus, qui nos Beati Eusebii, de Communi.

Fit commemoratio ferie Adventus.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Eusebius natione Sardu, Romanæ Urbis Lector, post Vercellensis Episcopus, ad hanc regendam Ecclesiam meritò est creditus divino electus iudicio; nam quem nunquam ante constituti Electores cognoverant, posthabitis civibus, simul ut viderunt, & probaverunt; tantumque interfuit, ut probaretur, quantum

ut videretur. Primus in Occidentis partibus in eadem Ecclesia eosdem Monachos instituisse, quos Clericos, ut esset in ipsis viris, & contemptu rerum & accurato Levitarum. Ariani impietatis ea tempestate per Occidentem longè, lateque traductis; adversus eas viriliter sic dimicavit, ut ejus invidiæ fides Liberium Summum Pontificem ad vitæ solatium erigeret. Quare hic sciens, in ipso fervere Spiritum Dei, cum ei significasset, ut penes Imperatorem una cum suis legatis patrocinium Fidei susciperet, mox cum illis profectus est ad Constantium, apud quem enixius agens, quidquid legatione petebatur obtinuit, ut Episcoporum nempè cœtus celebraretur.

y. Honestum fecit.

LECTIO V.

Collectum est Mediolani Anno sequenti Concilium, ad quod à Constantio invitatum Eusebium, concupitumque, ac vocatum à Liberii legatis, tantum abest, ut malignantium Synagoga. Ariatorum contra Sanctum Athanasium fuerentium in suas partes adduceret, ut potius disertè statim ipse declarans, è præsen-

sentibus quosdam sibi comper-
tos hæretica labe pollutos. Ni-
cænam imò fidem proposuerit
iis subscribendam, ante quam
cætera tractarentur. Quod Ari-
anus acerbe iratis negantibus,
nedum in Athanasium recusa-
vit ipse subscribere; quin San-
cti Dionysi Martyris, qui de-
ceptus ab ipsis subscriperat,
captivatam simplicitatem inge-
niosissime liberavit. Quam-
obrem illi graviter indignan-
tes, post multas illatas injurias,
exilio illum multarunt; sed San-
ctus vit excusso pulvere, nec
Cæsaris minas veritus, nec en-
ses obstructos, exilium veluti
sui ministerii officium accep-
pit, missusque Scythopolim,
famem, sitim, verbera, diver-
saque supplicia perpersus, pro
fide strenue vitam contempsit,
mortem non metuit, corpus
carnificibus tradidit.

y. Desiderium animæ.

LECTIO VI.

Quanta in eum tunc Ari-
anorum crudelitas fuerit,
ac effrons invecundia,
ostendunt graves literæ plenæ
robore, pietatis, ac religionis,
quas è Seythopoli scripsit ad
Vercellensem Clerum, & po-
pulum, aliosque finitimos, è
quibus etiam est exploratum,

ipsorum nec minis, inhumana-
que sævitia potuisse unquam
eum deterreti, nec serpentina
blandia subtilitate ad eorum
societatem perducere. Hinc in
Cappadociam, postremòque ad
superiores Ægypti Thebaidas
pro constantia sua deportatus,
exilii rigores tulit ad mortem
usque Constantii, post quem ad
gregem suum reverti permis-
sus, non prius redire voluit,
quam reparandis fidei jacturis
ad Alexandrinam Synodum se-
se conferret, postque Medi-
ci præstantis instar peragrans
Orientis provincias in fide in-
firmos ad integram valetudi-
nem restitueret, eos instituens
in Ecclesiæ doctrina. Inde sa-
lubritate pari digressus in Illiri-
cum, tandemque in Italiam de-
lato, ad ejus reditum lugubres
vestes Italia mutavit, ubi post-
quam Psalmorum omnium ex-
purgatos à se commentarios
Origenis, edidit, Eusebiique
Cæsariensis, quos veteratè de
Græco in Latinum, demùm
tot egregiè factis illustris ad im-
marcescibilem gloriæ coronam
taatis ærumnis promeritam
sub Valentiniano, & Valente,
Vercellis migravit.

y. Stola jucunditatis.

In

In stitio Nocturn. Homilia
S. Gregor. Pape in Evang.
Si quis vult post me venire,
ut in Commun. unius Martyris
secundò

w viii Domine prævenisti.

Miss. Sacerdotes Dei, ut in
eodem Commun. secundo loco,
Et sit commem. Feria.

DIE XIX. DECEMBRIS.

In die Oñava B. V. Mariæ de
Guadalupe Mexicana.

Duplex.

Omnia ut in Festo, exceptis
Lectionibus.

IN I. NOCTURNO.

De Canticis Canticorum.

LECTIO I. Cap. 2.

EGO flos campi, & lili-
um convallium. Sicut lili-
um inter spinas, sic Amica mea
inter filias. Sicut malus inter
ligna silvarum, sic dilectus
meus inter filios. Sub umbra
illius, quem desideraveram,
sedi: & fructus ejus dulcis gut-
turi meo. Introduxit me in
cellam vinariam, ordinavit in
me charitatem. Fulcite me flo-
ribus, stipate me malis: quia
amore languo. Læva ejus sub
capite meo, & dextera illius
amplexabitur me. Adjuro vos
filia Jerusalem per capreas,
servosque camporum, ne sus-
citetis, neque evigilare faciatis

dilectam, quoadusque ipsa ve-
lit. Tu autem Domine.

y Vidi speciosam sicut col-
lumbam, ascendentem desu-
per rivus aquarum: cujus inæs-
timabilis odor erat nimis in
vestimentis ejus: * Et sicut
dies verni circumdabant eam
flores rosarum, & lilia con-
vallium.

y. Quæ est ista, quæ ascen-
dit per desertum sicut virgula
fumi, ex aromatisibus myrrhæ,
& thuris? Et sicut.

LECTIO II.

VOX dilecti mei, ecce iste
venit saliens colles: similis
est dilectus meus capræ hin-
duleque cervorum. En ipse
stat post parietem nostrum,
respicens per fenestras, pro-
spiciens per cancellos. En di-
lectus meus loquitur mihi:
Surge, propra amica mea, co-
lumba mea, formosa mea, &
veni. Jam enim hyems tran-
sisti, imber abiit, & recessit.
Flores apparuerunt in terra
nostra, tempus putationis ad-
venit: vox turturis audita est
in terra nostra: ficus protulit
grossos suos: vinea florentes
dederunt odorem suum.

Tu autem Domine.

y. Quæ est ista, quæ ascen-
dit

dit sicut aurora consurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol, * Terribilis ut castrorum acies ordinata?

¶ Filia Sion tota formosa, & suavis es, pulchra ut Luna, electa ut Sol. Terribilis.

LECTIO III.

Surge Amica mea, speciosa mea, & veni, columba mea in foraminibus petrae, in caverna maceriae, ostende mihi faciem tuam; sonet vox tua in auribus meis; vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Capite nobis vulpes parvulas, quae demolliantur vineas; nam vinea nostra floruit. Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paschitur inter lilia donec aspiret dies, & inclinentur umbræ. Revertere: similis esto, dilecte mi, cæptæ, hinnuloque cervorum super montes Berthe. Tu autem Domine.

¶ Quæ est ista, quæ processit sicut Sol, & formosa tamquam Jerusalem? * Viderunt eam filia Sion, & beatam dixerunt, & Reginae laudaverunt eam.

¶ Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, & lilia convallium. Viderunt. Gloria Patri. Viderunt eam.

IN II. NOCTURNO.

Sermo Sancti Cyrilli Episcopi Alexandrini.

Homilia contra Nestorium.

LECTIO IV.

Hilarem video coetu Sanctorum omnium, qui convenerunt promptis animis, à Sancta & Dei Matre Maria semper Virgine convocati. Laus & gloria sit tibi Sancta Trinitas, quæ omnes nos ad hanc celebritatem convocasti. Sit etiam tibi Sancta Dei Mater laus. Tu enim es pretiosa margarita orbis terrarum: tu lampas inextinguibilis, corona virginittatis, sceptrum orthodoxæ fidei, templum indissolubile, continens eum qui nusquam contineri potest, mater & virgo, per quam benedictus, qui venit in nomine Domini, in sanctis Evangelii nominatur.

Tu autem Domine.

¶ Signum magnum apparuit in coelo. mulier amictu Sole, & Luna sub pedibus ejus: * Et in capite ejus corona duodecim stellarum.

¶ Fundamenta ejus in montibus Sanctis diligit Dominus portas Sion super omnia Tabernacula Jacob. Et in capite ejus.

Lec.

LECTIO V.

PER te Trinitas sanctificatur, per te Crux pretiosa celebratur, & adoratur in toto orbe terrarum. Per te exultat coelum, latantur Angeli & Archangeli, fugantur demones, & homo ipse ad ocelum revocatur. Per te omnis creatura, idolorum errore detenta, conversa est ad agnitionem veritatis, & fideles homines ad sanctum baptismum pervenerunt, atque in toto orbe terrarum constructæ sunt Ecclesie. Tu autem Domine.

¶ Quæ est ista, quæ progreditur quasi Aurora consurgens: * Pulchra ut Luna, electa ut Sol?

¶ Quasi arcus refulgens inter nebulas gloria, & quasi flos rosarum in diebus vernis. Pulchra ut Luna.

LECTIO VI.

TE adjutrice gentes veniunt ad poenitentiam. Quid plura? Per te Unigenitus Dei Filius, vera illa lux effulsit sedentibus in tenebris & umbra mortis: Per te Prophetæ prænuntiabant, per te Apostoli salutem Gentibus predicarunt. Quisnam poterit tuarum laudum præconia explicare, Maria mater & virgo? Hanc, fra-

tres dilectissimi, celeberrimus, ejus Filium Ecclesie spiritum immaculatum adorantes: cui honor, & gloria in sacula sæculorum. Amen. Tu autem Domine.

¶ Elegi, & sanctificavi locum istum, ut sit tibi nomen meum, & permanent oculi mei, & cor meum tibi curâs diebus.

¶ Non fecit taliter omni nationi, & judicia sua non manifestavit eis. Ut sit tibi nomen meum. Gloria Patri, & Filio. Ut sit tibi.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO Sancti Evangelii secundum Lucam. Cap. 1. d.

LECTIO VII.

IN illo tempore: Exurgens Maria, abiit in Montaniam cum festinatione in civitatem Juda. Et intravit in domum Zachariae, & salutavit Elisabeth. Et reliqua.

De Homilia Venerabilis Bedæ Presbyteri.

Verum audiamus verba, quæ Virgo dixit, si forte ex his valeamus aliquantum dignoscere, quid intus habuerit: Audita ergo responsione Elisabeth, quæ eam Beatam inter mulieres predicavit, Maria mater & virgo? Hanc, fra-

y

vit,

vit, fide fortem laudavit, ad
cujus ingressum se ipsam cum
Filio Spiritu Sancto repletam
esse signavit; non amplius ta-
cere potuit dona, quæ perce-
perat, sed quæ semper animo
gerebat, ubi aptum tempus in-
venit, etiam devota oris pro-
fessione patefecit. Tu autem
Domine.

R. Felix namque es, sacra
Virgo Maria, & omni laude
dignissima; * Quia ex te ortus
est Sol justitiæ Christus Deus
noster.

Y. Ora pro populo, inter-
veni pro Clero, intercede pro
devoto famineo sexu: sentiant
omnes tuum juvamen quicum-
que celebrant tuam sanctam
festivitatem. Quia ex te ortus
est Sol justitiæ.

LECTIO VIII.

NAMQUE, ut virginalem
decebat pudorem, ac-
ceptum divinitus oraculum ali-
quandiu silentio tegebat, ar-
canum mysterium cœlestis in
sui pectoris abdito veneraba-
tur occultum, expectabat re-
verentè, donec ipse donorum
distributor, quid sibi doni
specialis tribuisset, quid se-
creti revelasset; quandomcum-
que vellet ostendere. Ad post-
quam eadem, quæ sibi erant

charismata præstita per alios
spiritu revelante esse patefac-
ta cernebat, mox ipsa etiam
thesaurum cœli, quem in cor-
de servabat, aperuit. Ait er-
gò: Magnificat anima mea Do-
minum. Et exultavit spiritus
meus in Deo salutari meo.

Tu autem Domine.

R. Beatam me dicent om-
nes generationes, * Quia feci-
ci mihi Dominus magna, qui
potens est & sanctum nomen
ejus.

Y. Et misericordia ejus à
progenie in progenies timent-
ibus eum. Quia fecit. Gloria
Patri. Quia fecit.

LECTIO IX.

QUIBUS profectò verbis pri-
mo dona sibi speciali-
tè concessa constitutur;
deinde generalia Dei benefi-
cia, quibus generi humano in
aeternum consulere non desit-
tit, enumerat: quæ cum om-
nibus perfectis verba rectè
convenient, maxime tamen ea
Beatam Deigenitricem profer-
re decebat, quæ meriti privi-
legio singularis spiritali ip-
sius dilectione flagabat, cu-
jus corporali conceptione gau-
debat. Quæ sequentibus quo-
que verbis, quam vilis de se
ipsa senserit, docet, & quod
om-

omne quicquid boni meriti
habuit, hoc superna gratia lar-
gente perceperit, dicens: Quia
respexit humilitatem ancillæ
suar.

Tu autem Domine.

DIE XX. DECEMBRIS.

*In Festo Sancti Dominici
Sylensis Abbatis.*

Duplex.

*Omnia de Communi Confes-
soris, non Pontificis, præter
ea, quæ sequuntur.*

ORATIO.

DEUS, qui Ecclesiam tuam
Beati Dominici Confes-
soris tui præclaris vitæ me-
ritis decorasti, & in liberan-
dis captivis gloriosis letificasti
miraculis: concede nobis
famulis tuis, ut & ipsius in-
struamur exemplis, & ab om-
ni vitiorum servitute ejus pa-
trocinio liberemur. Per Do-
minum nostrum.

*LECTIONES primi Nocturni de
Scriptura occurrente.*

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Dominicus Abbas hones-
tis parentibus natus est
Cannis, oppidulo ad radices
Idubedæ montis in Cantabris.
Quem ab ipsa pueritia mirus
monastica vitæ ardor occupa-
vit: adeò ut relicta gregis pa-

terni cura in solitudinem se-
cesserit. Sed cum patrum ei
tota videretur ista solitudo,
insigne Sancti Amiliani Cœno-
bium adiit: ubi cum diu
sub habitu, & disciplina mo-
rastica vixisset magna sanc-
titalis opinione, Ecclesiæ Can-
narum regenda præficitur: in-
dè in Cœnobium Sancti Ami-
liani revocatus, Prior efficitur.
Verum dum Cantabro-
rum Regi, quædam à Cœno-
bio injustè exigenti constan-
tissimè restitit, ab eodem in
Idubedæ montis in via duobus
Mônachis comitibus actus est.
Qui ejus furori cedere cupiens,
ad Ferdinandum Castellæ, &
Legionis Regem ejus nominis
primum, se contulit. Qui viri
Dei sanctitate motus, illum
ad se adeuntem benignè, &
honorificè excepit, & Cœno-
bio Sancti Sebastiani præesse
voluit, addito ab Episcopo
Dioecetano Abbatis titulo.

R. Honestum fecit illum
Dominus, & custodivit eum
ab inimicis, & à seductori-
bus tutavit illum. * Et dedit
illi claritatem æternam.

Y. Justum deduxit Domi-
nus per vias rectas, & ostendit
illi regnum Dei. Et dedit illi
claritatem æternam.

LECTIO V.

Rat autem ipse locus infrequens, utpotè, qui sterilibus quibusdam Idubedamontis, collibus subjaceat, quia mons ipse Celtiberos tangit. At claritate miraculorum, quæ quotidie per servum suum Dominicum operabatur Deus, tam celebris, ac frequens factus est, ut eo tempore per Hispaniam nullus illustrior esset. Nulla enim ferme morborum genera erant, quæ Dominici precibus ab hominum corporibus non pellerentur. Unde Cœnobio in augustiorem formam erecto magno etiam monachorum numero coaluit, Regibus ac populis multa illi certatim offerentibus; quin etiam singulari privilegio servum suum insignivit Dominus, ut Christiani, qui apud Mahometanos vindicti multis ferri ponderibus tenebantur, invocato Dominico, liberarentur.

¶. Amavit eum Dominus, & ornavit eum; stolam gloriæ induit eum. * Et ad portas paradisi coronavit eum.

¶. Induit eum Dominus lorica fidei, & ornavit eum. Et ad portas.

LECTIO VI.

Demum gravi morbo correptus, Ecclesiæ Sacramentis devotissimè susceptis migravit ad Dominum anno Domini millesimo septuagesimo quarto. Eo autem die quo migravit è Corpore, visa est à pueris quibusdam illius animi triplici corona decorata in Cœlum subvolare. Corpus verò ejus in eodem Cœnobio conditum hodie cernimus, quod Sanctum Dominicum Sylos appellamus. Ad cuius sepulchrum orans Joanna, Felicis Guzman uxore, olim infecunda, filium impetravit, cui Sancti hujus viri propterea nomen imposuit. Quod quidem ipse mira vitæ Sanctitate, sacroque Prædicatorum Ordine instituto, multò reddidit illustrius, quam accepit.

¶. Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingredere in requiem meam. * Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus.

¶. Iste est, qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Quia. Gloria Patri. Quia.

Lectiones tertiæ Nocturni
Homilia in Evangelium. Ecce

nos

nos reliquimus omnia, de Comuni Abbatum.

Missa: Os justi. Pro Abbatibus.

Oratio: Deus, qui Ecclesiam tuam.

DIE XXII. DECEMBRIS.

In Festo Sancti Flori Martyr.

Cujus Reliquia asservatur in Ecclesia Cathedrali Angolopolitana.

Duplex.

Omnia de Comuni unius Martyris.

Oratio: Præsta quæsumus, secundo loco.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

Et si venerit in die Quatuor Temporum Fratres debitores, ut in Comuni plurimum Martyrum.

In secundo Nocturno de Expositione S. Augustini. Principes, de secundo loco.

Homilia ut in die S. Polycarpi xxvii. Januarii.

Missa: Latabitur. Et in Matrice dicitur Credo.

Et in die Quatuor Temporum, legitur Evangelium in fine Missæ.

DIE XXXI. DECEMBRIS.

Pro Metropoli. Eccles.

In Festo Sanctæ Hilariæ Martyris.

Cujus Corpus asservatur in dicitur Cathedrali Ecclesia.

Duplex.

Omnia de Comuni Martyrum non Virginum.

Oratio: Deus, qui inter cætera, ut in Comuni non Virginum.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura, ut in Kalend. notatur.

In secundo Nocturno: Ego maximè &c.

In tertio Nocturno Homilia in Evangelium: Thesaurò abscondito, &c. de eodem Comuni.

Commemoratio Octavarum in Laudibus & Missa, quæ est: Me expectaverunt. Credo, & Prefat. Nativitatis.



DIE

DIE XXV. JUNII.

IN EESTO

S. GULLIELMI ABBATIS,
Fundatoris Benedictinæ Congregationis
Montis Virginis.

DUPLEX.

Ana. Similabo eum viro sapienti, qui edificabit domum suam supra petram.

†. Amavit eum Dominus, & ornavit eum.

‡. Stulam gloriæ induit eum.

ORATIO.

DEUS, qui infirmitati nostræ ad terendum salutis viam in Sanctis tuis exemplum, & præsidium collocasti: da nobis, ita Beati Gullielmi Abbatis merita venerari, ut ejusdem excipiamus suffragia, & vestigia prosequamur. Per Dominum nostrum.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Lib. Sapientie: Justus si morte.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Gullielmus nobilissimus parentibus Vercellis Insubria natus, vix quartum decimum ætatis annum expleverat, cum miro quodam pietatis ardore flagrans Compostellanam peregrinationem ad celeberrimum Sancti Jacobi Templum aggressus est. Quod iter una amictus tunica, ac duplici ferro circulo præinctus, nudisque pedibus prosectus, asperissima frigoris

&

& ætus, famis & sitis summo cum vitæ discrimine peressus est incommoda. Reversus in Italiam, novam ad sanctum Domini Sepulchrum peregrinationem molitur; sed quominus propositum exequatur, varia, atque gravissima intercedunt impedimenta, divino Numine ad altiora, & sanctiora religiosam Juvenis indolem retrahente. Porro in soliculo monte biennium inter assiduas preces, vigiliis, chameunias, & jejunia commoratus, divina subnixus, ope, cæco lumen restituit; cujus miraculi fama percrebescente, jam Gullielmus latere non poterat; quare iterum Hierosolymam cogitat, & alacris se itineri committit.

‡. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoribus tutavit

illum. * Et dedit illi claritatem æternam.

†. Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit illi claritatem.

LECTIO V.

DEI autem monitu, qui eidem apparuit, à proposito revocatur, utilior, & fructuosior, tam apud Italos, quàm apud exteras nationes futurus. Tum Monasterium in Virgiliani Montis cacumine, quod deinde Virginis est appellatum, loco aspero, & inaccesso miranda edificat celeritate. Socios deinde viros, & Religiosos, adsciscit, eosque ad vivendi normam. Evangelicis præceptis, & consiliis summopere accommodatam, tum certis legibus ex Beati Benedicti institutis, magna ex parte desumptis, tum verbo, & sanctissima vitæ exemplis informat.

‡.

ꝑ. Amavit eum Dominus, & ornavit eum; stolam gloriæ induit eum, * Et ad portas paradisi coronavit eum.

ꝑ. Induit eum Dominus lorica m fidei, & ornavit eum: Et ad portas.

LECTIO VI.

Aliis deinde Monasteriis erectis, clarior in dies Gulielmi facta sanctitas, multos ad eum undique viros perducit, sanctitatis odore, & miraculorum fama allectos. Nam muti loquelam, surdi auditum, aridi vigore, varioque, & immedicabili morbo laborantes, sanitatem ipsius intercessione receperunt. Aquam in vinum convertit, aliaque complura mirabilia patavit; inter quæ illud non silerendum, quod, muliercula ad ejus castitatem tendendam missa, in ardentibus

prunis humi stratis illæsum se volutavit. De qua re certior factus Rogerius Neapolis Rex in summam Viri Dei venerationem adducitur. Demum tempore sui obitus Regi, aliisque prænuntiatio, innumeris virtutibus, & miraculis clarus obdormivit in Domino anno salutis millesimo centesimo quadragesimo secundo.

ꝑ. Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingredere in requiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus.

ꝑ. Iste est, qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Quia. Gloria Patri. Quia.

In tert. Nocturn. Homilia in Evangel. Ecce nos reliquimus omnia, ut in Communi Abbatum.

SOLI DEO HONOR, ET GLORIA.

B. SEBASTIANI

AB APPARITIO,

Laici Professi Ordinis Minorum de Observantia S. FRANCISCI.

DUPLEX MINUS

Omnia de Communi Confessoris, non Pontificis, præter Orationem, & Lectiones secundi Nocturni.

ORATIO. (*) mentibus tibi servire, & gratiæ tuæ munera consequi valeamus. Per Dñum nostrum, &c. IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV. SEBASTIANUS Gudicæ Sænæ Galliciæ Oppidi Dicecesis Aurixien-

(*) Ex orationibus propriis adprobatæ à SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO Literis in Forma Brevis die 27. Martii currentis anni pro solemnibus ejusdem B. SEBASTIANI AB APPARITIO Beatificatione.

sis ex honesta stirpe in Hispania ortum habuit. Ab infantia pie educatus, ac puer pascendis gregibus deditus nihil puerile gessit in opere, statimque apparuit, eum ad magnum aliquid portendendum peculiari Dei providentia fuisse præservatum; nam, ut constanti fertur fama, quum duodennis ex lue contagiosa læthaleriter decumberet, & solus in semidiruto tugurio esset derelictus, morsu lupi é nemore erumpentis, qui leniter tumorem perripit, pusque virulentum plane absternit, à Matre illuc redeunte mirabiliter repertus fuit sanatus. Pueritia domi probè tractata, adolescens é paterno solo egressus, Saltanicam secessit, ibique alieno servitio mancipatur: tum rei agrariæ alibi addictus, ut Parentum inopiam sublevaret, varia hinc inde expertus est discrimina, in iisque ter mulieres ejus Virginitati insidiantes, invictè rejecisse perhibetur. Hisce verò periculis valdè commotus, in novam Hispaniam, quo Evangelica Fides nuper fuerat invecata, proficisci in animum sibi induxit, navimque conscendens cum aliis sociis, quorum convicia æquanimitè in itinere tulit, prospera tandem navigatione confecta, primò Angelopolim, dein de Mexicum appulit. Tu autem, &c.

LECTIO V.

Egregiæ charitatis ejus in Proximum illico cœpit Mexicum illico cœpit Mexicici præbere argumenta. Quum enim ibi novo opificio construendi plaustra, arduoque labori aperiendi vias rectas per impervias sylvas, præsertim eam, quæ é Mexico ducit ad Zacathecam, totum se daret, pingues opes, quas inde sibi comparabat, in Viduis, & Orphanis alendis, honestis puellis dotandis; aliisque hujus generis

misericordiæ operibus impendebat. Quocirca hominem multo ære alieno gravatum, atque adeo à Licitoribus captum, toto debito generosè soluto, é vestigio ab eorum manibus liberavit. Hinc tantam Virtutis opinionem adeptus fuit; ut etiam ab Invo opificio construendis, ingenita ferocitate deposita, obsequium similiter mereretur. Nuptias, quas olim modeste abnuerat, postmodum inire decrevit. Itaque bis Matrimonium cum honestis Virginibus contraxit, quas tamen, iisdem consentientibus, intactas reliquit. Quare Dæmon variis

4
modis eum est aggressus: nunc foeda spectra ferocis Tauri, trucesque Mauri ei obijciens: nunc venusta mulieris impudicè gestientis formam induens: sed vir Dei signo Crucis cuncta hostis molimina vicit. Postrema Coniuge defuncta, Ordini Seraphico adscribi petit, ac Monialibus S. Clare, cunctis opibus relictis, voti sui compos jam septuagenarius in statu laici effici meruit. Tu autem, &c.

LECTIO VI.

Solemnibus votis Deo nuncupatis, in omni virtutum genere mirifice eniuit. Summa ei inerat simplici-

tas, animi candor, mansuetudo, obedientia, paupertas, in adversis item tolerandis eximia patientia. Temperans adeo fuit, & fortis, ut præter proluxa jejunia, & corporis afflictationes, noctes insomnes sæpe traduxerit; dignus propterea, cui, ut fertur, esurienti in deserto, & omni humana ope destituto, Angeli cibaria ministrarint, lassitudi- ne confectum recrea- rint, dormientem caelesti splendore circumful- serint; itinerantem à pluvia, & nivibus de- fenderint; ex via de- vium, in rectum trami- tem deduxerint, deque uno in alium locum trans-

trastulerint. Futuros eventus quoque præ- novit, secreta item ca- lestia, & cordium arca- na penetravit, & in fe- rociore belluas abso- lutum semper exercuit dominium. Eucharis- tiæ Sacramentum, quod in extremo morbo ex vomitu præpeditus su- mere non poterat, ad se deferri poposcit, & humi stratus, lachry- misque perfusus in- narrabili animi sensu coluit. Senio tandem

5
confectus, prope cente- narius ultimum diem placidissimè Angelo- poli clausit. Post mor- tem corpus ejus, quod ex poenitentia attritum, squallidumque erat, sta- tim formosam induit speciem, suavem que spiravit odorem. Vir- tutibus denique, & Mi- raculis clarus à PIO in Beatorum cærum so- lemnièter est relatus. Tu autem Domine, &c.



UNIVERSIDAD ALICANTE
BIBLIOTECA DE ROMA DE N. S. S. LEÓN
BIBLIOTECA DE BIBLIOTECAS DE

DECRETUM

Ordin. Minor. S. FRANCISCI de Observantia.

Sanctissimus D. N. PIVS VI. Pont. Max. ad humillimas preces P. Fr. Matthæi Ximenez Sacerdotis Professi Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia ac Cause Postulatoris, suprascriptas Lectiones secundi Nocturni B. SEBASTIANI AB APPARITIO, Laici Professi supradicti Ordinis, ab Emō. & Rmō. D. Card. Albani S. Collegii Decano, & Causæ Relatore, & à R. P. Carolo Erskine S. Fidei Promotore adprobatas; ab omnibus utriusque sexus tam Secularibus, quam Regularibus, quibus in Breui Beatificationis ejusdem Beati Officium concessum est, recitari posse benigne indulisit. Die 19. Augusti 1789.

J. Card. Archintus Præfectus.

Loco † Sigilli.

D. Coppola S. R. C. Secretarius.

ROMÆ Typis Rev. Camera Apostolicæ 1789.

HISPANIARUM.

Sanctissimus Dominus noster PIVS SEXTUS Pontifex Maximus ad preces P. Fr. Matthæi Ximenez Postulatoris Cause B. SEBASTIANI AB APPARITIO, Laici Professi Ordinis Minorum de Observantia S. Francisci, nomine Serenissimi Caroli IV. Regis Hispaniarum supplicantis, referente R. P. Carolo Erskine sanctæ Fidei Promotore, benigne indulisit, ut ab utroque Clero Indiarum Occidentalium eidem Serenissimo Regi subjeotarum, necnon Diocesum Compostellane, & Aurisiensis, recitari possit Officium, & Missa celebrari de Communi Confessoris non Pontificis in honorem B. SEBASTIANI AB APPARITIO ritu Duplicis minoris, cum Lectionibus secundi Nocturni, & Orationibus propriis, jam adprobatis pro universo Ordine Minorum S. Francisci de Observantia, quibuscumque in contrarium disponentibus minimè obstantibus. Die 12. Septembris 1789.

J. Card. Archintus Præfectus.

Loco † Sigilli.

D. Coppola S. R. C. Secretarius.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

DIE V. JULII
IN FESTO
B. MICHAELIS
A SANCTIS
CONFESSORIS.

Sacerdotis Professi Ordinis Discalceatorum Sanctissimæ Trinitatis, Redemptionis Captivorum.

DUPLEX MINUS.

Omnia ut in Bre- rem tuum morum in-
viario Romano de nocentia, & mirabi-
Coi. Conf. non Pont. li charitate præstâ-
præter sequentia. re voluisti: concede

In Hymno mut. quæsumus ejus in-
tertius versus. tercessione, ut à vi-
titiis liberati, & igne

ORATIO.

Misericors Deus, tui amoris incensi, ad
qui Beat. Michaelis Confessoris te pervenire mereamur. Per Dñum. &c.

IN

2
IN I. NOCTURNO.

Lectioes de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURN.

LECTIO IV.

Michaël à Sanctis Vici in Hispania Citeriore pijs, & honestis Parentibus natus, mundum ante contempsisse, quam agnovisse visus est. Pene infans perpétuam virginitatem Deo vovit; cumque rei conscius Pater nuptias illi per jocum proponeret in lachrymas effusus puer, atque ad Deiparæ Virginis aram

confugiens, emissum votum multo etiam ferventius renovabat. Sexennis ad Sanctorum vestigia sectanda in Monsennii speluncam secessit: in qua dum patientis Christi mysteria de genu pijs affectibus, lachrymisque prosequitur, ab iis, quos Pater ad eum querendum submiserat, depræhensus domum reddere cogitur. Neque tamen de præconcepto severioris vitæ proposito quidquam remisit. Unicuique illi erat rerum Cæ-

Cælestium desiderium, perpétua cum Deo consuetudo, innocentis verò carnis maceratio major, quam ut tenera illa ætas ferre posse videretur. Nam singulis hebdomadis ter jejunans, somnum super sarmentorum fascibus, saxo capiti supposito, carpens, flagellis in se ipsum acerrimè sevirè, quin etiam aliquando corpusculum, S. Francisci exemplo, in spinarum acervum conjicere, & cruentandum volutare non du-

3
bitavit. Quibus, aliisque cruciatum generibus admirabili illi pœnitentiæ proledebat, quam postea ad hominum stuporem tantopere adauxit.

LECTIO V.

Anno ætatis duodecimo nondum expleto, solus, & pedes egradiens de domo & cognatione sua, Barcinonem contendit: ibique Sanctissimæ Trinitatis, Redemptio- nis Captivorum Ordinem inter calcæatos amplexus, quam primum per ætatem

4
licuit, solemnia vota nuncupavit. Paucis inde, post mensibus ad strictiorem Discalceatorum ejusdem Ordinis Familiam se transtulit. In hac nova Regularis disciplinae palaestra mirum est quot, quantisque virtutum incrementis, etiam inter continuas studiorum exercitationes, superioris vite sanctitatem cumulaverit. Ea enim religione leges omnes servabat, ut nullam ex iis, vel minimam violasse compertus fuerit.

Virginitatem, quam quinquennis Deo voverat, inviolatam undique illibatamque ad obitum usque servavit. Unica, eaque obsoleta tuebatur tunica. Asperrimis cilicis, ferreisque flagris corpus cruciabat. Jejunii cultor perpetuus, & semper abstemius, aliquot per hebdomadam dies sine ullo prorsus cibo, potuque transigebat; reliquis vero parcissimè, ac duriter vesceretur. Somno brevissimum temporis spatium

5
tium indulgens, reliquum noctis dabat piis meditationibus, ac coelestium rerum contemplationi: quarum desiderio ita flagrabat, ut cum de coelesti Patria, aut verba ipse faceret; aut dicentem quempiam audiret, extra se rapit omnino videretur.

LECTIO VI.

Quum Deum toto mentis affectu diligeret, summis eum precibus exorabat, ut sibi cor novum tribueret, in quo purior arderet flamma charitatis.

Quo ex tempore cor ejus ineffabilibus coepit affluere deliciis, & novis divini amoris aestibus effervescere. Rem divinam facturus eo animi sensu ad aram accedebat, & tanta religione sacris operabatur, ut adstantes ad pietatem magnopere inflammaret, & quum sacratum Calicem in altum attolleret, a sensibus penè alienatus appareret. Nec minore erga proximos charitate flagrabat: quos & privatis consiliis, & publicis

con.

conciónibus, & assí-
pua Sacraménti pœ-
nitentiæ administra-
tione juvare nunquã
prætermisit. Quum
verò propter hæc non
Pópuli modo, sed vi-
ri etiam Príncipes
ejus sanctitatem ad-
mirarèntur, ea tamen
erat ànimi demissió-
ne ut se dæmónibus
ipsis deteriorem affir-
màret. Tandem quum
frátribus iterum præ-
esset, ad innocentis,
ac pœnitentis vitæ
præmia vocatus, eo
quem prædixerat lo-

co & tẽpore, puris-
simum spiritum Deo
reddidit Vallisolèti,
die décima Aptillis,
anno Dómini millési-
mo sexcentésimo vi-
gesimo quinto, aetã-
tis verò trigésimo ter-
tio. Quem multis an-
te, & post óbitum mi-
raculis clarum Pius
Sextus Pontifex Má-
ximus Beatórum fas-
tis adscripsit.

*Missa: Os justi in
Communi Confessor.
non Pontific. primo
loco. Oratio ut su-
prã.*



HIS-

HISPANIARUM.

CUM Sanctissimus Dominus noster
Pius VI. Pontifex Maximus sub
die 22. Maii 1780. pro Universo
Ordine Discalceator. Sanctissime Trini-
tatis Redemptionis Captivorum Officium,
& Missam de Commun. Confess. non Pon-
tif. cum Oratione & Lectiõibus secundi
Nocturni propriis in memoriam BEATI
MICHAELIS DE SANCTIS, Sacer-
dotis Professi suprad. Ordinis jam ad-
probaverit. Idem Sanctissimus Dominus
noster ad enixas preces Seren. Hispania-
rum Regis per Equitem Josephum Nico-
laum de Azara Ministrum Plenipoten-
tiarum nomine ejusdem Seren. Regis Sanc-
titati sue porredas, & à R. P. Carolo
Erskine Sanctæ Fidei Promotore relatas,
extensionem supradicti Officii & Missæ
BEATI MICHAELIS DE SANCTIS

®

*TIS sub ritu duplici minori omnibus
utriusque sexus, qui ad Horas Canoni-
cas tenentur in Dominicis eidem Serenis.
Regi subiectis benigne concessit. contra-
rius quibuscumque non obstantibus. Die
28. Januarii 1786.*

J. Card. Archinto,
Præf.

Loco ✕ Sigilli.

Julius Maria de Somalia,
S. R. C. Secret.

SUPERIORUM PERMISSU:

Mexici ex Typographia Matritensi Hære-
dum Lic. D. Josephi à Jauregui, in
viâ Sancti Bernardi.

OFFICIUM

BEATISSIMÆ VIRGINIS

MARIÆ

DE BETHLEHEM,

Recitandum Dominica tertia post Epiphaniam,
dummodò ea non incidat in Dominicam
Septuagèsimæ, vel Sexagèsimæ.

DUPLEX MAJUS.

AD VESPERAS.

Añã. Ascendit Joseph à Galilæa de Civitate Nazareth in Judæam, in Civitatem David, quæ vocatur Bethlehem, ut profiteretur cum Maria.

Psalmi consueti de S. Maria, ut in ejus Officio parvo.

Añã. Complèti sunt dies Mariæ, ut pareret Filium suum primogénitum, & pannis eum involvit, & reclinavit eum in Præsepio.

Añã. Transeamus nisque Bethlehém, & videamus hoc verbum, quòd factum est, quòd Dóminus ostendit nobis.

Añã. Et venerunt festinantes; & invenerunt Mariam, & Joseph, & Infantem positum in Præsepio.

Añã. Maria autem conservabat omnia verba hæc, conferens in corde suo.

Eccles. 24.

CAPITULUM.
Ego quasi vitis fructifi-

ca-

cavi suavitatem odoris, & flores mei fructus honoris, & honestatis. Ego Mater pulchre dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei.

Hymn. Ave Maris Stella.

v. Post partum Virgo inviolata permansisti.

ꝛ. Dei Genitrix intercede pro nobis.

AD MAGNIFICAT.

Añã. O admirabile commercium! Creator generis humani, animatum corpus sumens, de Virgine nasci dignatus est: & procedens homo sine semine largitus est nobis suam deitatem.

ORATIO.

DEUS, qui pro nobis ex intacto B. Mariæ Virginis utero Bethlehemi nasci voluisti, tribue quaesumus, ut ad percipiendum reparationis nostræ fructum genitricis tuæ meritis, ac precibus adjuvemur. Qui vivis, & regnas, &c.

Commemoratio Dominica.

Añã. Suscepit Deus Israel puerum suum: sicut locutus est ad Abraham, & semen ejus; exaltare humiles usque in sæculum.

v. Vespertina oratio ascendat ad te, Domine.

ꝛ. Et descendat super nos misericordia tua.

ORATIO.

Omnipotens sempiternus Deus, infirmitatem nostram propitius respice: atque ad protegendum nos dexteram tuæ majestatis extendere. Per Dominum.

Ad Completorium, & alias Horas, in fine omnium Hymnorum, dicitur. Jesu, tibi sit gloria, qui natus es de Virgine.

AD MATUTINUM.

INVITATORIUM. Sancta Maria Dei Genitrix Virgo. Intercede pro nobis.

Psal. Venite, exultemus.

Hymn.

Hymn. Quem terra, pontus, sidera, &c.

IN I. NOCTURNO.

Añã. Benedicte tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.

Psalm. Domine Dominus noster, cum reliquis ut in ejus Officio parvo.

Añã. Sicut myrrha electa odorem dedisti suavitatis sancta Dei Genitrix.

Añã. Benedicte filia tu à Domino: quia per te fructum vitæ communicavimus.

v. Specie tua, & pulchritudine tua.

ꝛ. Intende, prospere procede, & regna.

Pater noster.

Absolutio. Exaudi Domine.

v. Jube domine benedicere.

Benedictio. Benedictio perpetua benedicat nos Patrem æternum.

ꝛ. Amen.

De Canticis Canticorum.

LECTIO I. Cap. 2.

EGO flos campi, & lilium convallium. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Sicut malus inter ligna silvarum, sic dilectus meus inter filios. Sub umbra illius, quem desideraveram, sedii; & fructus ejus dulcis gutturi meo. Introduxit me in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Leva ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propra amica mea, columba mea, formosa mea, & veni. Jam enim hiems transiit, imber abiit, & recessit. Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis advenit: Vox turturis audita est in terra nostra; ficus protulit grossos suos: vineæ floren-

rentes dederunt odorem suum.

¶ O magnum mysterium, & admirabile sacramentum, ut animalia viderent portare Dominum natum, jacentem in Præsepio! * Beata Virgo, cujus viscera meruerunt portare Dominum Christum.

¶ Ave Maria gratia plena, Dominus tecum. Beata.

Benedictio. Unigenitus Dei Filius.

LECTIO II.

Surge amica mea, speciosa mea, & veni, columba mea in foraminibus petrae, in caverna marceria: ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoluntur vineas: nam vinea nostra floruit. Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspi-

ret dies, & inclinentur umbræ. Revertete: similis esto, dilecte mi, caprea, hinnuloque cervorum super montes Bethel. Adjuvo vos, filie Jerusalem, per capreas cervosque camporum, ne suscitatis, neque evigilare faciatis dilectam, quoadis que ipsa velit. Que est ista que ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatis myrrhae & thuris, & universi pulveris pigmentarii?

¶ Confirmatum est cor Virginis, in quo divina mysteria Angelo nunciante concepit: tunc speciosum forma præ filiis hominum castis suscepit visceribus: * Et benedicta in æternum, Deum nobis protulit, & hominem.

¶ Domus pudici pectoris, templum repente sit Dei, intacta nesciens virum verbo concepit Filium. Et Benedicta.

Benedictio. Spiritus sancti gratia.

Lec-

LECTIO III.

EN lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel. Omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi: uniuscujusque ensis super femur suum propter timores nocturnos. Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis libani: columnas ejus fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum: media charitate constravit propter filias Jerusalem. Agredimini, & videte filie Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis ejus. Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es! Oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus lætet: Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad. Duo ubera tua, sicut duo hinnuli ca-

preæ gemelli, qui pascuntur in liliis.

¶ Benedicta, & venerabilis es Virgo Maria, quæ sine tactu pudoris inventa es Mater Salvatoris: * Jacēbat in Præsepio, & fulgebāt in Cælo.

¶ Domine, audivi auditum tuum, & timui, consideravi opera tua, & expavi: in medio duorum animantium. Jacēbat.

Gloria Patri. Jacēbat.

IN IL NOCTURNO.

Ant. Speciosa facta es, & suavis in deliciis tuis, sancta Dei Genitrix.

Ant. Pulchra sunt ubera tua vino, & odor vestimentorum tuorum super omnia aromata.

Ant. Sicut lætantium omnium nostrum habitatio est in te, sancta Dei Genitrix.

¶ Adjuvabit eam Deus vultu suo.

¶ Deus in medio ejus non commovebitur.

Pa-

Pater noster.

Absolutio. Ipsius pietas.
y. Jube domne benedicere.

Benedictio. Deus Pater omnipotens.

Sermo Sancti Leonis Papae.

Serm. prim. de Nativitate Domini.

LECTIO IV.

Virgo régia Davidica stirpis eligitur, quae sacro gravidanda fecti, divinam humanamque prolem prius conciperet mente, quam corpore: & ne superni ignara consilii ad inusitatos pavere affatus, quod in ea operandum erat à Spiritu Sancto, colloquio dicit Angelico, nec damnatum credit pudoris, Dei Génitrix mox futura. Cur enim de conceptionis novitate despiceret, cui efficiéntia de Altissimi virtute promittitur? Confirmatur credentis fides etiam praecipientis attestatone miraculi, donaturque Elis-

beth inopinata fecunditas, ut qui conceptum dederat sterili, daturus non dubitaretur & virgini. Verbum igitur Dei Deus, Dei filius, qui in principio erat apud Deum, per quem facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil, propter liberandum ab aeterna morte hominem, factus est homo.

y. Beata viscera Mariae Virginis, quae portaverunt aeterni Patris Filium: & beata ubera, quae lactaverunt Christum Dominum: * Qui pro salute mundi de Virgine nasci dignatus est.

y. Dies sanctificatus illuxit nobis: venite Gentes, & adoráte Dominum. Qui. *Benedictio.* Christus perpetua.

Serm. secund. de Nativitate Domini.

LECTIO V.

Advénientibus ergo temporibus dilectis-

simi, quae redemptioni hominum fuerant praestituta, ingreditur haec infima Jesus Christus Dominus noster, de caelesti sede descendens, & à paterna gloria non recedens, novo ordine, nova nativitate generatus. Novo ordine, quia invisibilis in suis, visibilis factus est in nostris: incomprehensibilis, voluit comprehendí: ante tempora manens, esse capit ex tempore. Universitatis Dominus servilium formam obumbrata majestatis dignitate suscepit. Impassibilis Deus non dedignatus est homo esse passibilis, & immortalis mortis legibus subjacere. Nova autem nativitate genitus est, conceptus à virgine, natus ex virgine, sine paterna carnis concupiscentia, sine materna integritatis injuria: quia futurum hominum Salvatorem talis ortus decebat, qui & in se haberet humanae subs-

tantiae naturam, & humanae carnis inquinamenta nesciret. Author enim in carne nascenti Deus est, testante Archangelo ad Beatae Mariae Virginem: Quia Spiritus Sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.

y. Nesciens mater virgo virum, peperit sine dolore, * Salvatorem saeculorum, ipsam Regem Angelorum, sola Virgo lactabat ubere de Caelo pleno.

y. Domus pudici peccatoris templum repente fit Dei: instata nesciens virum, verbo concepit Filium. Salvatorem.

Benedictio. Ignem sui amoris.

LECTIO VI.

ORigo dissimilis, sed natura consimilis: humano usu de consuetudine, quod credimus, caret

sed

sed diuina potestate subnixum est, quod virgo conceperit, quod virgo pepererit, virgo permanserit. Non hic cogitur patientis conditio, sed nascentis arbitrium, qui sic homo natus est, ut volebat, & poterat. Si veritatem queris, humane nature cognosce materiam: si rationem scrutaris originis, virtutem confitere diuinam. Venit enim Dominus Iesus Christus contagia nostra auferre, non perpeti nec succumbere vitis, sed mēderi. Venit, ut omnem languorem corruptionis, & uniuersa vulnera sordentium curaret animarum: propter quod oportuit, ut novo nasceretur ordine, qui novam impollute sinceritatis gratiam humanis corporibus inferebat. Oportuit enim, ut primam Genitricis integritatem nascenti incorruptio custodiret, & complacitum sibi claustrum pudoris, & sanc-

titatis hospitium, diuini Spiritus virtus infusa serua-
ret, quæ stauerat dejecta erigere, confracta solidare, & superandis carnis illecebri-
s multiplicatam pudicitie donare virtutem: ut
virginitas, quæ in aliis non poterat
salua esse generando, heret in aliis imitabilis
& confutendo, & renascendo.

¶. Beatissima Virgo Maria, Hortus conclusus, Fons signatus, Regina Angelorum, Domina mundi. Per quam Deus descendit in terras, ut homines ascendere mererentur ad celos.

¶. Ad te clamamus exules filii Evæ: recordare nostri sanctissima Virgo. Per quam.

Gloria Patri. Per quam.

IN III. NOCTURNO.

Añã. Gaudere Maria Virgo, cunctas hæreses sola interemisti in uniuerso mundo.

Añã.

Añã. Pulchra es & decorosa filia Jerusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata.

Añã. Post partum virgo inuolata permansisti, Dei Genitrix intercede pro nobis.

¶. Elégit eam Deus, & prælégit eam.

¶. In tabernaculo suo habitare facit eam.

Pater noster.

Absolutio. A vinculis.

¶. Jube domne benedicere.

Benedictio. Evangelica lectio.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

LECTIO VII. Cap. 2.

In illo tempore: Pastores loquebantur ad invicem: Transiamus usque Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. Et reliqua.

Homilia Sancti Ambrosii Episcopi.

Lib. 2. in cap. 2. Luc. circ. med.

Vides festinare Pastores, nemo enim cum desidia Christum requirit. Vides Pastores Angelo credidisse: & tu Patri, Filio, Spiritui Sancto, Angelis, Prophetis, & Apostolis crede. Vide, quam signate Scriptura singulorum libret momenta verborum. Festinant, inquit, verbum videre. Et enim cum caro Domini videtur, verbum videtur, quod est Filius.

¶. Benedicte filia tu a Domino, quia per te fructum vite communicavimus. * Sola sine exemplo placuisti Domino nostro Iesu Christo.

¶. Nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus nostris, & a periculis cunctis libera nos Sancta Dei Genitrix. Sola sine.

Bc-

Benedictio. Cujus Festum colimus, ipsa virgo.

LECTIO VIII.

NON mediocriter fidei tibi hoc videatur exemplum, non vilis persona pastorum. Certe quovis virior ad prudentiam, eo pretiosior ad fidem. Non gymnasia choris referta sapientum, sed plebem Dominus simplicem requisivit, que phalaræ audita, & facere nesciret. Simplicitas enim queritur, non ambitio desideratur. (*) Nec contemnenda putes quasi vilia verba Prophetarum, a Pastoribus etiam Maria fidem colligit. A Pastoribus populus ad Dei reverentiam congregatur. Mirati enim sunt de his, que dicebantur a Pastoribus ad ipsos. Maria autem conservabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Discamus sanctæ Vir-

(*) Si Officium transferri contingat, Lectio IX. incipitur ab istis verbis: Nec contemnenda.

ginis in omnibus castitatem, que non minus ore pudica, quam corpore, argumenta fidei conferrebat in corde.

¶. Beata es Maria Dei Genitrix, patrona, & auxiliatrix nostra, & omni laude dignissima. * Ex qua ortus est Sol justitiæ Christus Deus noster, per quem salvati & redempti sumus.

¶. Ipsa est stella ex Jacob, cujus radius universum orbem illuminat.

Ex qua ortus.

Gloria Patri.

Ex qua ortus.

Benedictio. Per Evangelicam dicta.

Lectio sancti Evangelii secundum Mattheum.

LECTIO IX. Cap. 8.

In illo tempore: cum descendisset Jesus de monte secuta sunt eum tur-

te multæ: & ecce leprosus veniens, adorabat eum. Et reliqua.

Homilia Sancti Hieronymi Presbyteri.

Lib. 1. Comment. in Cap.

2. Matth.

De monte Domino descendente, &c.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES,

ET PER HORAS.

Añã. Beata es Virgo Maria Dei Genitrix, que credidisti Domino, perfecta sunt in te, que dicta sunt tibi.

Añã. Beata viscera Maria Virginis, que portaverunt æterni Patris Filium, & beata ubera, que lactaverunt Christum Dominum.

Añã. Rubum, quem viderat Moyses incombustum, conservatam agnovimus tuam laudabilem virginitatem, Dei Genitrix intercede pro nobis.

Añã. Germinavit radix

Jesse, orta est stella ex Jacob, Virgo peperit Salvatorem: Te laudamus Deus noster.

Añã. Ecce Maria genuit nobis Salvatorem, quem Joannes videns exclamavit dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

CAPITULUM.

Ecc. 24.

Ego quasi vitis fructificavit suavitatem odoris, & flores mei fructus honoris, & honestatis. Ego Mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei.

Hymn. O Gloriosa Virginum.

¶. Benedicta tu in mulieribus.

¶. Et benedictus fructus ventris tui.

AD BENEDICTUS.

Añã. Quando natus es ineffabiliter ex Virgine; tunc impletæ sunt Scripturæ: Sicut pluvia in vellus descendisti, ut salvum fá-

ceres genus humanum. Te
laudamus Deus noster.

ORATIO.

Deus, qui pro nobis.

Commem. Dominica.

Añã. Cum descendisset
Jesus de monte, ecce le-
prosus veniens adorabat
eum, dicens: Domine, si
vis, potes me mundare: &
extendens manum tetigit
eum, dicens: Volo, mun-
dare.

¶ Dominus regnavit,
decorem induit.

¶ Induit Dominus for-
titudinem, & præcinxit se
virtute.

ORATIO.

Omnipotens sempiter-
ne Deus.

AD PRIMAM,

in ñ. brev. dicitur.

¶ Qui natus es de Ma-
ria Virgine.

AD TERTIAM.

Añã. Beata viscera Ma-
ria.

CAPITULUM.

Ego quasi vitis.

¶ *brev.* Spécie tua, &

pulchritudine tua. Spécie
tua.

¶ Intende, prospere,
procède, & régna. Et pul-
chritudine.

Glória Patri.

Spécie tua.

¶ Adjuvabit eam Deus
vultu suo.

¶ Deus in médio ejus
non commovèbitur.

AD SEXTAM.

Añã. Rubum, quem
viderat.

CAPITULUM.

Eccles. 24.

Transite ad me omnes,
qui concupiscitis me, & à
generationibus meis implè-
mini. Spiritus meus super
mel dulcis, & hereditas
mea super mel & favyum.
Memória mea in genera-
tionibus sæculorum.

¶ *brev.* Adjuvabit eam,

* Deus vultu suo. Adju-
vabit.

¶ Deus in medio ejus
non commovèbitur. Deus.

Glória Patri.

Adjuvabit.

¶.

¶ Elégit eam Deus, &
prælegit eam.

¶ In tabernáculo suo
habitare facit eam.

AD NONAM.

Añã. Ecce Maria.

CAPITULUM.

Eccles. 24.

Qui audit me, non con-
fundetur, & qui operántur
in me, non peccabunt. Qui
elucidant me, vitam ætér-
nam habebunt.

¶ *brev.* Elégit eam
Deus, & prælegit eam.

Elégit.

¶ In tabernáculo suo
habitare facit eam. Et præ-
elégit.

Glória Patri.

Elégit.

¶ Diffusa est grátia in
lábiiis tuis.

¶ Propterea benedixit
te Deus in ætérnum.

AD VESPERAS,

*Antiphona, Psalmi, Ca-
pitulum, & Hymnus, ut in
prim. Vesperis.*

¶ Dignare me, laudare
te, Virgo sacra.

¶ Da mihi virtutem
contra hostes tuos.

AD MAGNIFICAT.

Añã. Ave Cleméntia

Mater, consolátria afflic-
torum, salus infirmorum.

Tu glória Jerusalém, tu
latitia Israël, tu honorifi-
céntia populi nostri. O
Maria Virgo prudentis-
sima, ora pro nobis, inté-
cede pro nobis ad Dómi-
num.

ORATIO.

Deus, qui pro nobis.

*Commemorat. Domini-
cæ.*

Añã. Dómine, si vis,
potes me mundare: & ait
Jesus: Volo, mundare.

¶ Dirigatur Dómine
oratio mea.

¶ Sicut incensum in
conspéctu tuo.

ORATIO.

Omnipotens sempiter-
ne.

®

DE-

DECRETUM
ORDINIS BETHLEHEMITARUM.

Suprascriptum Officium proprium cum Missa Beatissimæ VIRGINIS MARIÆ DE BETHLEHEM pro Dominica tertia post Epiphaniam in Festo ejusdem Beatissimæ VIRGINIS recitan. à Sacr. Rituum Congregatione Emò., & Rmò. D. Card. Archinto Ponenti commissum, & ab eodem diligentissimè examinatum, atque quòdò etiam R. P. D. Dominico de Sancto Petro Fidei Promotore; Sacr. eadem Congregatio, ad humillimas P. Francisci à S. Theresia Præfeci Generalis totius Ordinis Bethlehe-mitarum preces, petiit Officium cum Missa à Sacerdotibus Regularibus præfati Ordinis, & Cappellanis Sæcularibus ipsius Ordinis in Xenodochiis Aegrorum curæ præpositis: & quoad Missam etiam ab aliis Sacerdotibus in Ecclesiis ejusdem Ordinis in præfata Dominica tertia post Epiphaniam celebrantibus sub ritu duplici majoris recitari, ac respectivè celebrari posse, benignè concessit. Die 23. Maii 1778.

M. Card. Marefusus Præfatus.

Loco ✠ Sigilli.

C. Airolà Sac. Rit. Cong. Secr.

PIUS

1
Die XV. Martii.

OFFICIUM
S. RAYMUNDI ABBATIS,

Fundatoris Ordinis Militaris de Calatràva.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter ea, quæ hic apponuntur.

In Hymno, Iste Confessor, dicatur: Hac die latus meruit supremus Laudis honores.

ORATIO.

DEUS, qui beato Raymundo Abbati præliari prælia tua, & fidei inimicos superare dedisti: concede, ut ejus nos intercessione

muniti, ab hostibus mentis, & corporis liberemur. Per Dñum nostrum Jesum Christum, &c.

Lectiones primi Nocturni, in Quadragesima, erunt: Justus, si morte, de eodem Communi.

Si verò transferatur post Pascha, erunt de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Raymündus, Cænonicus Ecclesiæ

Te-

DECRETUM
ORDINIS BETHLEHEMITARUM.

Suprascriptum Officium proprium cum Missa Beatissimæ VIRGINIS MARIÆ DE BETHLEHEM pro Dominica tertia post Epiphaniam in Festo ejusdem Beatissimæ VIRGINIS recitan. à Sacr. Rituum Congregatione Emò., & Rmò. D. Card. Archinto Ponenti commissum, & ab eodem diligentissimè examinatum, atque quòdò etiam R. P. D. Dominico de Sancto Petro Fidei Promotore; Sacr. eadem Congregatio, ad humillimas P. Francisci à S. Theresia Præfècti Generalis totius Ordinis Bethlehe-mitarum preces, petiitum Officium cum Missa à Sacerdotibus Regularibus præfati Ordinis, & Cappellanis Sæcularibus ipsius Ordinis in Xenodochiis Aegrorum curæ præpositis: & quoad Missam etiam ab aliis Sacerdotibus in Ecclesiis ejusdem Ordinis in præfata Dominica tertia post Epiphaniam celebrantibus sub ritu duplici majoris recitari, ac respectivè celebrari posse, benignè concessit. Die 23. Maii 1778.

M. Card. Marefusus Præfèctus.

Loco ✠ Sigilli.

C. Airolà Sac. Rit. Cong. Secr.

PIUS

Dis XV. Martii.

OFFICIUM
S. RAYMUNDI ABBATIS,

Fundatòris Ordinis Militaris de Calatràva.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter ea, quæ hic apponuntur.

In Hymno, Iste Confessor, dicatur: Hac die latus meruit supremus Laudis honores.

ORATIO.

DEUS, qui beato Raymundo Abbati præliari prælia tua, & fidei inimicos superare dedisti: concede, ut ejus nos intercessione

muniti, ab hostibus mentis, & corporis liberemur. Per Dñum nostrum Jesum Christum, &c.

Lectiones primi Nocturni, in Quadragesima, erunt: Justus, si morte, de eodem Communi.

Si verò transferatur post Pascha, erunt de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Raymündus, Cænonicus Ecclesiæ

Tu-

2
Turasonensis in Regno
Aragonie, quo divina
procul à mundi strepitu
liberèis contemplatur,
superno Spiritu affante,
in solitudinem se recep-
pit: deinde cum Cister-
ciensium Monachorum
fama undequaque dif-
funderetur, illud amplè-
xus est institutum, ac
longè latèque evulgata
ejus vitæ sanctimonia,
Abbas monasterii beate
Mariæ de Fitero consti-
tutus est. Postquam
verbo & exemplo ad
omne opus pietatis suos
induxisset, copiosum
exercitum fideiium col-
legit, castrum de Tur-
ringen, & Calatravam
à Mauris tuendam de
manu Sancti Castellæ
Regis suscepit, ac peri-
tia rei militaris mirabi-

liter pollens, Saracenos
fugavit, multasque urbes
expugnavit. Novo, &
usque ad ea tempora in-
audito exemplo Ray-
mundus monachatu mi-
litiæ conjunxit: Ordinem
militarem de Cala-
trava nuncupatum, & in
tota Europa celeberrimum,
ac à plurius Sum-
mis Pontificibus appro-
batum instituit sub Re-
gula, legibus, & visita-
tione Cisterciensium, ex
quo alii Ordines mili-
tares de Alcántara, de
Christo, de Avibus, de
Montesía, de Monte-
franco, de Montegán-
dio, & de Truxillo ej-
dem religioni Cistercién-
si subiecti prodierunt.

n. Honestum fecit
illum Dominus, & cus-
todivit eum ab inimicis,

& à seductōribus turavit
illum: * Et dedit illi cha-
ritatem æternam. y. Jus-
tum deduxit Dominus
per vias rectas, & ostēdit
illi regnum Dei. Et
dedit.

LECTIO V.

Hæc fuit prima se-
mina inclytæ mi-
litiæ, sub qua tot viri,
tot Principes, tot Du-
ces, tot etiam alia religio-
sæ militiæ profiteremur.
Hujus novi Ordinis mi-
lites, quādiu à prælio
abstinebant, adamussim
observabant victum, res-
titum, psalmodiam, con-
templationem, opus mā-
nuum, silentium, vigi-
liasque, ac denique mi-
tuam quotidianorum de-
fectuum proclamationem,
ut nihil minus à mo-

3
nachis efficerent. Hinc
præceptum est communi
assensu, & deliberatione
Capituli Generalis Cis-
terciensis, ut illius Or-
dinis milites essent illi
monasterii Morimundi,
utque Abbas, & domus
eadem, in eos jus illud
filiationis haberet, quale
in Morimundo noscitur
habere Cistercium. E-
dem militiæ beatus Ray-
mundus, ultra ipsam Ca-
latravæ arcem, & oppi-
dum plura alia loca, &
castra acquisivit.

n. Amavit eum Dō-
minus, & ornavit eum,
stolam gloriæ induit
eum: * Et ad portas
paradisī coronavit eum.
y. Induit eum Dōmi-
nus loriceam fidei, &
ornavit eum. Et ad por-
tas,

B LEE-

LECTIO VI.

Tandem vir sanctus, utriusque militiae caelestis, & terrænae supremus Ductor, post multas victorias partas de Saracenis, plures de demone, post captivitas galeas otbi inductas cunctis fidei inimicis formidabiles, post homines aptatos utriusque armis, qui & ad sonitum bucinae leones, & ad tympani idum agnos, illud in praelio, hoc in claustris imitarerentur, plenus dierum, & virtutum, anno salutis millesimo centesimo sexagesimo tertio, & sexto regiminis Ordinis à se inchoati, animam emisit, multis post mortem miraculis illustris. Sacrae ejus corporis exuviae Tolotum

translatæ in monasterio Montis Sion, auctoritate Pauli Papæ secundi, litteris datis die decima quinta mensis Martii, anno millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo, super Altaris aram ad Epistolæ cornu decenter collocatæ fuerunt, additis à Summo Pontifice indulgentiis, iis, qui cum locum devote visitaverint.

¶ Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: ingredere in requiem meam: Quia te vidi justum coram me, ex omnibus gentibus.

¶ Iste est, qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad celestia regna. Quia te. Gloria Patri. Quia te.

IN

IN III. NOCTURNO.
Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Cap. 5.

LECTIO VII.

In illo tempore: Dicebat Joannes ad turbas, quæ exibant, ut baptizarentur ab ipso: Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Et reliqua.

Homilia Sancti Bernardi Abbatis.

In Exhortatione ad Milites Templi.

Si percutere in gladio omnino fas non est Christiano, cur ergo proco: Salvatoris contentos fore suis stipendiis militibus indixit, & non potius omnem eis militiam interdixit? Sed secunde dispentur gentes, quæ bella

volunt, & abscondantur qui nos conturbant. Exeratur gladius uterque fidelium in cervicibus inimicorum, ad destruendam omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei, quæ est Christianorum fides: Ne quando dicant Gentēs: Ubi est Deus eorum? Porro imminente bello, intus fide, foris ferro, non auro se munit quatenus armati, & non ornati, hostibus metum incutiam, non provocent avaritiam. Deinde non turbulenti, aut impetuosi: & quasi ex levitate precipites, sed consilii, atque cum omni cautela, & providentia se ipsos ordinantes, & disponentes in aciem, justa quod de patribus scriptum est:

Ve.

Veri profecto Israelitae procedunt ad bella pacifici.

¶ Ista est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudavit Dominum: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum.

¶ Ecce homo sine quarrela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & permanens in innocentia sua. Ipse intercedat pro peccatis.

LECTIO VII.

AT vero ubi ventum fuerit ad certamen, tum demum pristina lenitate postposita, tanquam si dicerent: Nonne qui oderunt te, Domine, oderam, & super inimicos tuos tabes-

cebam? Ierunt in adversarios, hostes velut oves repant, nequam, etsi paucissimi, vel saxam barbariem, vel numerosam multitudinem formidantes. Non erunt siquidem non de suis presumere viribus, sed de virtute Domini Sabaoth sperare, victoriam, cui nimirum facile esse confidunt, iuxta sententiam Machabaei, concludi multos in manus paucorum, & non esse differentiam in conspectu Dei: caeli liberare in multis, & in paucis: quia non in multitudine exercitus est victoria belli, sed de caelo fortitudo est. Ita denique miro quodam, ac singulari modo certantur, & agnis mitiores, & leoni-

nibus ferociiores: ut penè dubitem, quid potius concipiam appellandos, monachos videlicet, an milites, nisi quod utrumque forsitan congruentius nominarim, quibus neutrum deesse cognoscitur, nec monachi mansuetudo, nec militis fortitudo. De qua re quid dicendum, nisi quod à Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris? Tales sibi elegit Deus, & colligit à finibus terrae ministros ex fortissimis Israel, qui veri lectulum Salomonis vigilanter, fideliterque custodiant, omnes tenentes gladios, & ad bella decissimi.

¶ Sint lumbi vestri praecincti, & lucerna ardentes in manibus vestris: * Et vos similes ho-

minibus expectantibus Dominum suum quando revertatur à nuptiis.

¶ Vigilare ergo, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit. Et vos. Gloria Patri. Et vos.

Nona Lectio dicitur de Homilia occurrenti, & in laudibus commemoratio Feria.

Quod si contigerit hoc festum celebrari extra Quadragesimam in die, in quo non occurrat festum simplex propriam lectionem habens, tunc dividatur octava Lectio ab illis verbis: Ita denique qua, cum sequentibus usque ad finem, legentur pro nona Lectione.

Missa Os Justi de Communi Abbatum, cum Oratione ut supra, & Evangelio proprio.

JAM pridem à S. R. Congregatione die 21. Januarii 1702. approbatum, & concessum Monachii Congregationis Cisterciensis, ac subinde ad eandem S. R. Congregationem die 15. Februarii 1727. ad Romanum ritum redactam, atque annuente Benedicto XIII. ad Clerum Circariensis, & Diocesis Turiasonenensis extensum: postea iteratis ejusdem S. C. decretis, nempe die 20. Aprilis 1728. Religiosis reformatis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Congregationis Hispaniæ, atque die 23. Augusti 1766. utrique Clero totius Regni Navarra pariter extensum. Et novissime ad preces Caroli IV. Hispaniarum Regis Catholici à Sanctissimo Domino Nostro Pio VII. per eundem Brevem datum Romæ die 5. Decembris 1800. conceditur, ut quotannis in die XV. Martii ab universo Clero Seculari, & Regulari utriusque sexus eundem dominorum eadem Catholico Regi subjectorum idem Officium cum Oratione, & Missa recitari possit deinceps sub ritu duplicis minoris.

CUM PRIVILEGIO:

Mexici: ex Typographia Matritensi in via Sancti Dominici, & Tacabæ.

DIE I. DECEMBRIS.

IN FESTO

SANCTI ELIGII

CONFESSORIS,

ET EPISCOPI NOVIOMENSIS.

DUPLEX.

Omnia de Comuni Confessoris, Pontificis, præter ea, quæ sequuntur.

rem Sancti Eligii Confessoris tui, atque Pontificis charitatem imitari, ut illius mérita in spiritu, & veritate celebremus. Per

ORATIO.

TRibue nobis, Dóminum nos-
quæsumus trum, &c.
Dómine, singula-

In

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

ELI GIUS Lemovik à Cathólicis, piisque parentibus religiosè educátus auri labórandi artem adoléscentis didicit. Manuum cum pietátis opéribus mirè conjungens, quidquid témporis à labore supererat in divinis

frequentandis Officiis, in Sacrórum Librórum audienda Lectióne, inque ea attento ánimo recólenda insumébat. Etáte autem, ac Sanctórum sciéntia proficiens Christiánas virtútes impénsius excóluit: suum enim corpus oratione, & jejúniis in mentis servitútem redégit, séque totum rediméndis captivis, deténtis cárcere solándis, & egenórum subleván-

vándæ inópíæ dedit. Hinc tantus ad eum paúperum concursus, ut querénti domum Eligii dicéretur: ubi paúperum cœtum conspéxeris, illic & Eligium repéries. Harum virtútum præstantia Francórum Régibus Clotario, ejúsque Filio Dogáberto apprimè charus fuit, quórum tamen grátia, vel ut indigentes juváret, vel ut divínam promóveret glóriam

solummodo utebatur.

LECTIO V.

AD Aremoricórum Regem pacis componéndæ causa missus à Dogáberto, Reges ambos félici federe sociávit. Regáli ejusdem Dogáberti munificéncia adjutus Solemniácense in Lemovicibus Cœnóbium condidit; Parisiis tercéntum puéllarum Asceterium, aliudque

póstea Noviomi
eréxit, exactam in
singulis constituens
vivendi disciplinam,
cujus fervor, né un-
quam tepesceret,
exémpló juxta stu-
duit, & verbo. Plú-
rima diversis tem-
póribus auro, ar-
génto, & gemmis
ornávit Sepulchra
Sanctorum, & Mau-
sóleum in primis
Martyris Dionysii
miro artificio deco-
rávit. De Ecclesiæ
disciplina sollicitus
simoniacam labem,

quæ aliàs in Gallia
radices égerat, junc-
tis cum Audóeno
studiis extirpávit; ef-
fécitque cum eo, né
quis deinceps Epis-
copus eligéretur, ni-
si qui integritate
morum cæteris præ-
fulgérat.

LECTIO VI.

TAmquam Aa-
ron ad Cleri
honórem vocatus,
etsi pro singulári
sua animi demissio-
ne rénuens; sacris
tamen initiatur,
at-

atque Noviómensi
præficitur Ecclesia.
Quo in múnere
ómnès perfecti Præ-
sulis partes fideliter
adimplévit. Nam
commissas sibi
Christi oves in óm-
ni sciéntia, ac doc-
trinâ erúdire, atque
in ómni paciéntia
redarguere num-
quam cessávit. In-
pup gregem quó-
tidie pávit, sólitus
etiam illórum sór-
des eluere: Ortho-
doxæ veritátis hos-
tes pervigili cura

detéxit, illórumque
nefários conátus
elúsit. Idololátras,
non qui suam mo-
dó incólebant Dice-
césim, sed etiam
álios quámpluri-
mos ad veri Dei
cognitiónem, &
cúltum adduxit, at-
que eórum Fana
subvértit. Cabiló-
nensi interfuit Sy-
nodo anno à Vir-
ginis Partu sexcen-
tésimo quinquagés-
imo circiter cele-
brata. Demúm Pro-
phetiæ dono clá-
rus,

rus, Miraculorum fama insignis septuagenarius placide obdormivit in Domino, ejusque corpus summa Fidelium veneratione conditum in Sepulchro, quod Deus miraculis gloriosum reddidit.

Homilia Sancti Gregorii Papa.
Homilia ij. in Evang.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO VII.

Lectio Sancti Evangelii secundum Matthaeum.
Matth. cap. 25.

Nullus piger ab hac talenti acceptione securus est. Nullus namque est, qui veraciter dicat: talentum minimè accep-

cepit: non est, unde nec rerum affluentiam accepit, sed tamen didicit artem, qua pascitur; ipsa ars ei in talenti acceptione reputatur. Alius nihil horum assequutus est, sed tamen fortasse familiaritatis locum apud divitem meruit; talentum profecto familiaritatis accepit; Si ergo nigrum tibi pro indigentibus loquitur; pro talenti retentione damnatur.

Lec-

LECTIO VIII.

Habens ergo intellectum, curet omnino, ne taceat: habens rerum affluentiam, vigilet, ne à misericordiae largitate torpescat: habens artem, qua regitur, magnopere studeat, ut usum, atque utilitatem illius cum proximo partiatur: habens loquendi locum apud divitem, damnationem pro retento talento timeat, si cum valet, non apud eum pro pauperibus intercedit: tantum quippe ab unoquoque nostrum venturus Iudex exiget, quantum dedit. Ut ergo de talenti sui rationibus, redeunte Domino, quisque securus sit; cum tremore penset quotidie, quid accepit. Ecce namque jam juxta est, ut ille, qui peregre profectus est, redeat, quasi quippe peregre abiit,

abiit, qui de hac terra, in qua natus est, longè discedit: sed profecto revertitur, ut de talenti rationes ponat, quia, si à bona actione torpescimus, de ipsis donis, quæ contulit, nos districtius iudicat.

LECTIO IX.

Consideremus ergo quæ accepimus, atque in eorum erogatione vigilemus. Nulla nos à spirituali opere terrena cura impediatur, ne, si in terra talentum absconditur, talenti rationes ponat, quia, si à bona actione torpescimus, de ipsis donis, quæ contulit, nos districtius iudicat.

supplicium trahuntur. Ante ergo de nos quod fecimus, excuset.

talenti nostri ponenda ratione vigilemus, ut cum jam iudex ad feriendum imminet, lucrum

ORATIO.

Tribue nobis, quaesumus Dómine, ut *supra.*

JANUEN.

MISSAM, & Lectiones secundi, & tertii Nocturni proprias pro die Festo Sancti ELIGII Episcopi, & Confessoris ab Eminentissimo, & Reverendissimo Dño. Card. Archinto Sacr. Rit. Congr. Praefecto, & R. P. Carolo Erskine, Fidei Promotore revisas, & correctas, ut in superiori exemplo, Sanctissimus Dominus Noster Pius VI. Pont. Maxim. ad humillimas preces Praepositi, & Canoniorum Ecclesiae Collegiate Sanctae MARLÆ Vinearum, necnon Universitatis Aurificum Civitatis Januën ab eodem R. P. Fidei Promotore relatas, audita etiam

Re-

JA-

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Reverendissimi Archiepiscopi sententia approbavit, & à Clero dictæ Ecclesiæ Collegiæ ritu dupl. min. recitari, & celebrari posse concessit. Die num. III. Decembris M. DCC. LXXXVI.

Ita reperitur in Regestis Decretorum Congregat. Sacr. Rituum. In fidem, &c.

D. Coppola S. Rit. Cong.
Secretarius.

PIUS

PIUS PAPA VI.

AD FUTURAM REI MEMORIAM.

CUM sicut Venerabilis Frater modernus Archiepiscopus Mexicanus. Nobis nuper exponi fecit, ipsi qui aliàs per Apostolicas Nostras in simili forma Brevis die X. Septembris mox elapsi expeditas litteras, ut quotannis die I. Decembris ab utroque Clero suæ Civitatis Mexicanæ Officium de Communi Confessoris Pontificis sub ritu dupl. min. in honorem SANCTI ELIGII, cum Lectionibus secundi, & tertii Nocturni, atque Missa propriis jam pro Capitulo Sanct. MARLE Vinearum Civitat. Januen adprobatis recitari,

&

& respective celebrari posse obtine-
 rit, ac aliás pro ut in eisdem litteris
 quarum tenorem presentibus pro ex-
 pressis haberi volumus, plenius con-
 tinetur; ad presens, quo devotio er-
 ga dictum SANCTUM ELIGIUM, ma-
 gis magisque augeatur, memoratum
 indultum ad utrumque etiam Cle-
 rum universae suae Diocesis. Mexi-
 can. per Nos extendi summo opere cu-
 piat. Nos dictum Exponentem spe-
 cialibus favoribus, & gratiis prose-
 qui volentes, & a quibusvis excom-
 municationis, suspensionis, & inter-
 dicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis,
 censuris, & poenis a jure, vel ab
 homine quavis occasione, vel causa
 latis, si quibus quomodolibet inno-
 datus existit, ad effectum presen-
 tium

tium dumtaxat consequendum ha-
 rum serie absolventes, & absolu-
 tum fore censentes; supplicationibus
 ejus nomine Nobis super hoc humi-
 liter porrectis inclinati; audito Ma-
 gistro Carolo Erskine Fidei Promo-
 tore; concessionem praedicti Officii, &
 Missae a Nobis, ut praesertur fac-
 tam, ad utrumque Clerum univer-
 sae Mexican. Diocesis. servata in reli-
 quis earundem litterarum Nostra-
 rum forma, & dispositione auctori-
 tate Apostolica, tenore presentium
 extendimus, & ampliamus. Non obs-
 tantibus omnibus, & singulis illis,
 quae in Apostolicis Nostris litteris
 praedictis volumus, non obstare, ce-
 terisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Ma-

riam Majorem sub Annulo Piscatoris die prima Octobris M. DCC. XC. Pontificatus Nostri Anno decimosexto.



R. Cardinal. Braschius
de Honestis.

CUM GRATIA, ET PRIVILEGIO:
Mexici ex nova Typographia Matritensi
Hæredum Lic. D. Josephi a Jauregui,
in via Sancti Bernardi.

DIE XXIII. DECEMBRIS.

IN FESTO

B. NICOLAI FACTORIS,
CONFESORIS,

Sacerdotis Professi Ordinis Minorum de
Observantia Sancti Francisci.

DUPLEX.

A Sacra Rituum Congregatione recognitum,
& approbatum die xxiii. Augusti 1786. atque
à SS. D. N. Pio PP. VI. ad instantiam Caroli
III. Hispaniarum Regis Catholici ad Clerum
Secularem, & Regularem utriusque sexus om-
nium Regnorum, & Dominorum eidem Regi
Carolo subiectorum sub eodem ritu extensum
die xxiv. Novembris ejusdem anni.

Omnia ut in Bre- Confessorem tuum
viario Romano de ineffabili charitatis
Communi Confessor. tuae igne succensum,
non Pontificis præ- te puro corde sectari
ter sequentia. fecisti; da nobis fam-
ORATIO. mulis tuis, ut eodem

D EUS qui Beâ- spiritu replèti, & cha-
tum Nicolâum ritate ferventes, viam
man-

2
mandatorum tuorum. inoffenso pede curramus. Per Dñum, &c.
Deinde sic commiserie occurrent.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura occurrente.

At si venerit in Sabbato quat. Temporum de Commun. Confessor. non Potif. secundo loco.

IN II. NOCTURNO.

N *LECTIO IV.*

Nicolaus Valentia Edetanorum piis parentibus ortus, ab inerte etate praeclara futurae sanctitatis edidit documenta. Quinque enim annos natus

ter singulis hebdomadis jejunabat, pane tantum, & aqua contentus; obsonia sibi parata alacriter pauperibus elargiebatur; atque egenorum, & leproso- rum manibus, tibisque, sanie licet manantibus, pia oscula dabat; quibus sane, aliisque christianae perfectionis exemplis famula domus Maura commota Mahumeticam ejuravit superstitionem. Adolenscens aegrotos in Nosocomiis crebro invisebat, propriis ipse manibus illis inserviebat, omnique studio

nobiles viros, ac Matrónas Civitatis ad id operis alliciebat. Quae & alia miranda pietatis, & charitatis opera, in quibus mirifice enituit, ad mortem usque numquam dimisit. Mundi, sutque contemptor, pecuniae summam ei ad conubium oblatae strenue recusavit: ac parentum blandimentis ipsum in Matrimonium collocare adintendum, invicta constantia restitit. Exinde de regulari aliquo Instituto amplectendo, serio cogitare cepit. Itaque Observan-

3
tia S. Francisci nomen dare decernens, ad Canobium S. Mariae à Jesu Valentiae elanculum secessit; ibique non tam precibus, quam lacrymis à Superiore habitum obtinuit. Tyrociniò exacto, professionem emisit; sacrisque Ordinibus initiatus, verbi Dei praedicationi totum se dedit.

LECTIO V.

E lucēbat in eo summa vitae innocentia, comitas, verecundia: ob quas egregias animi dotes, difficile dictum est, quot ad meliorem frugem

UNIVERSIDAD

U

ONOM

®

geni traduxerit, quot
que é vitiórum coeno
ad viam salutis revo-
cáverit. Ad hæc priús-
quam in concionem
ascenderet, ter flagris
se cædere consuevit.
Diris subinde ciliciis,
flagellis, ac jejuniis
corpus suum continué
macerabat, nullique
umquam pepercit af-
flictationi ad pravas
affectiones cohiben-
das. Nudis semper
pedibus incessit: co-
gente veró morbo
subjectâ obtectus só-
leâ, ac simplici con-
tentus tunicâ. Noctes
sæpe insomnes tradu-
xit: ac pro eo, quo er-
ga Jesu-Christi Pas-
sionem aestuabat amô-
re, binos integros an-
nos ad Crucifixi pe-
des excubasse, memô-
riæ est pròditum. Vul-
tus ejus etsi poeni-
tentiâ attritus; singu-
lari tamen Dei gratiâ
végetus semper & ve-
nistus apparuit. Obe-
dientiâ, paupertate,
& pudicitiâ emicuit;
nitidamque consciên-
tiam suam; quam nul-
lâ mortâli labe un-
quam foedasse perhi-
bêtur, non modò sar-
tam tectam servavit;
sed dæmonem etiam
specie mulieris for-
môsæ indignis modis,
ad

ad eam labefactân-
dam tûrpiter ei insi-
diantem, vimque fa-
cientem, vicit, ac pro-
fligavit. Tyrones, qui-
bus præfuit, verbo, at-
que exémplo ad per-
fectiõnem evehere se-
duló curavit. Trucu-
lenti, desperatisque
hominibus necem si-
bimetipsis suspéndo
inferre conántibus su-
pérno lumine afflatus
præstó adstitit, é mor-
tis limine, faucibus-
que dæmonis liberâ-
vit, & ad cæminis
confessiõnem addú-
xit. Sanctis Ludo-
vico Bertrádo, &
Pascháli Baylon, aliis-

que viris doctrinâ &
sanctitate conspicuis
fuit acceptissimus,
& ab iisdem ob vitæ
sanctimóniam sum-
mis laudibus celebrâ-
tus. *Homage from Henry*

LECTIO VI.

A Joánna Austria-
ca Philippi II.
Sorore Matritum ac-
citus, Excalceatarum
Monialium, quas vo-
cant Regalium, Con-
fessarii munus lauda-
biliter obivit. Orati-
ni, & meditationi jú-
giter addictus non se-
mel á terrâ elevatus
visus fuisse dicitur, ac
frequentes adeo écs-
tases passus, ut inter-
dum

dum viginti quatuor horas in raptu deprehensus, diuque, nocteque passim & ubique locorum ejusmodi deliciis perfrueretur, facie, ut plurimum inflammata, luce ex ea irradiante, & uréntibus etiam carnibus. Idque frequentius ei contingebat in meditandis sacris fidei mysteriis; potissimum verò oriebatur ex ferventissimo amore, quo erga Sacratissimam Eucharistiam flagrabat. Quare aliquando inter Eucharisticum Patrem distribuendum non solum miris ecstasibus extra se rapti, verum & sacras formas ad digitos suos saltare, raro quidem prodigio observatum perhibetur. Singulá in Deum amore, ac in Virginem Matrem pietate effulsit, plurimisque supérnis charismatibus fuit exornatus. Méritis tandem & laboribus plenus in morbum incidit, ac satis memorando humilitatis exemplo, in stabulo humari, semel itumque efflagitavit; proximique obitus accepto nuntio, hilari

7
 ri ánimo in illa verba prorupit: lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi. Sacramentis item Ecclesiæ ritè munitus placidissime obiit Valentia extra mania in Conventu Jesu. Defuncti cadáver flexile, vegetum, ac suavem spirans odorem novem dies, ut fidélium concursui fieret satis, insepultum remansit. Triennio post, exhumatum, integrum adhuc fuit inventum, ac Philippo Secundo Hispaniarum Regi, conspiciendum exhibitum est. Postremó Dei Servum miraculis etiam clarum Pius Sextus Pontifex Máximus solémni ritu Beatórum fastis adscripsit. *1644. Anno*
 IN III. NOCTURN.
Homil. in Evang.
 Sint lumbi vestri, de eodem Comm.
In Laudibus fit comm. serie, Aña.
 Ecce completa.
In ij Vesperis fit comm. serie, Aña.
 O Emmanuël.



DECRETUM

Ordinis Minorum de Observantia
Sancti Francisci.

CUM P. Fr. JOSEPH ALAPONT, Sacerdos
Professus Ordinis Minorum de Observantia Sancti
Francisci Secretarius Generalis, Commissarius Terræ
Sanctæ, & Postulator Cause B. NICOLAI FACTORIS
Confessoris, S. R. C. humilissime supplicaverit pro ad-
probatione Lctionum propriarum secundi Nocturni, reci-
tandæ in Festo ejusdem Beati Sac. eadem Congregatio,
referente Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardi-
nali Boschii Ponente, suprascriptas Lctiones à studio Emi-
nentissimo Ponente, & R. P. D. Carolo Erskine Fidei
Promotore examinatas, correctas, & revisas approbavit,
easque ab omnibus, quibus Officium ejusdem Beati re-
citandi jus datum est, legi posse benignè concessit: si
Sanctissimo Domino nostro Pio Papa VI. placuerit,
Die 2. Martii 1787.

Quibus à me infrascripto Secretario eidem Sanctissi-
mo Domino nostro relatis. Sanctitas sua benignè an-
nuavit. Die 14 ejusdem mensis, & aevi 1787.

J. Card. Archimus.

Obi. Prefectus.

Loco ✱ Sigilli.

D. Coppole S. R. C.
Secretarius.

SUPERIORUM PERMISSU

Mensis ex Typographia Matricensi Heredum Lid. D. Josephi à
Jureguli, in viâ Sancti Bernardi. Ann. Dñi 1791.

PIUS PAPA SEXTUS
AD FUTURAM REI MEMORIAM.

CUM, sicut Venerabilis Frater Modernus Archie-
piscopus Mexicanus in Indiis Nobis nuper ex-
poni fecit ipse ad satisfaciendum pie devotio-
ni, quæ in suis Civitate, & Diocesi Mexicanis in In-
diis erga B. M. VIRG. SUB TITULO DE BETHLEHEM
summo opere viget, Officium proprium cum Missa ejus-
dem B. M. Virg. jam pro Ordine Bethlehemitico adpro-
batum recitandum Dominica tertia post Epiphaniam
sub ritu dup. maj.: ad utrumque Clerum prædictæ Civi-
tatis, & Diocesis per Nos extendi summo opere cupiat:
Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in
præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere,
de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dic-
tum Modernum Archiepiscopum specialibus favoribus,
& gratis prosequi volentes, & à quibusvis excommuni-
cationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesias-
ticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine
quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet
innodatus existit, ad effectum presentium tantum conse-
quendum, harum serie absolverentes, & absolutum fore
consentes supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc
humiliter porrectis inclinati, attenta relatione dilecti filii
Magistri Caroli Erskine Fidei Promotoris: ut impos-
terum Officium proprium cum Missa B. M. V. sub TI-
TULO DE BETHLEHEM, jam pro Ordine Bethlehemi-
tico approbatum ab utroque Clero Civitatis, & Diocesis
prædictæ, Dominica tertia post Epiphaniam sub ritu
dup.

dup. maj. serpata tamen Rubricarum dispositione recitari libere, & licite possit, & valeat auctoritate Apostolica tenore presentium concedimus, & indulgemus. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis dictarumque Civitatis, & Diocesis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus privilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium promissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad promissorum effectum hac vice dimittat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut eorundem presentium transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constituta, vel Procuratoris Generalis aucti Ordinis munitis eadem prorsus fides habeatur, qua haberetur ipsis presentibus, si forent exhibita, vel ostensa. Datum Roma apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris. Die XVI. Junii m. dcc. LXXXVI. Pontificatus nostri Anno duodecimo.

B. Mariscellus Pro-Secretarius.

SUPERIORUM PERMISSU:
Mexici ex nova Typographia Matritensi Heredum Lic.
D. Josephi à Jauregui, in via S. Bernardi.

~~Handwritten signature~~



JANIL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

AL DE BIBLIOTECAS

CAPILLA ALFONSINA
U. A. N. L.

Esta publicación deberá ser devuelta
antes de la última fecha abajo indi-
cada.

BX2166		97830
04		FST
AUTOR		
TÍTULO		
Officia sanctorum in breviario ro		
MANO		
FECHA DE VENCIMIENTO	NOMBRE DEL LECTOR	

U. A. N. L.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

